

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 h
13 — II
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

36-B-50

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMAE DIANA

Reu. Patris

F. AVSONII NOCTINOT

SICVLI NICOSIENSIS,


Regularis Tertij Ordinis S. Franciſci,

EX SEPTIMA PARTE
A V C T A R I V M.

Ad Eminentiſſimum, & Reuerendiſs. D.D.

TYBERIVM S.R.E. CARD. CINCIVM,

Aeſinum Epiſcopum, &c.



ROMÆ, Typis Ludouici Grignani, Sumptibus Vincentij Bonifacij. 1646.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPI TYBERIO S. R. E. CARD. CINCIO

Æſino Epiſcopo, &c.

AVCTARIVM Summæ Dianæ excelſo nomini Tuo nuncupatum, ſacratumq. vides, EMIN.[MB] PRINCEPS. Votum id obſequentis, & deuoti animi eſt, auctam Tibi nuper eminentiſſimam dignitatem gratulantis, augurantisve ſupremam; ſimulq. operi à fulgidiſſima DIANA Tua lucem optantis, quæ pietatis candore in ipſa Gentilitatis nocte reſplenduit *, & fulgore virtutis è Romano cœlo perturbationum ſæpe caligines profligauit. Neque verò timendum mihi eſt, nè mecum parca ſit eius lucis, quam omnibus tam largè diſpenſat; aut nè nimio fulgore oculos meos perſtringat, quæ innoxium, & benignũ exhibere nouit pacata ſerenitate ſplendorem. Sed & iamdudum eam noſtro Ordini beneuolam, & propitiam experti ſumus in domo Tua, vt taceam benignitatis radios, qui nobis, & priuatìm mihi, è tuo orbe affulſerunt. Iureq. optimo ſperare poſſum, meum qualem qualem hunc impetum nequaquam à Tua celſitudine

* Tertul. lian. 4 ad Scapula

† 2 ſpre-

ſpretum, vel opus Tuo fauore destitutum iri; quippe quod res continet Eccleſiaſtico Principe dignas, gaudebisq. in eo paſsim probari, quæ Ipſe qua priuatim, qua publicè egiſti, & agis. Parco verò iam à familiæ Tuæ laudibus, quæ à grauioribus decantantur auctoribus, & quas, ſi ſcriptores tacuiſſent, muta ipſa marmora & tabulæ loquerentur. Vt parē cum Vrbe ipſa agnoſcat originē, vt leges ciuibus dare potuerit, & montibus nomen; vt quot filij ex ea prodierint, tot habuerit patria Patres: quorum glorioſa facinora, Romanum nomen extollere, labantemq. non raro Rempublicam ſuo diſcrimine firmare & ſtabilire. non ſine congrua laude & præconio: cum aliqui illorum VERI ECCLESIÆ FILII, ET NOBILES CIVES ROMANI, alij VERA ROMANÆ MAGNANIMITATIS EFFIGIES, & IDEA PRÆLATI APOSTOLICI; nonnulli CONSERVATORES DIGNITATIS PONTIFICIÆ, & DEFENSORES VATICANI à Summis Pontificibus audire in pleno Patrum conſeſſu meruerint. Parco etiam à Tuis, cui nihil antiquius, quam Maiorum virtutes, & titulos proprijs virtutibus illuſtrare, & glorioſiſſimis geſtis ſimul familiæ & Patriæ, ſimul Purpuræ gloriam augere. Haud enim licet, breui nuncupatoria ſtringere, quæ latiſſima exigunt commentaria; forte aliquando mihi audenda, cùm Te D.O.M. ad ſupremum in terris faſtigium euehet HONORIORVM numerum honoraturum. Nunc ſolùm, vt ſcriptum hoc humaniter, vt ſoles, reſpicias, meoque Sacro Ordini, CINCIORVM patrocinio innitenti, Altiſsimumque, vt longæuus & ſoſpes ſis, aſſidue deprecanti, fauere pergas, humiliter Te oro, atque obſecro. Vale feliciter.

Facul-

Facultas Ordinis.

NOS *infraſcripti, Theologi Fratrum de Pœnitentia Tertii Ordinis S. Franciſci, fidem facimus Reuerendiſs. P. M. Antonio Bottono eiuſdem Ord. Generali Apoſt. Auctarium Summæ Dianæ R. P. Auſonii Noctinot, de eius mandato à nobis recognitum, nihil continere, quod rectæ fidei, aut morum doctrinæ obuerſetur; quin dignum Auctarium eſſe eius Summæ, quæ tanto plauſu à viris doctis excepta eſt. In cuius rei teſtimonium has dedimus noſtra manu ſubſcriptas. Romæ in Conuentu SS. Coſmæ & Damiani, 4. Nonas Decembris 1645.*

Fr. Franciſcus Hieronymus Fontius S. T. D. Tertij Ord. S. Franciſci.
Fr. Dionyſius Caſtelli S. T. D. Tertij Ord. S. Franciſci.

STante approbatione ſupradictorum Theologorum, quibus Auctarium Summæ Dianæ Reu. P. Auſonij Noctinot reuidendum commiſimus, vt in lucem edatur, quantum ad nos ſpectat, facultatem concedimus. Romæ in Conuentu Sanctorum Coſmæ & Damiani, die 15. Decembris 1645.

F. M. Antonius Bottonus Generalis Apoſtolicus.

Loco † Sigilli.

Fr. Fulgentius Sanſonetus Secr.

Facultates extra Ordinem.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. M. Sac. Pal. Apoſt.

A. Sacratus Viceſg. Epiſc. Comacl.

EX mandato Reuerendiſs. P. Candidi, Sac. Pal. Ap. Mag. perlegi opus, cui titulus, Summæ Dianæ Reu. P. Auſonij Noctinot Siculi Tertij Ord. S. Franciſci, ex ſeptima parte Auctarium: & pro veritate fateor, nihil in eo doctrinæ contineri, quod fidei vel bonis moribus aduerſetur, imò ex eo perinde ac ex Summa, cui accedit, maximam vtilitatem afferri moralibus Theologis, ob miram eius methodum, qua omnia fideliter, ſupra quam deſiderari poteſt, etſi breuiſſimè, tamen clariſſimè; necnon eruditiſſimè colliguntur. Ideo, vt typis mandetur, maximopere approbo. In quorum fidem, &c. die 30. Ianuarij 1646.

D. Stephanus Quaranta Cl. Reg. S. T. P. Vrbis Examinator, &c.

Imprimatur. Fr. Vincentius Candidus Sac. P. A. Mag.

Summa Priuilegij.

PRiuilegio SS. D. N. Innocentii X. *cautum eſt, nè quis librum hunc in quouis loco ditionis eccleſiaſticæ imprimere, vel impreſſum vendere poſſit infra decennium, ſine licentia Vincentii Beniſacii, aut eius heredis, vel negotiorum geſtoris: ſub pœna amiſſionis librorum, & quingentorum ſcutorum auri de Camera, pro vna tertia parte dicto Vincentio, pro alia Iudicibus, & pro alia denunciatori applicañ. vt latius patet ex litteris Apoſtolicis.*

SERIES

SERIES TITVLORVM.

A

Abbas. 1
Abbatiſſa. 2
Abortus quid, & quibus pœnis probibitus. 3
Pœnas Qui incurrant. 6
Qui ſubterfugiant. 9
Abſoluere. Vide *Epiſcopi, Sacerdos, Moribundus, Pœnitens.*
Accuſatio. Vide *Correptio, n.25*
Alimenta. Vide *Dubius, & Teſtamentum n. 3.*
Animæ Purgatorij. Vide *Heres.*
Annata Summi Pontificis. Vide *Statutũ laicale, n.8*
Archidiaconus. Vide *Præcedẽtia.*
Audire Miſſam. Vide *Miſſam.*

B

Baptizare. 12
Beneficiarius. 13
Beneficium. 15
Bigamia. Vide *Irregularitas.*
Bonorum ceſſio. Vide *Ceſſio.*

C

Capitulum. 16
Caſus reſeruati. Vide *Reſeruata.*
Cauſa miſti fori. Vide *Teſtamẽti.*
Cenſus. 16
Ceſſio bonorum. 16
Circumſtantiæ peccatorum. 22
Clerici. 24
Compenſatio. 26
Concionatores. 28
Confeſſarius. 29
Confiteri. 30
Coniuges. 30
Conſecrare. 31
Conſuetudo. 32
Conſulens. 33
Conſtitutio Gregorij XIII. de datis & promiſſis. Vide *Munera.*
Xyſti V. contra procurantes abortũ. Vide *Abortus.*
Conſtitutiones. Vide *Statutũ Papale, & Priuilegia.*
Contractus. Vide *Ludus, Sponſio, Vendi.*
Correptio Quid & quotuplex, & quali obligatione facienda. 34
Quibus, à quibus, de quibus facienda. 37
In quibus circumſtantijs facienda. 41
Quo ordine & modo facienda. 48
Crimina miſti fori. 51

D

Debitor. Vide *Ceſſio, & Dilationes.*

Dele-

Delectatio moroſa. 51
Denunciatio. 52
Dilationes. 58
Diſpenſare, Diſpenſatio. 62
Doctor. Vide *Teſtari, n.* 12.
Dominus. 64
Donatio. 68
Dubius. 70

E

ELeemoſyna. Vide *Beneficiarius, n.*2. & *Seruorum, num.* 21
Emere. 71
Epiſcopus. 72
Epiſcopi iuriſdictio. Quanta. 73
In abſoluendo. 82
In diſpenſando. 85
In Regulares. 89
Eucharistia. Vide *Conſecrare.*
Examen. Vide *Confeſſarius.*
Excommunicatio. 92
Executor. Vide *Teſtamenti.*

F

FAmulus. 92
Filiusfamilias. 93
Fraus. Vide *Ludus, à num.* 18.

H

HAereticus. Vide *Pœnitens, num.* 1
Heres. 96
Hora canonica, à quibus recitanda. 96
Sub quo onere recitãda. 98
Qualiter recitanda. 99

I

IEiunium. 103
Ignorantia. 104
Immunitas Eccleſiarum. 104
Eccleſiaſtica. 105.
Impediens. Vide *Ludus, n.*6.
Inducia moratoria. Vide *Dilationes.*
Ingredi clauſtra Regularium. 121
Irregularitas. 121
Itinerantes. 124
Iudex Eccleſiaſticus. 124
Laicus. 126
Iuramentum. 128

L

LEgatum. Vide *Teſtamentũ.*
Lex. 128
Libertas. 129
Ludus, An licitus, & quibus. 133
Quid requirat ex parte Contractus. 138
Materia. 144
Luxuria. 149

M

MAncipia. Vide *Seruitus, & Seruorum.*
Maritus. Vide *Ludus, n.* 37.
Metus. 150
Milites. Vide *Teſtamentum, & Teſtari.*
Miſſam audire. 150
Miſſarum Reductio. 150
Moribundus. 151
Munera in Romana Curia.
Quæ, quibus, & quo titulo probibeantur. 152
Quo titulo non prohibeantur. 155
Nego-

SERIES TITVLORVM.

N

Negotiatio. 156
Nouitiatus. 157

O

Occidere. 159

P

Papa. 160
Pater. 160
Paupertas Religioſa. 161
Peregrinus. 165
Vide etiam *Itinerantes*.
Periculum. 165
Pœnitens. 166
Pœnitentia. 167
Pollutio. Vide *Circumſtantia*.
Præcedentia. 168
Præceptum. 169
Prælati Regularis Iuriſdictio
In abſoluendo, & diſpenſando, 170
In corrigendo. 172
Pretium. 174
Priuilegia. 175

R

Religioſi. Vide *Ludus, Confeſſarius, Epiſcopi iuriſdictio in Regulares, Nouitiatus, Votū, Denunciatio.*
Renunciare. Vide *Ceſſio bonorū, num. 7.*
Repreſſaliæ. Vide *Iudex laicus num 2.*
Reſeruata. 176
Reſtitui. 176
Rex. 177

S

Sacerdos. 179
Scandalum. 179
Sepultura. 180
Seruitus. 181
Seruorum Obligationes. 183
Iura. 186
Sodomia. 195
Spolia. Vide *Rex, n. 2.*
Sponſio. 196
Statutum Laicale. 200
Papale. 206
Sterilitas. 208
Subditus, Vide *Correptio, n. 7. & Epiſcopi, à n. 6*
Superior. Vide *Correptio, Epiſcopi, Prælati.*
Suffragium. 208

T

Tactus. Vid. *Circūſtantiæ.*
Teſtamētum ad pias cauſas. 209
Militum. 216
Tempore peſtis. 221
Teſtamenti executio. 225
Teſtari minus ſolemniter. 224
Teſtes. Vide *Correptio, & Teſtamentum.*

V

Vendi. 229
Vicarius Epiſcopi. 229
Capituli. 230
Vis. Vide *Ludus, à n 14.*
Vitam exponere. Vide *Baptizare, n. 1. Correptio, num 22. & Seruorūm, num. 2.*
Votum. 231
Vxor. 232

ABBAS

ABBAS.

AN Abbates Regulares inſulati, habentes facultatem conferendi primam tonſuram, & minores ordines, tonſurare, & ordinare poſſint ſæculares, vel regulares non ſubditos, cum dimiſſorijs ſuorum Ordinariorum, in *Summa* ſub hoc ipſo nomine *numer.* 5. non decíſimus, ſed ad Sacram Congregationem Concilij dubium remiſimus. Ipſa verò *ſub die* 23. *Nouemb. an.* 1641. determinauit, non poſſe. Et determinationem laudauit, & ſeruari præcepit felic. record. Vrbanus VIII. *Par. 7. tra.* 11. *Reſol.* 42. — *ABBATES nulli ordinare poſſunt non ſubditos.*

2. Suos autem ſubditos, etiam ſubdiaconio, & diaconio initiare poſſe Abbatem Ciſtertij, & primos quatuor Coabbates, docet Caramuel *in reg. D. Bened. cap.* 62. *num.* 1626. Ex quodam priuilegio Innocent. VIII. à Tridẽtino non reuocato, quod hodieque ſeruatur. At dictum priuilegium reuocatum eſſe à Tridentino, docent Doctores communiter, quos citat, & ſequitur Reuerendiſſimus P. M. Candidus, meritiſſimus Magiſter S. P. A. *tom.* 4. *diſqu.* 4. *art.* 3. *dub.* 20. in qua etiam controuerſia prædictæ Sacræ Congregationis expectari debet oraculum. *Reſ. cit.* §. *Sed an aliqui.* — *An regulares ſubditos ſubdiaconio, & diaconio?*

3. Quamquam autem Suarez *tom.* 4. *diſp.* 30. *ſec.* 2. *num.* 6. mordicus teneat, Abbates, iuriſdictionem quaſi epiſcopalem habentes, non comprehendi ſub nomine Epiſcopi *in c.* 6. *ſeſſ.* 24. *Trident.* vbi ampla illi facultas conceditur in caſus, & cenſuras Papales occultas; & citet Sacram Congregationem Interpretum. Quia tamen de hac declaratione non conſtat authenticè, tuta & probabilis eſt ſententia affirmatiua Marchini *de Sacr. Ord. in* 1. *par.* 9. *diff.* 1. *nu.* 3. & aliorum. Nam his ſubditi in omnibus alijs, tamquam Epiſcopo Diœceſani, ſubijciuntur, quibus proinde, ſi pro tali abſolutione, vel diſpenſatione ad alios Epiſcopos, vel ad Summum Pontificem recurrere deberent, ſufficienter prouiſum non eſſet. Adde, quòd priuilegium Tridentini eſt fauorabile, & latè interpretandum. Adde etiam, quòd Beia, & alij interpretantur declarationem prædictam, quòd loquatur de Abbatibus non exemptis, qui in multis Epiſcopo ſubiecti ſunt, nec habent diœceſim, & territorium cum iuriſdictione. *P.* 7. *T.* 2. *Reſ.* 4. — *Et an abſoluere, diſpẽſare in omnibus occultis, vt Epiſcopi?*

Digitized by Google

ABBATISSA.

ABBATISSA debet habere annos 40.

ABBATISSA ex Tridentino *ſeſſ. 25. de regul. c. 7.* debet eſſe non minor annis 40. ſi autem huius ætatis non inueniatur, eligi poteſt ex alio monaſterio eiuſdem Ordinis, vel (ſi id electionis præſidi incommodum videatur,) quæ trigeſimum ætatis annum excedat, & poſt profeſſionem quinquennio in eodem monaſterio laudabiliter vixerit. Exiſtimat autem Portell. *conſ. reg. p. 1. caſ. 13. n. 1.* ſufficere annum 40. inceptum; tum quia à Concilio ponitur in caſu ablatiui, in quo ex quadam Gloſſa, & Syluestro ſignificatur, ſufficere annum inchoatum; tum quia in dubio iuris, an loquatur de annis completis, vel inchoatis, quoad dignitates, quæ concernunt fauorem, interpretari debet de inchoatis. Panorm. *in cap. ad noſtram, de reg.* tum quia Concilium diceret: *quæ annos 40. exceſſerit*, vt infra dicit de anno 30. Et ſanè, cum Concilium in defectu quadragenariæ permittat eligi trigenariam, decennio ſcilicet minorem, ob hoc ſolùm, quòd tranſlatio ſenioris ex alio monaſterio videatur incommoda; non videtur cum tanto rigore annos 40. requiſiuiſſe. Verùm Garſias *de benef. p. 7. c. 4. n. 71.* aſſerit, annos 40. requiri completos, & ità declarauit Sacra Congregatio Interpretum *Epiſcopo Abulenſi ann. 1593. cap. 12. eiuſd. ſeſſ. 24.* vbi dicit, eos, qui dignitates vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, obtinere volunt, non debere eſſe minores annis 22. Quod ante docuerat Leſſius *lib. 3. cap. 34. dub. 20. n. 108.* contra Enriquez *lib. 14. c. 8. n. 10. in gloſſ. lit. X.* & alios. Quare tu cogita, *T. 12. Reſ. 9.*

An completos?

ABBATISSAE munus durat triennio.

Abbatiſſæ munus durat triennio: nec Epiſcopus illud prorogare poteſt. Sacra Congregatio Epiſcoporum *die 20. Februar. 1615. apud Gauantum in man. Epiſcop. V. Monialium officiales, num. 20.* Verùm paucis his diebus, quibus noua electio nondum perficitur, benè ait Miranda *de Sacr. Monial. q. 7. art. 9. concl. 2.* poſſe monaſterium ab Abbatiſſa perfuncta ſub præſidentis, vel alio nomine gubernari; & expedire id magis, quàm quòd gubernetur ab alia; illa enim monaſterij ſtatum, & monialium mores exploratiores habet, & longioris muneris reuerentia faciliores habebit ad obedientiam, & cautiores ad quicquam innouandum. Nec id bullas prohibere velle; ſed ſolùm immediatam ſucceſſionem de vno in aliud officium diuturnum, & perpe-

Et perfuncta confirmari poteſt ad regendum monaſterium vſque ad electionem nouæ.

tuationem in eodem, aut varijs eiuſdem monaſterij officijs; quæ non poteſt timeri ex regimine paucorum dierum, vſque ad nouam electionem. *Tract. 12. Reſ. 19.*

ABORTVS

Quid, & quibus pœnis prohibitus.

1 ABORTVS eſt abiectio fœtus nondum maturi: & ſi fœtus ſit animatus, eſt verum homicidium, & ſubeſt pœnis homicidij, latis in vtroque iure. Eſt autem illicitus, & graue peccatum, etiam ſi non ſit animatus: *Non enim refert*, ait Tertull. *in apolog. cap. 9. natam quis eripiat animam; an diſturbet naſcentem*. Supradictis tamen pœnis non plectitur. *Tract. 5. Reſ. 1.* ABORTVS quid. Quibus pœnis prohibitus?

2 Animari fœtum docet Leſſius *lib. 2. cap. 9. dub. 10. num. 65.* ſtatim, ac formatus fuerit (formatur ſecundum Hippocratem *de nat. fœtus num.* 10. ſi ſit maſculus, poſt dies 30. ſi fœmina, poſt 42. quando nimirum ceſſat purgatio in prægnantibus.) Dicitur enim *Exodi 21. iuxta verſion. 70. Qui percuſſerit mulierem prægnantem, & illa abortum fecerit, ſi fœtus erat formatus, dabit animam pro anima; ſi nondum erat formatus, mulctabitur pecunia.* Sed tenenda eſt communis opinio Ariſtot. *lib. 7. de animal. cap. 3.* & Plinij *lib. 7. cap. 6.* maſculum animari die 40. fœminam 80. poſt conceptum, quia & fauet pœnitentibus, & eſt conformis ſtylo Sacræ Pœnitentiariæ, quæ in dubio de animatione fœtus, poſt dies prædictos præſumit animatum; antea non item. Vnde opinio Fieni *de vi formatrice fœtus quæſt. 8. concl. 11.* quòd fœtus animetur intra tres dies, tamquam ſcrupulorum parturiens non eſt amplectenda. *Reſ. 6.* Et quando animatur fœtus?

3 ✠ Prohibetur abortus iure diuino in quinto præcepto decalogi, & humano tam canonico, quàm ciuili, ſub pœnis ſpiritualibus, & corporalibus grauiſſimis ✠. Nam ius ciuile huius criminis reos, ſi fœtus animatus fuerit, punit pœna mortis, *l. necare, ff. de liber. agnoſc. l. ſi mulierem, ff. ad leg. Aquiliam. l. Diuus, ff. de extraord. crimin. & l. Cicero, ff. de pœnis*. Si vero fœtus nondum animatus erat, reum honeſtũ, amiſſa bonorum parte, relegat in inſulam; humilem damnat ad metallum, *l. ſi quis aliquid, ff. qui* Recenſentur pœnæ iuris ciuilis. Et Canonici.

abortionis, ff. de pœnis. Canonicum ſimiliter tamquam de homicidio puniri iuſſit; ante animationem de attentato, poſt animationem de perfecto. *Syn. 6. gen. cap. 9.* cap. *conſuluiſti 2. quæſt. 5.* cap. *ſi aliquis, de homic. volunt.* vnde antiquitus, citra abortum fœtus animati, nulla incurrebatur irregularitas. cap. *ſicut ex litterarum, de homic.* & cap. *ſi aliquis eod. T. 5. Reſ. 3.* Sixtus autẽ V. in Bulla *Effrænatam, editam an.* 1588. prædictas pœnas vtriuſq. iuris cõfirmauit; extẽditq. ad omnes *qui ſterilitatis potiones, ac venena propinauerint mulieribus, aut quo minus fœtus concipiant, impedimentum præſtiterint, conſuluerint, ac auxiliati fuerint; necnon & mulieres, quæ ea ſcienter ſumpſerint.* Addiditque contra *omnes prædictos, qui vel quæ, vel vti principales, vel vt ſocij, conſcijue ad tale facinus, opem, conſilium, fauorem, potionem, aut medicamenta ſcienter dederint, aut etiam ſcribendo litteras, vel apochas, vel aliàs verbis aut ſignis iuuerint, aut conſuluerint, excommunicationem ipſo facto, à qua nequeant abſolui niſi in mortis articulo, nec etiam in Iubilæis, aut vigore Concilij Trid. niſi à Romano Pontifice. Et ſimiliter ab irregularitate hac de cauſa contracta, ab eo tantùm vrgentiſſimis de cauſis diſpenſari poſſint. Non obſtantibus* &c. *Ibid. Reſ. 4.* Verùm Gregor. XIV. in Bulla *Sedes Apoſtolica an.* 1591. ſupradictam Bullam moderatus eſt, procurantes ſterilitatem, vel abortum fœtus inanimis ſubijciens diſpoſitioni ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini, tam quoad præterita, quàm quoad futura; & ſi fœtus ſit animatus, reos tam præteritos, quàm futuros, à peccato, & excommunicatione in foro conſcientiæ à Confeſſario, deputato ſpecialiter adhoc ab Epiſcopo, abſolui permittens. Circa quas pœnas nonnulla dubia diſcuti debent; hoc quidem titulo de illarum qualitate, ſequenti verò, de ijs qui illas incurrant. *Ibid. Reſ. 5.*

QVINAM abſoluere poſſit ab excommunicatione abortus?

4 Primum dubium. Quinam abſoluere poſſit ab excommunicatione incurſa propter abortum? Reſpondet Mazuchellus *de caſ. reſer. disp. 2. c. 3. q. 1. n. 2.* in foro exteriori ſolum Papã: in interiori Epiſcopum, & quemlibet Confeſſarium ad hoc ſpecialiter ab Ordinario deputatũ. Nam ſic loquitur Bulla Gregorij. Vnde contra Bonacinam *to. 3. diſp. 2. q. 2. pun. 10. n. 16.* non ſufficit, quòd Sacerdos habeat facultatem generalem abſoluendi ab omnibus reſeruatis, & cenſuris Epicopalibus, & multo minus, quòd ſit approbatus ad confeſſiones, contra Brulium *in reſolut. caſ. reſer. dub. 11. ſect. 3. num. 90.* Imò quamuis regulares ex priuilegio abſoluere poſſint à caſibus Epiſcopo reſeruatis à iure; & ſic

excom-

excommunicationem abortus; debent tamen eſſe adhoc deputati à Prouinciali. Villalobos *to.2.tract.12.diff.14.num.4. Ibid. Reſol.*15. Poſſunt etiam ſecundùm Theſaurum *in praxi p.2.cap.1. num.1.* hanc excommunicationem abſoluere Prælati, habentes iuriſdictionem Epiſcopalem. Et (ſecluſa reſeruatione Epiſcopi) quicunque habens facultatem abſoluendi à cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. *Ibid. Reſ.*16. Vnde à fortiori, abſolui poterit virtute Iubilæi, ſicut alij caſus Epiſcopales; etiam ſi non exprimatur. Boſſius *de Iubil. ſect.1. caſ.6. num.1. & 2.* contra Lauorium *de Iubil. p.2. cap.28. num.23. Ibid. Reſ.*19.

Et diſpenſare in irregularitate?

5 Secundum dubium. Quinam diſpenſare poteſt in irregularitate contracta propter abortum? Reſpondeo, ſolum Papam, vel habentes ad id priuilegium Papæ, vt habent Prælati Regulares pro ſuis ſubditis, conceſſum à Martino V. Priori S. Benedicti Valiſoleti, dummodo ſit occultum, & pro foro conſcientiæ tantùm. Quo quidem priuilegio vti poſſunt tam per ſe ipſos, quàm per confeſſarios ſubditos. Portell. V. *abortus num.*12. Imò Bordonus *in conſil. regul. reſol.13. q.5. num.19.* ſolidè probat, Prælatos regularium id præſtare poſſe etiam pro foro externo, ſicut etiam ſuos ſubditos habilitare ad officia infraſcripta. *Ibid. Reſ.*22. Epiſcopi verò non poſſunt; vt contra Nouarium *tom.2. tit. de abortu, num.*21. Leone *de cenſur. recollect. num.*58. *Ibid. Reſ.*21.

Quibus officiis priuetur procurans abortum?

6 Tertium dubium. Quid intelligatur nomine officiorum, quibus Clerici per abortum ex decreto Sixti V. ipſo iure priuantur? Reſpondeo, intelligi munus habens adminiſtrationem rerum, vel perſonarum Eccleſiaſticarũ cũ ſuperioritate. Sanch. *in decal. lib.6. cap.*15. *num.*66. atque ita contineri officia habentia iuriſdictionem ordinariam, vt Generalatum, Prouincialatum, Prioratum, Vicariatum &c. Sanchez *ibid.* Item habentia iuriſdictionem delegatam ratione certi officij, ſeu perſonatus, vel ità, vt ſint in eis maiores Ordinarijs, vt Viſitatorum Prouinciæ. Miranda *tom.2. q.2. ar.*8. Vbi aſſerit, contineri etiam definitoratum, diſcretatum, & procuram ad Capitula Generalia, & Prouincialia. Sed probabilius, non contineri: ſicut nec officium concionatoris, Lectoris, Confeſſarij, Regentis ſtudiorum, vel etiam Aſſiſtentis Generalis, Magiſtri Nouitiorum, Conſultorum, Admonitorum, & Præfectorum Sacriſtiæ. Theſaurus *p.1. c.28. q.1. Ibid. Reſ.*27.

Et an ante ſententiam Iudicis.

7 Quartum dubium. An pœna priuationis priuilegij Cleri-

calis,

calis, dignitatum, officiorum; & beneficiorum cum perpetua inhabilitate contra Clericum abortum procurantem effectu ſecuto inflicta, obliget in conſcientia ante ſententiam Iudicis? Sayrus *lib. 3. cap. 9. num. 35.* ait, quod in caſu occulto tenetur reus procurare cum omni diligentia, & ſolicitudine diſpenſationem, ſeu rehabilitationem: alias dimittere officium, ſeu renunciare; ſiquidem poteſt abſque manifeſtatione proprij criminis. Barboſa *de pot. epiſc. par. 2. alleg. 44. num. 29.* negat ad id teneri; quia nemo tenetur eſſe reus, & vindex, & lex humana non obligat ad exequendam pœnam in ſemetipſo, niſi id exprimat. præſertim quia hæc pœna exigit ad ſui executionem factum hominis poſitiuum. At P. Theſaurus *vbi ſup.* tutiorem viam elegit, quæ mediat inter prædictas, & ex ſtylo Curiæ paſſim recepta eſt. Quod ſcilicet in caſu manifeſto non ſit neceſſaria; in occulto ſit neceſſaria ſententia Iudicis. Quia in primo caſu ceſſante titulo colorato ob notorietatem delicti, acta Superioris incipiunt eſſe nulla. Quod ob contrariam rationem non accidit in ſecundo. *Ibid. Reſ.* 17.

8 Quoad inhabilitatem verò certum eſt, quod illa inhabilitas, quæ conſurgit ex cenſura, vel irregularitate, obligat in conſcientia ante omnem ſententiam. Sanchez *in decal. cap. 39. num. vlt.* & tali ratione ligat inhabilitas, quam ſacra Pœnitentiaria, diſpenſando ſuper huiuſmodi irregularitate, relinquere ſolet in diſpenſato. Sed circa hoc punctum vide Theſaurum *cap. 28. 30. Ibid. Reſ.* 18.

ABORTVS

Pœnas qui incurrant.

ABORTVS pœnæ.

9 EXAMINATIS pœnis contra abortum ſtatutis, videndum eſt, quinam illas incurrant. Et, cum certum ſit, non incurrere niſi concurrentes ad abortum, aduerte aliquos concurrere ad abortum lato modo, vt ſunt, qui impediunt nè fœmina concipiat; alios propriè, qui conceptum, ſed immaturum, fœtum, animatum, vel inanimatum, ſtudioſè abijci curant. ſiuè id faciant potionibus, ſiuè laboribus, ſiuè maleficijs, ſiue alijs modis quoſcũq. dæmon ſuggeſſerit. *T. 5. Reſ.* 2.

10 Ex

Digitized by Google

10 Ex his ergò, licèt dans poculum ſterilitatis alicui viro pœnas huiuſmodi incurrat, cap. *ſi aliquis, extrà de hom. vol.* nullam tamen cenſuram incurrit ex Bulla Sixti, vel Gregorij, vt docuit Petrus Gregorius *in ſyntagma iur. p. 3. lib. 36. cap. 15. n. 20.* quia in Bulla Sixti expreſsè dicitur, *prægnantes mulieres.* Villalobos *tom. 1. tract. 12. diff. 14. num. 2.* Imò nec incurrit dans poculum huiuſmodi mulieri; quia quoad hoc Bulla Sixti correcta fuit per Bullam Gregorij. Portell. V. *abortus, num. 4. T. 5. Reſ. 12.* Nec item incurrit fœmina retrahens ſe à ſeminis miſſione, vel receptione in vaſe debito, cauſa generationis impediendæ. Quia Bulla loquitur de abortu fœtus. Bonacina *tom. 3. de cenſ. diſp. 2. pun. 10. num. 14.* contra Gregorium *vbi ſup. num. 20.* Quare in his caſibus nec incurritur caſus Epiſcopalis abortus. Quamuis peccetur mortaliter ob fruſtratum finem generationis, ob quod Onan percuſſus fuit à Domino, *Geneſ. cap. 38. Ibid. Reſ. 13.* Et eadem eſt ratio de fœmina mingente poſt coitum. Quæ niſi conſcientia erronea duceretur, nec peccaret; quia talis conatus generationem impedire non poteſt, quamuis contrarium doceat Marchantius *par. 1. cap. 6. q. 21.* extrà caſum ſtupri, in quo id licere exiſtimat, ad defendendum ſe ab inuaſione; quæ adhuc moraliter perſeuerat in ſemine. *Ibid. Reſ. 31.*

Nõ incurrunt à dante poculum ſterilitatis viro.

Vel etiã mulieri.

Non à muliere retrahente ſe à ſeminis receptione in vaſe debito.

Vel mingente poſt coitum.

11 Propriè autem procurantes abortum, niſi (fœtus ſit animatus, *Reſ. 8.* &) ſequatur effectus, non incurrunt excommunicationem. quia ad hanc Sixtus V. requirit effectum ſecutum; Bonacina *vbi ſup. pun. 20. num. 6.* (& quoad fœtum inanimatum Gregorius eam reuocauit. Villalobos *num. 3. Reſ. 8.*) Idemque probabile eſt requiri ad contrahendam reſeruationem Epiſcopalem. Mazucchell. *de caſ. reſer. diſp. 2. cap. 3. q. 2. n. 27.* contra Bellochium *item de caſ. reſer. p. 2. q. 8. num. 69.* & alij. *Ibid. Reſ. 9.*

Si abortus ſit voluntarius, excommunicationẽ incurrit, ſi ſequatur effectus, & infans ſit animatus.

12 Secuto autem effectu, incurrit quoque excommunicationem cauſa moralis abortus, vt mandans & conſulens, ex Bulla ibi, *ſiue per ſe, ſiuè per interpoſitas perſonas.* Bordonus *reſol. 45. q. 9. num. 9.* Item cooperans ope, fauore, potione, vel aliò cuiuſuis generis medicamentò, aut etiam verbis, & ſignis; quia ſic ait Bulla. *Reſ. 10.* Minimè verò approbans factum, etiam ſuo nomine; quia hoc non eſt procurare. Vndè ait Mazuchell. *num. 40.* quòd non incidit in reſeruatum mulier, cui ignoranti amaſius potionem ad abortum præbuit, etiam ſi deinde facto gauderet. Quod verum eſt, etiam ſi deinde nollet impedire, cum poſſet. Quia hoc ſimiliter non eſſet procurare, ſed permittere

Etiam mandans, conſulens, & quocũque modo cooperans.

Non verò approbans factum.

Vel non impediens, cum poſſet.

Digitized by Google

mittere. *Reſ.* 14. Ex quo etiam capite probabile eſt, excuſari amaſium, qui, ſciens fœminam ſui fœtus abortum procurare, eam non impediret, vt docet Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 1. *diſput.* 10. *ſec.* 11. *num.* 222. Quamuis contrarium ex multis doceāt Naldus *V. abortus, num.* 6. & alij. *Reſ.* 28.

Incurret et verò mater ipſa procurans

13 Imò ipſe Naldus *n.* 1. & poſt ipſum Leo *de cenſ. recollect.* 7. *num.* 34. docent, excommunicationem non incurri à prægnante procurante proprium abortum: quia in §. *inſuper* Bullæ Sixti V. in quo infligitur excommunicatio, nulla fit mentio ipſius mulieris, cum tamen luculentiſſima facta fuerit alibi, vbi pœnæ temporales ſtatuuntur. Quamuis enim in dicto §. dicatur, *ſiue vt principalis, ſiue vt ſocia*; illa tamen vox *principalis* ſignificat principalem in dando medicamentum, &c. vt conſtat ex verbo principali *dederint*, quod eam regit. Sed contraria ſententia cōmunis tenenda eſt, quia textus loquitur non ſolùm de cooperātibus, ſed etiam de ipſis fœminis. Aduerte tamen cum Mazuchello *num.* 48. non incurrere hanc cenſuram fœminam, ſi potionem ſumat ex metu graui, quia tunc non dicitur ſtudioſè quęrere abortum. *Reſ.* 7. Et ſi monialis abortum ſui fœtus potionibus aut percuſſionibus procuraret, non incurreret in excommunicationem *can. ſi quis ſuadente*: quia illa potio, vel percuſſio non eſſet iniurioſa ſtatui Eccleſiaſtico. Solùm ergo incurreret excommunicationem Sixti V. ſi fœtus eſſet animatus, & ſequeretur effectus. Mazuchellus *diff.* 3. *num.* 67. *T.* 5. *Reſ.* 40.

Abſque metu graui.

Sed monialis non incurreret: etiam cēſuram canonis *ſi quis ſuadente*.

IN dubio de animatione fœtus reputari debet inanimatus ad excludendas pœnas corporales.

14 Petes primò: An in dubio de animatione fœtus, cenſeri debeat animatus in ordine ad contrahendam irregularitatem, & alias pœnas? Reſpondeo, ad excluſionem pœnæ corporalis, quādo criminaliter ageretur, præſumi potius inanimatum, quàm è contra. Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 4. *n.* 2. *Reſ.* 41. §. *Nota tamen, & recitanter antea in* §. 1. *Reſ.* 24. Et idem dic de alijs pœnis, etiam illis, quæ à Iudice imponi ſolent irregulari, & propter irregularitatem, quales ſunt priuatio beneficij, &c. Et ratio eſt, quia pœna ordinaria ſtatuta delicto certo, non debet imponi delicto dubio. Fagundez *tom.* 1. *lib* 2. *cap.* 10. *nu.* 15. *Reſ.* 25. Imò circa ipſam irregularitatem idipſum cum alijs docet nouiſſimè Machadus *tom.* 1. *lib.* 2. *pa.* 3. *tom.* 17. *docum.* 10. *n.* 3. Nam in tali caſu dubium eſt, an talis abortus ſit homicidium, vel nè, & oritur ex conditionibus ſubiecti. In quo, adhibitis diligentijs, ſi reus remanet dubius, non manet irregularis. Et textus, qui dicunt, dubium homicidam debere ſe habere tamquam

Animatus quoad irregularitatem.

irre-

irregularem, non loquuntur in hoc caſu, ſed quando certi homicidij quis dubitat an fuerit cauſa: nec extendi debent. Sed cõtraria ſententia eſt communis, & eam docet nouiſſimè Barboſa *de pot. epiſc. p. 3. alleg.* 51. *n.* 141. *Reſ.* 24.

15 Petes ſecundò, Quid, ſi quis procurauit abortum fœtus animati, & dubitat an effectus ſecutus ſit, vel an ſecutus ex ſuo influxu? Reſpondet Theſaurus *par.* 1. *cap.* 16. quòd ſi is applicauit media fallibilia, & de effectu ſecuto certiorari non poteſt, non debet cenſeri irregularis; quia niſi conſtet de corpore delicti, nõ proceditur contra quemquam ad pœnas, *lib.* 1. *§. item illud ſciendum, ff. ad Syllan.* Si autem applicauit media efficacia, & communiter effectum trahentia, cenſeri debet irregularis; quia præſumptio ſtat contra ipſum: ſolita enim fieri, facta præſumuntur, *l. ult. C. de fid. inſtrum.* Et idem eſt, ſi dubitet, an abortus certus ex ſuo conſilio vel mandato ſecutus ſit. Nec facilè alteri credendum, ſi dicat, non ex mandato vel conſilio tertij ſe id feciſſe; niſi adſint aliæ coniecturæ, talem præſumptionem infringentes. Ego verò exiſtimo, quòd ſi perſona eſt fidedigna, & aſſerit ſe ex ſeipſa abortum feciſſe, mandans vel conſulens non debet cenſeri irregularis. Vide Fagundez *in decal. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 16. 17. & 18. *Reſ.* 26.

Quid in dubio, an effectus ſecutus ſit, & an ex meo influxu?

Res coniecturis determinanda.

ABORTVS
Pœnas qui ſubterfugiant.

16 † SOLVM inuoluntarium excuſare quem poteſt à pœnis ſupradictis. Inuoluntarium autem dicitur, quod ignoranter, vel inaduertenter fit, aut omnino præter intentionem contingit †. Ignorantia igitur, ſiue ſit iuris, ſiue facti, & ſiue ſit inuincibilis, ſiue vincibilis, ſupina, vel etiam affectata, modo cum ingenti temeritate coniuncta non ſit, excuſat cauſam abortus à pœnis: quia hæ latæ ſunt contra procurantes *ſcienter*, quod verbum omnem ignorantiam excludit. Bonacina *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 10. *num.* 10. *Reſ.* 11.

ABORTVS pœnas non incurrit ignorans,

17 Ex abortu item caſuali pœnæ abortus non incurruntur, etiam ſi quis ſit illius cauſa, dando operam rei illicitę: nam requiritur intentio abortus ex induſtria, & ſtudioſè quæſiti. Vnde Mazuchellus *de caſ. reſer. diſp.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 3. reſoluit plures

Vel is, reſpectu cuius abortus eſt caſualis.

Quid de muliere prægnante ferente magnum pondus, ſol itum abortum cauſare?

De medico ordinante potionem pro vna, ſi abortiatur alia?

caſus, in quibus pœnæ non incurruntur, eo quia abortus accidit præter intentionem. Aitque, non incurrere mulierem prægnãtem, quæ aliàs abortum paſſa ex delatione magni alicuius ponderis, ſimile iterum pondus ferret, ſed præter intentionem abortiendi. Vnde & excuſandus foret à pœnis medicus, qui potionẽ abortiuam ordinaret vni, ſi ea non illi, ſed alteri propinata, abortum cauſaret. Quia abortus iſte non foret à medico intentus. Scio Molinam in hac re diſtinguere: ait enim *tom.4. de iuſt. tr. 3. diſp. 3. num.6.* quòd ſi concurſus ad abortum, etiam non intentum, ſit tantus, vt concurrens prudentum arbitrio cenſeatur ac ſi abortum intendiſſet; non caſualis, ſed voluntarius abortus cẽſendus eſt. Nam voluntarius homicida diceretur ille, qui ex propoſito lęthale vulnus infligeret, eſto non intenderet mortẽ, ſed ſolam vindictam. *Reſ.*20.

De adultero ſignificante adulteræ diſplicentiã grauiditatis?

De coniugibus nimis libidinoſis.

18 Et certè, ſi adulter mulieri de ſe grauidæ diceret: *Nollem te eſſe grauidam, quia graue aliquod malum mihi, & tibi ſuſpicor euẽturum:* præuidens fore, vt prædicta fœmina ex his ad abortum procurandum excitaretur, ille, ſecuto effectu, non eſſet immunis à pœnis. Secus verò, ſi coniuges nimia vtentes libidine, ſine cauſa abortus non intenti, licèt aliquo modo præuiſi: vt benè Floronus *de caſ. reſer. par.2. caſ.5. num.9.* quia verbum *procurare* ſignificat, ſtudiosè & ex induſtria quærere. *Reſ* 30.

NON licet ſumere potionem ſterilitatis ad vitandum periculum partus.

Nec procurare abortum fœtus inanimis ad ſaluandam vitam, vel honorem puellæ prægnantis.

19 Inuoluntarius quoque foret abortus, ſi mulier grauida morbo laborans, medicamentum ſumeret in morbum, quod per accidens abortum faceret. Qua in re aduertendum eſt primò, non licere mulieri, eo quod experta ſit in partu periculum mortis, ſumere medicamenta, vt fiat ſterilis, & non concipiat. Hoc enim eſſet fruſtrare naturam ſuo fine, parumque diſtaret à feminis emiſſione extra vas, vt Caietanus 2. 2. *queſt.* 154. *art.* 1. *circa ſolutionem ad 4. §. Ad ſingula autem obiecta. Reſ.* 33. Secundò, multò minus licere, ad tuendam vitam, vel honorem puellæ prægnantis, procurare abortum fœtus animati. Sicut nec, poſtquam natus eſt, eum in eundem finem ſuffocare. Et contrarium eſt improbabile, etiamſi ſcandalum, vel quoduis aliud ingens malum timeatur, nam in hæc pericula non proles matrem, vel alijs inuecit; ſed ipſa, vel ipſi ſibi imputent, quòd ſe in has anguſtias ſua culpa redegerint. Ità Leone *de cenſ. recollect. 7. num.* 18. *Reſ.* 32.

Sed mater grauida ſi ſit infirma, recipere poteſt

20 Quòd ſi mulier grauida infirma ſit, nec alijs remedijs curari poſſit, tunc quidem adhibere poterit medicamenta non

directè

directè tendentia ad fœtus eiectionem, vt ſectionem venæ, pharmacum, balneum, &c. Quamuis ſequi poſſit abortus, etiam fœtus animati. Quia mater habet ius ad illa, quo non tenetur priuari ad vitandum damnū innocentis. Hoc enim titulo fas eſt, in bello iuſto bellica tormēta explodere in arces inimicorū, inter quos certum moraliter eſt nonnullos eſſe innocentes. Sic inuaſus equo inſidens currere poteſt per viam anguſtam, quamuis in ea ſit puer neceſſariò proterendus. Et ſanè, ſi fera matrem inuaderet, poſſet vtique ad ſaluandam vitam fugere, aut cum fera pugnare, cum abortus periculo. Sicut etiam, ſi natus fœtus matris lacte extremè indigeret, & mater ad ſuam incolumitatem vberum ſiccitate, poſſet vtique illa exſiccare. Peculiare autem eſt in hoc caſu, quod ſalus matris, quæ prætenditur, regulariter fœtus ſaluti prodeſt, qui matre periclitante periclitatur. Dicaſtillus *de iuſt. lib.2. tr.1. diſp.10. dub.13. num.166. Reſ.35.*

medicamenta directè ſanantia, etiam ſi per accidens ſequi poſſit abortus.

21 Secus verò, ait Mazuchellus *diſp.2. cap.3. diff.3. num.9.* ſi medicamentum directè tendat ad abortum, etiam fœtus inanimis. nam ſi id liceret, liceret etiam ei, quæ probabiliſſimum mortis periculum timet ex partu, ſemen effundendo extrà vas, vel alijs modis conceptionem impedire; nam æquè vtrumque eſt malum intrinſecè: hoc tamen pœnis homicidij ſubijcitur in cap. *ſi quis, de homicid.* Neque verò talis fœtus eijci poteſt tamquam matris aggreſſor; nam ſic etiam ſemen abundans, & infirmitatem inducens, nec non fœtus animatus aggreſſores dici, & tamquam tales eijci poſſent. Nec item fœtus inanimis eſt propriè pars matris, quæ nimirum præcidi poſſit ad incolumitatem totius. Verum, ſi fœtus non ſit animatus, probabilis & tuta eſt opinio affirmatiua, quam docet Trullench *in decal. tom.2. libr.5. cap.1. dub.4. num.1.* & Naldus *V. abortus num.3.* teſtatur eſſe communem, tum quia vita præſens matris præſtat futuræ prolis: tum etiam, quia expulſio fœtus inanimati, cum delectationem non afferat, ſicut expulſio ſeminis, non eſt æquè intrinſecè mala, poteſtque ex legitima cauſa cohoneſtari. *T.5. Reſ.34.*

Minimè verò, ſi medicamentum, directè tenderet ad abortum.

Quamuis, ſi fœtus non ſit animatus, probabile ſit, poſſe.

22 Aduertendum ſecundò, quòd ſi fœtus eſt animatus, non licet pro ſalute matris pharmacum exhibere, eatenus ei ſalubre, quatenus fœtui noxium. Dicaſtillus *tr.1. diſp.10. dub.13. n.169.* Si autem æquè matri ſalutare, & ex alio capite fœtui noxium ſit, mater adhibere poteſt, quia vtitur iure ſuo, quod maius eſt, quàm ius fœtus ad vitam ſuam; hic enim pendet à matre, & non è contra. Præſertim, quòd, matre obeunte, pene miraculum ſit, fœ-

Dummodo non iuuet ſolùm in expellendo fœtu.

Quid de alijs caſibus?

Digitized by Google

tum extrahi viuum. Trullench *vbi ſup. num.* 5. Contra quem *n* 6. probabile eſt, id procedere etiam in eo caſu, quo medicamentũ dubium foret, an matris, & fœtus deſperatæ ſaluti profecturum eſſet, an nociturum; nam vita, cuius periculum pro ſpe ſalutis initur, aliàs eſſet modicum duratura. Sanchez *de matr. l.* 9. *diſp.* 20. *num.* 19. *T.* 5. *Reſ.* 36.

Et quid, ſi ſit ſpes, extrahendi infantem viuum à matre mortua?

23 Verùm hæc procedunt, quando, matre obeunte, ſpes nulla foret, prolem viuam extrahi, & baptizari poſſe. Nam, ſi eſſet talis ſpes, teneretur mater à talibus medicamentis abſtinere, & corporalem ſuam ſpirituali fœtus vitæ (id nimirum lex charitatis exigit) poſtponere. Dicaſtillus *vbi ſup. num.* 168. Quòd ſi, tali remedio non adhibito, valde probabile eſſet, vtrumque moriturum; adhibito verò, probabile eſſet, ſaltem matrem conſeruari poſſe, licitè adhiberetur. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 6. *Reſ.* 37.

Et quid, ſi mater dubitet, an ſit in gratia?

24 Petes: Quid, ſi mater non ſit certa, quòd ſit in gratia? tenetur ne poſtponere vitam ſuam corporalem cum periculo etiã æternæ, pro ſpirituali ſalute prolis? Teneri, inquit Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 10. *ſec.* 5. *num.* 133. procurando nimirum ſtatum gratiæ per contritionem, & ſacramenta. Sicut tenetur Parochus ſe in gratia conſtituere pro ſuccurrendis proximis conſtitutis in extrema neceſſitate ſpirituali, etiam cum vitæ periculo, aliàs numquam obligaret præceptum ponendi animam pro ſalute proximi, cum nemo certus eſſe poſſit, an amore vel odio dignus ſit. Alij tamen apud Caſpenſem *tom.* 2. *tr.* 18. *ſec.* 5. *num.* 139. dicunt, hanc obligationem eſſe ſolùm penes Parochos, & eos, quibus ex iuſtitia incumbit attendere proximorum ſaluti; minimè verò penes matrem reſpectu filij, etiam ſi de ſua ſpirituali ſalute moraliter certa eſſet. *Reſ.* 38.

BAPTIZARE.

BAPTIZARE ſolus Parochus tenetur puerum cũ periculo vitæ.

1 BAPTIZARE an quis teneatur infantem in extrema neceſſitate Baptiſmi conſtitutum cum vitæ periculo, ex ſupradictis colligi poteſt. Et licèt aliqui affirment, id tamen negantes de adulto, qui prouidere ſibi poteſt per contritionẽ, &c. Sà V. nihilominus *charitas, nu.* 4. probabile putat, nec infantem cum tanto damno baptizandum eſſe († à non Parocho intellige †) nec matrem teneri permittere ſectionem ſui, vt fœtus moriturus baptizari poſſit. *T.* 3. *Reſ.* 27. §. *Imò Sancius.*

2 Lici-

2 Licitum eſt Chriſtianis baptizare filios infidelium lumine rationis præditos, parentibus inuitis, ſi ipſi annuant. Et, quia ratio illuceſcere ſolet circa finem ſeptennij, ſeptennio completo, baptizari poſſe etiam cum dubio vſus rationis, aſſerit Tabiena *V. baptiſmus 7. quæſt.* 10. Sed hoc cum magna cautela practicari debere, obſeruat Nouarius *par. 2. tit. de bapt. num. 6. & 7.* nam, ſi puer ſit adeo obtuſi ingenij, vt quod petit, non intelligat, non debere baptizari. debere tamen, ſi coniecturæ ſint dubiæ, quia in dubijs in fauorem fidei interpretatio fieri debet. *T.* 11. *Reſolut.* 40.

Quid de filiis infidelium inuitorum poſt vſum rationis?

3 Ante vſum rationis validè quidem baptizantur, parentibus inuitis, quia ſunt capaces Baptiſmi. Neque enim requiritur proprius conſenſus, quem nec parentes ſupplere poſſent; cum in his, quæ ad iuſtificationem pertinent, voluntas parentum non cenſeatur voluntas filij. Non tamen licitè, niſi in periculo mortis, vel ſi ſint filij mancipiorum: nam in his caſibus ceſſat periculum peruerſionis: in primo, ob imminentem interitum; in ſecundo, quia à patre abſtrahi, & in vera lege educari poſſunt: quod quia non mancipijs abſque iniuria fieri nequit, illicitè baptizarentur. Benè tamen baptizari poſſunt filij baptizatorum hæreticorum &c. nolentium: nam hi tamquam Eccleſiæ ſubditi ratione Baptiſmi, cogi poſſunt ad ſeruanda eius præcepta, & ſic ad ſuos infantes baptizandos. Ratio autem quoad dominos reſpectu mancipiorum eſt, quia habent illorum gubernium, non ſolùm quoad corpus, ſed etiam quoad animam. Quæ ratio probat, puerum in hunc finem à parentibus abſtrahi poſſe. Nam ſi poteſt ex alio fine abſque parentum iniuria, cur non etiam ex hoc, qui eſt bonus? Periculo autem peruerſionis occurri poteſt, ſi infans clam parentibus adoleſcens, abſque illorum mentione hauriat fidem. Aduerte etiam, infantes infidelium baptizari poſſe, etiam ſi per iniuriam in manus Chriſtianorum deuenerint, quando parentibus reſtitui non poſſunt, quia per hoc parum præiudicatur iuri ipſorum, qui educare eos nequeunt. Et hæc omnia docet Caſpenſis *tr. 27. diſp. 1. ſect. 5. n. 47. Reſ. 67. T. 2.*

Vel ante?

BENEFICIARIVS.

1 BENEFICIARIVS tenetur ad recitationem Officij ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis fructuum.

BENEFICIARIVS omittens Horas, an ſufficienter reſtituat per eleemoſynas factas abſque hoc intuitu?

Digitized by Google

ctuum. Quam tamen reſtitutionem probabile eſt compenſari poſſe eleemoſynis ab eodem factis, etiam abſque hoc intuitu, vel memoria talis obligationis. Quia hanc intentionem habuit virtualiter. Et ità docet Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. & iur. to. 1. diſp. 4. ſect. 3. num. 46.* & Trullench *in decal. to. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 24. num. 18. T. 10. Reſ. 24.*

An teneatur erogare ſuperfluain vſus pios, etiam ſine neceſſitate proximi.

2 Tenentur quoque beneficiarij ad eroganda ſuperflua beneficij in vſus pios, etiam citra proximi ſpiritualem aut corporalem neceſſitatem. Idque non ſolum de iure poſitiuo, vt docuit Leſſius *lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 47.* Nam ſi ità eſſet, contra hoc ius poſſet præſcribi, & illud Pontifex derogare, vel in illo diſpenſare poſſet, ſaltem validè, quæ videntur abſurda. Tenentur ergò iure naturali ratione ſtatus, ex quo pauperum Patres conſtituti ſunt, vt ait Trident. *ſeſſ. 28. cap. 1.* vt erga illos pietatem exerceant, & alijs exemplo ſint. Eaque eſt intentio fidelium beneficia inſtituentium. Lugo *vbi ſup. ſect. 2. num. 16.* & Palaus *to. 1. tr. 6. diſp. 2. pun. 5. num. 6. T. 10. Reſ. 13.*

Et quid ſi partem reſidui notabilẽ inſumeret in vſus prophanos?

3 Ex his ergò, ſi Epiſcopus, vel alius beneficiarius partem notabilem fructuum in vſus prophanos inſumeret, peccaret mortaliter. Notabilis pars, ſecundùm Palaum *num. 7.* eſſet tertia, vel quarta totius ſummæ. Secundùm Caramuelem *in reg. S. Bened. diſp. 4. num. 47. & alibi*, octaua, quorum tamen ſententias non audeo cenſere probabiles. Eminentiſſimus Lugo *ſect. 3. num. 42.* eam partem inquit non eſſe notabilem reſpectu totius reſidui, qua in prophanos, reliquo in pios vſus, expenſio, dici poſſet, totum reſiduum, vel circiter expenſum in vſus pios. idque in quantitate, quæ numerum milleſimum attingit, vel ſuperat, verificari, ſi in vſus prophanos inſumatur vigeſimum: in minori vero, ſi maior, v.g. decima, octaua, vel etiam quinta, aut minor, *Tract. 17. Reſ. 36.*

Et an accipientes reſtituere tenerẽtur? Aut peccarent?

4 Porrò parentes, vel alij, quibus beneficij redditus erogarentur, non tenerentur ad reſtitutionem. Imò, ſi illos non peterent, nec beneficiarios inducerent ad donandum, ſed ſolùm acceptarent oblatos nec peccarent. quia propriè non cooperarentur illorum peccato, quod in ipſa oblatione conſummatum fuit. Cardinalis Lugo *num. 48.* contra Sanchez *in opuſc. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 38. num. 14. Tract. 11. Reſolut. 39.* An beneficiarius in minoribus negotiari prohibeatur. vide V. *Negotiari*.

BENE-

BENEFICIVM.

1 **B**ENEFICIVM ab irregulari illicitè acceptatur; & illicitè illi confertur. Imò ſecundùm Auilam, *diſp.2. num.6.* Nauarrum *cap.27. num.351.* & alios communiter, etiam inualidè. Probabile tamen eſt, conferri validè, & irregularem facere fructus ſuos, poſſeque impetrata diſpenſatione, abſque alia collatione beneficium retinere &c. quia irregularitas non reddit Clericum inhabilem ad miniſterium Ordinis, propter quod datur beneficium, ſed tantum impedit nè ei licitè conferatur. Caſpenſis *to.2. tract.25. diſp.5. ſect.3. num.23.* Qui, dato quod eſſet incapax beneficij, non fore incapacem exiſtimat penſionis; quia hoc non eſt propriè beneficium, de cuius eſſentia eſt, habere ius perpetuum ad fructus. Vndè docet Gonzalez *in reg. cancell. gloſſ. 5. §. 5. n. 26.* inhabilitatum ad beneficia, non cenſeri inhabilitatum ad penſiones. Verùm ſtylus Curiæ in Dataria, & Cancellaria contrarius eſt. Nam incapax beneficij reputatur etiam incapax penſionis. *Tract. 12. Reſ. 7. & quoad hoc vltimum etiam Tract. 10. Reſ. 6. d §. Verùm hic obiter.* An verò irregularis diſpenſatus ad Ordines ſacros, cenſeatur diſpenſatus etiam ad beneficia, vide V. *Irregularitas, num. 6.*

BENEFICIVM an irregulari validè conferatur?

Et quid de penſione?

2 Quocunque autem titulo inhabilis ad beneficium, dummodo ſit habilis ex conditione perſonæ; ſi illud per triennium pacificè poſſideat, abſque violenta intruſione, aut ſimonia; & dummodo beneficium non ſit reſeruatum reſeruatione clauſa in iure communi, ius in eo acquirit ex regula Cancellariæ; niſi apponatur clauſula derogatoria huius regulæ. Quod Dicaſtillo *de iuſt. lib. 2. tr. 1. diſp. 1. dub. 12. num. 249.* non ſolùm contra quemcunque actorem, ſeu petitorem, ad illum tali exceptione pellendum; ſed etiam ad acquirendum dominium beneficij abſque alio titulo, ſufficere exiſtimat, tamquam legitimam vſucapionis ſpeciem, in qua licet Nauarrus *conſ. 8.* & alij aſſerant, non requiri neceſſariò bonam fidem, idque Gomez *in hanc regulam de triennali q. 42.* affirmet bis in Rota deciſum: verius tamen eſſe, quod requiratur, quia poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit, *cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6.* quæ regula etiam in ſpiritualibus locum habet; Gloſſ. *in cap. contingit, de dolo & contumacia, v. conſtituatur.* neque enim credibile eſt, Papam fauere peccanti malæ fidei poſſeſſori. *Tract. 10. Reſ. 26.*

REGVLA de triennali an ſufficiat ad acquirendum dominium ſine alio titulo?

Et requirat bonã fidem?

3 Nota

Digitized by Google

3 Nota hic, quòd prædicta regula de triennali non habet locum in penſionibus, Gomez *q.*50. nec in obligatione reſtituendi fructus beneficiorum, niſi triennium decedat ſub bona fide beneficiarij. Sanchez *in decal. lib.* 2. *cap.*5. *num.* 11. & 12. *Ibid.* §. *Notandum*.

Habeatque locũ in penſionibus?

CAPITVLVM.

1 CAPITVLVM Sede vacante vti poteſt facultate concessa Epiſcopis à Tridentino *ſeſſ.*24. *cap.* 6. in caſus & cenſuras Papales occultas. Quia ſuccedit Epiſcopo in omni iuriſdictione, quæ ei competit iure communi ordinario, per cap. *cum olim*, *de maior.* & *obedien.* ac etiam quæ competit de iure ſpeciali tanquam Ordinario, & ratione officij in perpetuum, vt docet Abbas *in d. cap.* 10. *quæſt.* & alij. Et talis eſt dicta facultas, quæ ex iuriſdictione ordinaria conceditur Epiſcopo, tamquam eius dignitati connexa. Caſpenſis *to.*2. *tr.*25. *diſp.*5. *ſect.*17. *num.*120. contra Filliucium *to.*1. *tr.*20. *cap.*10. *num.*276. *Tract.*2. *Reſ.*3. In iuriſdictione autem delegata, non ſuccedit Epiſcopo. Vide V. *Vicarius Capituli*.

CAPITVLVM Sede vacante habet auctoritatem Epiſcopi quoad caſus. & cenſuras Papales occultas.

CENSVS.

1 CENSVS vitalitius eſt quædam ſponſio ſuper vita certæ perſonæ. nam, qui dat pecuniam, ſpondet numerum annorum recipientis futurum minorem, quàm ſit denariorum, vel duodenariorum in centenario: recipiens verò ſpondet futurum maiorem. Eſt autem licitus: quia numerus annorum noſtrorum incertus eſt, & periculum æquale. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 37. *cap.*2. *num.* 34. *Tract* 9. *Reſ.* 70. Vide plura V. *Sponſio*.

CENSVS vitalitius licitus.

CESSIO BONORVM.

1 CESSIO bonorum eſt beneficium legis, quo debitores, quibus ſoluendo non eſt, ſi bonis ſuis ceſſerint, carcerem deuitant. Menochius *de arb. iud. lib.*2. *caſ.* 183. introductum *l. Iulia. l.* 1. & 4. *Cod.* ne præter humanitatem, paruo creditorum commodo, & magno ipſorum incommodo cogantur debitores pauperes totam in carceribus vitam agere;

CESSIO bonorũ quid?

Mald.

Mald. *de iuſt. tr.* 4. *cap.* 7. *dub.* 3. Nec vllam exigit ſolemnitatem aut ritum: fieri enim poteſt in iudicio, & extrà; per ſe, & per nuncium, vel epiſtolam, & quomodocunque ſignificetur creditoribus voluntas debitoris relinquendi illis quicquid habet in cenſu. l. *vlt. ff. de ceſſ. bon.* Harpprecht. *in comm. ad inſt. tom.* 4. *tit. de act.* §. *vlt. num.* 3. *Tract.* 8. *Reſ.* 1. Nihilominus in quibuſdam locis ad deterrendos homines, ne nimia prodigalitate aut negligentia ad eam neceſſitatem deueniant, ſtatuto municipali adiecta eſt ignominia. Nam in Gallia cedens bonis debet preſens eſſe iudicio diſcinctus, & nudata ceruice, vt refert Duarenus. In quibuſdã locis Italiæ debet in loco publico, & notorio poſteriora ad lapidem, vel columnam (Romæ ſuper leonem marmoreum in cliuo Capitolino) ter percutere, clamando: *Cedo bonis*. Ang. *in l. fin ff. de ceſſ. bon.* quæ ſtatuta quamuis Baldo, & alijs videantur parum honeſta (quippe quæ turpe hominibus ſpectaculum exhibent) atque adeo nulla: Doctores tamen communiter, inter quos Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 2 *diſp.* 21 *ſec.* 3. *num.* 40. illa non improbant. *T.* 8. *Reſ.* 21. *initio, & fine*.

Et qualiter fieri debeat

In Gallia?

In Italia?

Romæ?

2 Non poſſe vti hoc priuilegio debitorem, ſi ei creditores offerant inducias quinquennales, ait Brunus *de ceſſ. bon. qu.* 2. *nu.* 1. & alij. Liberum ei eſſe, quinquennales inducias acceptare, vel bonis cedere, ait Gloſſa *in l. fin. v. detur.* Albertus verò *ibid.* hanc libertatem ei competere affirmat initio; ſed, vbi gaudere voluit oblatis inducijs, non poſſe abſque conſenſu creditorum cedere bonis. Vide etiam Maximilianum Fauſtum *de ærar. claſſ.* 16. *conſ.* 1271. *Reſ.* 17.

Et an permittatur, quando creditores offerunt debitori inducias quinquennales?

3 Porrò bonorum ceſſione debita non extinguuntur, ſed ſopiuntur: nam, ſi cedens ad pinguiorem fortunam deueniat, tenebitur in vtroque foro integrè ſatisfacere, §. *fin. inſtit. de action. l. cum & filij familias, C. qui bon. ced. poſſ.* & eſt communis opinio, quam tuetur Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 21. *ſec.* 3. *num.* 40. *Tract.* 8. *Reſ.* 20. Et contra Tuſchum *tom.* 1. *concl.* 217. *num.* 4. & alios, procedit etiam in ceſſione ignominioſa: nam debitor per ignominiam non extinguit obligationem naturalem ſoluendi debita, ſed ſoluit pœnam prodigalitatis, aut doli præſumpti in contrahendis debitis ſupra vires. Couarrun. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 6. *Tr.* 8. *Reſ.* 21. Hinc debitor non admittitur ad beneficium ceſſionis, niſi prius cautionem præbeat de integra ſolutione in feliciori fortuna. *l. fin. inſtit. de action.* Et quidem fideiuſſoriam, ſi poteſt: ſecus, iuratoriam, ait Brunus *quæſt. princ.*

Bonis cedens, ſi fiat ditior, tenetur ſoluere in integrum.

Et de hoc dare debet cautionem fideiuſſoriam, vel iuratoriam.

*num.*5. 6. *&* 7. Nam regula generalis eſt, vt quoties debitor non poteſt præbere cautionem fideiuſſoriam, admittatur ad iuratoriam, *Auth. generaliter*, *C. de Epiſcopis, & Cler.* & alibi. Maulius *de ceſſione bonor. tit.* 5. *num.*6 *T.*8. *Reſ.*16.

PER ceſſionem bonorum non liberantur fideiuſſores.

4 Aduerte hìc duo. Vnum eſt, quòd cedente bonis debitore, fideiuſſores non liberantur; ideo enim in contractibus exigitur fideiuſſor, vt, redacto ad impotentiam debitore, ſoluat pro illo, *§. vlt. Inſt. de replicat. l. heres à debitore, §. quod ſi ſtipulator, ff. de ſolut.* Cardinalis Lugo & alij, contra Tuſchum *tom.* 1. *concl.* 219. *num.* 3. *Reſ.*18. Alterum, quòd ſecundùm Maiolum *de irreg. lib.*2. *cap.*11. *num.*16. & Tuſchum *concl.*227. *num.*7. ceſſio ignominioſa inducit irregularitatem, propter infamiam facti. Sed tu cogita: nam infamia facti non reſultat, niſi ex facto malo & delicto, cuiuſmodi non eſt ceſſio ignominioſa. Nec refert, quòd tales vulgò reputantur infames. nam ſic etiam nobiles non acceptantes duellum, & maritus non occidens amaſium vxoris, eſſent irregulares. Ideo contrarium tenet Baldus *in l. debitores C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Quod etiam de ſuſtibus docuit Giſahuſem *in arb. iudic. crim. cap.*1. *num.*7 *&* 8. *Reſ.*22.

An cedens bonis fiat irregularis?

CESSIO bonorũ non habet locum in debitis ex delicto.

5 Ceterùm, bonorum ceſſio in multis non habet locum. In primis enim non in debitis ex delicto. Nam publicè intereſt, ne delicta impunita maneant. *cap. vt famæ, de ſent. excommun.* & quando agitur de publica vtilitate, excluditur bonorum ceſſio. *l. propter honorem, C. qui bonis ced. poſſ.* Vnde ait Cardinal. Lugo *diſp.*21 *ſect.*3. *num* 43. hoc beneficium de iure communi conceſſum eſſe ſolis debitoribus, qui debent merè ciuiliter. Et Rebuff. *conſ.* 181. *num.*5 ait, nec concedi, ſi quis ciuiliter ad pœnam pecuniariam conueniatur. Quamuis Syluester *v reſtitut.* 7. *quæſt.*6. *dict.*5 dicat concedi, quando citra viam accuſationis petatur debitum, etiam ex furto. Et Couarruu. *num.* 8. concedi in debitis originatis ex contractu, quamuis in proceſſu ex aliqua cauſa fiant etiam debita ex delicto. *Reſ.*2 *T.*8.

Debitis Fiſco titulo collectarum.

Contractis ſub ſpe ceſſionis.

6 Secundò non habet locum in debitis Fiſco, titulo collectarum, quę fiunt pro rata bonorum, quamuis habeat locum, ſi Fiſco debeatur aliquid ex contractu. Trentacinquius *reſ.* 27. *n.* 26. & alij. *Reſ.*19. *§.*1. Tertiò, non in eo, qui dolo malo, & ceſſionis ſpei niſus, debita ſupra vires contraxit: & dolus præſumitur, ſi contractus tempore ſciebat ſe non poſſe ſoluere. *l. penult. in fin. ff. de iur. dot.* Hunnius *in reſol. ad Treutl. vol.*2. *diſp.*24. *th.* 4. *lit I.* Nouizanus *conſ.* 591 *num.* 10. & alij. Sicut Clericus, qui ſub ſpe

Cleri-

Clericatus contraxit debita, eius beneficio priuatur. Squillante *de priu. cler. cap.* 10. *num.* 15. *Reſ.* 11. *&* 13. *§.* 2. Item non habet locum in eo, qui præciſe factum promiſit. Carolus de Graſſ. *except.* 17 *num.* 44. *Reſ.* 19. *§.* 3.

Vel cum facti promiſſione.

7 Tertiò non habet locum in eo, qui in defectu ſolutionis expreſsè ſe obligauit ad carcerem. Tepatus *in epit. deciſ. tit.* 281. *de ceſſ. bon. cap.* 5. *circa finem.* contra Colerum *de proceſſ. execut. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 121. *Reſ.* 19. *§.* 5. Nam & poteſt quis ſe ad carcerem obligare. Zaſius *lib.* 2. *ſing. reſp. cap.* 8. Et poteſt huic beneficio renunciare: quicunque enim renunciare poteſt fauori ſuo. *l. penul. C. de pact.* Etiam futuro, non obſtante *l. is qui heres, ff. de acquir. hered. & l. ſi ita ſcriptum §.* 1. *ff. de legat.* 2. quæ loquuntur de legato ſub conditione, vel die relicto, quod, priuſquam conditio purificetur, aut dies adueniat, repudiari non poteſt; quoniam interim cum effectu non debetur. Renuntianti verò hoc beneficium, non ei ſuffragatur; quia non eſt indulgendum beneficiũ, qui ei renunciauit, & pactus eſt cum creditore ſuo ſe bonis non ceſſurum. *l. quis in conſcribendo* 29. *C. de pactis, l. ſi iudex* 41. *ff. de min.* 25. *ann. num.* 136. *cap.* 1. Harpprechtus *in comm. ad inſtit. to.* 4. *tit. de act. §. vlt. num.* 11. contra Couarruu. *lib.* 2. *Reſ.* 1. Et procedit præcipuè, ſi renuntiatio fuerit iurata, quo caſu ſtando in ſententia contraria, peti debet abſolutio iuramenti ab Epiſcopo. Molina *tom* 2. *tr.* 2. *diſp.* 572. *Reſ.* 15.

Non in eo, qui renunciauit huic priuilegio, vel expreſſe ſe obligauit ad carcerem.

8 Quartò, licèt Hunnius *vol poſt. diſp. Treutler.* 24. *th.* 4. *poſt Nouell.* 135. *cap.* 1. Iuſtiniani (in qua decernitur, vt qui fortunæ ſolùm vitio ad inopiam redacti ſunt, bonis cedere non compellantur, ſed à creditorum moleſtia liberi ſint, dũmodo illis actiones ſuas cedant) aſſerat, hodie de iure communi hoc beneficium competere illis ſolis, qui ſua culpa inopes facti ſunt. Communiter tamen Doctores, cum quibus Boer. *deciſ.* 349. *nu.* 8. & Heig. *quæſt.* 35. *num* 49. *par.* 1. iſtos excludunt. Et *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. & nouell.* 135. *l. quilibet C. de decur. lib.* 10. excluditur à beneficio ceſſionis, qui bona ſua conſumpſit, viuendo luxuriosè. *Tr.* 8. *Reſ.* 3. *&* 11. *§.* 4. Quin immò, licèt aliquis partim ſua culpa, partim verò aduerſa fortuna, ad inopiam redactus ſit, non poteſt bonis cedere. Heigius *vbi ſupra. Reſ.* 12. Hinc quoque ait Zaſius *ad l. qui creditor, num.* 7 *ff. de ceſſ. bon.* quòd ſi debitor, præferens in ſoluendo creditores poſteriores, ſufficiens eſſe deſinat, non admittitur ad ceſſionem bonorum. *Reſ.* 19. *§* 2. Et Eminentiſſimus Lugo *num* 39. quòd ſi debitor in fraudem

In eo qui ſua culpa inopem ſe effecit.

Alienauit aliquid in fraudem creditorum.

Digitized by Google

Vel occultauit,

creditorum quicquam alienauerit, priuatur beneficio ceſſionis. *Reſ.* 11. Et idem, ſi in ceſſione occultauerit vel vnicum obolum. Natta *conſ.* 361. *num.* 8. nam debet reuelare omnia bona ſua creditoribus (Hering. *de fideiuſſ. cap.* 5. *num.* 81.) medio iuramento. Heig. *quæſt.* 35. *num.* 68. *par.* 1. *Reſ.* 5.

Habet verò in eo, qui initio negauit debitum.

9 Quintò, Matthias de Afflictis *deciſ.* 379. & alij ex l. *qui cedit* 8. *ff. de ceſſ. bon.* requirunt, vt debitor bonis ceſſurus debitum fateatur. Nam ſi neget, & conuincitur, non admitti. Quam ſententiam Maulius *de ceſſ. bon. tit.* 2. *num.* 9. limitat primò, quando debitor habuiſſet iuſtam cauſam negandi, & ante ſententiam pœnituit, & debitum confeſſus eſt. Secundò, quando debitum originem ſumeret ab ipſamet ſententia, vt quia eſſet actum actione in factum. Tertiò, ſi fuiſſet appellatum à ſententia condemnatoria, nam pendente appellatione debitorem poſſe cedere bonis. Mihi tamen magis placet contraria ſententia abſolutè ſumpta, propter auctoritatem l. 2. *qui bon. ced. poſſ.* vbi habetur, iudicatum, ideſt damnatum, bonis cedere poſſe, ne in carcerem detrudatur. Ex quo enim dicit *condemnatum*, ſupponit negantem: quia iudicium in inuitum, & contradicentem redditur. *l. inter ſtipulantem,* 83. *ff. de verb. oblig.* §. 1. Facit etiam textus in *l. de ætate* 11. §. *vlt. ff. de interrog. in iur. facien.* vbi is, qui aliquid affirmando reſpondit in iudicio, poteſt citra periculum ſe pœnitere, & corrigere. vnde ſimiliter debitor, licèt debitum initio negauerit, poterit ſe corrigere, & debitum citra amiſſionem huius beneficij confiteri. *Reſ.* 10.

Et cedens bonis poteſt congruum ſuſtentamentum ſibi retinere.

10 Petes: An bonis cedenti remittenda ſint in foro externo alimenta quotidiana? Negatiuè reſpondet Cardinal. Lugo *n.* 37. & ſolùm relinquendas ei eſſe veſtes, quibus tempore ceſſionis operitur, ſi pretioſæ non ſint, aliàs cum minus pretioſis permutandas. Ex *l.* 1. *tit.* 5. *par.* 5. in Caſtella, & iure communi toto *tit. ff. de ceſſ. bon.* & *C. qui bon. ced. poſſ.* & *inſtit. de act.* §. *vlt.* & contra Medinam *C. de reſtit. quæſt.* 3. *cauſ.* 3. nec inſtrumenta ſuæ artis, ait Dicaſtillus *lib.* 2. *tr.* 2. *diſp.* 10. *dub.* 4. *num.* 78. Vnde falsò docuit Leſſius *lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 3. *num.* 46. ex l. *qui bonis* 6. *ff. de ceſſ. bon.* eum, qui ceſſit bonis, non eſſe fraudandum quotidianis alimentis. Nam ibi ſermo eſt de illis bonis, quæ illi poſt ceſſionem miſericorditer relinquerentur. Sed, his non obſtantibus, puto, ex lege æquitatis aliquid victus gratia cedenti bonis relinqui debere, quod patet ex lege *Diuus Adrianus* 6. *ff. de bon. damnat. nouell.* 135. *in fine proœm.* l. *ſi pupillus* 18. *in prin.* & l. *fin. ff. de pri-*

de priuil. & docet Maximilianus Fauſtus *de ærario claſſ.16. conſil.* 1271. & alij. *Reſ.*4. Et quamuis Cardinalis Lugo ſuam ſententiam etiam ad forum conſcientiæ extendat: quia ius concedit priuilegium cedenti omnia bona ſua, quod non efficit verè, qui aliquid ad ſuum victum abſcondit. Saltem in hoc foro ſentio cũ Hurtado *de iuſt. & iure diſp.9. diff.3. Reſ. 6.* Idque probabiliter etiam in debitis ex delicto, quod nouiſſimè docet Machadus *tom.1. lib.2. par.3. tract.23. docum.6. num.* 4. & probabilius cenſet Fagundez *in decal. tom.2. lib.7. cap.28. num.13. Reſ.7.* Quod autẽ de bonis acquiſitis poſt ceſſionem debitor retinere poſſit congruum ſuſtentamentum, admittit Cardinal. Lugo; quia habetur expreſsè l.4. §. & 6. *ff. de ceſſ. bon. & l. ex contractu C. de bon. auctor. iud. poſſ. & inſtit. de act. §. vltim.* docentque DD. communiter, tam pro foro externo (*Reſ.*8.) quàm pro foro conſcientię. Contra Medin. *de reſtit. quæſt.* 5. nam reſpublica propter bonum commune poteſt de bonis ſubditorum diſponere, & hi tenentur conſentire, & de facto conſentiunt, dum ſcientes adeſſe hoc priuilegium, nihilominus contrahunt cum illo periculo. Exceditur autem in hoc ius naturale ab hoc priuilegio, nam qui malis artibus ſtatum acquiſierunt, de iure naturali reſtituere tenentur, etiam ſi cogantur prouidere ſibi de victu per mendicitatem. *Reſolut.*9.

Saltem in conſcientia.

Etiam in debitis ex delicto.

Præſertim verò de bonis acquiſitis poſt ceſſionem.

11 Petes ſecundò: An heredi adeunti hereditatem abſque inuentario faueat beneficium ceſsionis bonorum? Negatiuè reſpondet Brunus *de ceſſ. bon. quæſt.*4. *princ. quæſt.* 6. tum quia præſumitur opulentam hereditatem inueniſſe, *nouell.* 1. *cap.* 2. *§. ſi verò non confecerit, l. vlt. C. de iur. delib.* & voluiſſe creditores decipere: tum etiam, quia pœna heredis non conficientis inuentarium eſt, vt hereditarijs creditoribus in ſolidum teneatur. *d. l. vlt. §.*12. 13. *&* 14. *C. de iur. delib.* Propter quæ Squillante *de priuil. Cler. cap.*10. *num.* 43. docuit, clericum non efficientem inuentarium, non releuari beneficio *cap. Odoardus, de ſolut.* Verùm Hunnius *diſp.*24. *th.* 4. affirmatiuam ſententiam tenet, per text. in *l. vlt.* §.14. *cit. & nouell.*1. *cap.* 2. §. 2. vbi dicitur, heredem omittentem inuentarium teneri creditoribus hereditatis in ſolidum, quemadmodum ipſe defunctus teneretur; atqui defunctus, ſi viueret, vti poſſet beneficio ceſsionis: ergò. Deinde, quia hereditas tranſit cum ſua cauſa ſuiſque vitijs, l. *heres ff. de reg. iur. l. hereditas, ff. de verb. oblig.* præſertim non perſonæ, ſed cauſæ, cuiuſmodi eſt beneficium ceſsionis, quo non propterea

An heres non conficiens inuentarium, vti poſſit hoc beneficio?

priua-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

priuabitur, quòd non confecerit inuentarium: nam ob id ſolùm habet, teneri in ſolidum, quod etiam habebat defunctus, qui non ob id prohibebatur cedere bonis. Præſumptio verò opulentę hereditatis aut fraudis, cum ſit ſolùm iuris, admittit probationem in contrarium. *Reſ.* 14.

CIRCVMSTANTIÆ PECCATORVM.

CIRCVMſtantia tactus in pollutione cum tertio non peccâte.

1 POSITA doctrina, quam in *ſumma ſub hoc verbo* tradidimus, quòd circumſtantiæ non mutantes ſpeciem non ſunt neceſſariò confitendæ, circumſtantia tactus in POLLVTIONE cum puero nondum doli capace, vel cum beſtia aut fœmina dormiente (ad excludendum peccatum ſcandali) ſecluſo etiam ordine ad moroſam delectationem, vel deſiderium talis obiecti, ſecundùm ſententiam Caietani *in* 2. 2. *quæſt.* 154. *ar.* 11. quòd non ſuperaddat malitiam ſpecie diuerſam, non eſſet neceſſariò confitenda. Et hanc ſententiam tenet Caramuel *in reg. D. Bened. diſp.* 66. *num.* 983. Secundùm ſententiam aliorum, quòd

Omninò explicari debet in cõfeſſione.

ſuperaddat diſtinctam malitiam, omninò explicari deberet. Et ab hac ſententia in praxi non eſt recedendum; quia tactus impudici cum quouis tertio, ſunt ex natura ſua copula inchoata cum eodem: quare ſicuti ipſæ copulæ diſtinguerētur, ità etiam tactus. Dicaſtillus *de iuſt. lib.* 1. *diſp.* 3. *dub.* 18. *num.* 282. *Tr.* 12. *Reſ.* 15.

Sicut perſonæ alium ſuis tactibus polluentis.

32. & *Tr.* 11. *Reſ.* 27. §. *Non deſeram*. Et idem docet Candidiſſimus P. Candidus *tom.* 3. *ſuar. diſquiſ. diſquiſ.* 2. *ar.* 24. *dub.* 5. & 6. contra Caramuelem, de circunſtantia perſonæ polluentis alium ſine propria delectatione. Nam, ſi hæc eſt religioſa, grauis ſtatui infertur iniuria, aſſumendo illam vt inſtrumentum tam ſordidi operis. §. *cit. Non deſeram*. Item quoad locum, communior,

Et loci Sacri, etiã in pollutione occulta.

probabilior & tutior opinio docet, pollutionem, & fornicationem, etiam occultam, in Eccleſia, eſſe ſacrilegium. Contraria tamen non eſt improbabilis, ſaltem ob auctoritatem Vaſquez, & Pontij, qui illam docuerunt. Quicquid ſit de ratione, quòd Eccleſia non habet iuriſdictionem in tales actus, ſicut non habet in internos, propterea quòd vtrique occulti ſunt: quamuis vtrique reuelari, & publicari poſſint, ſaltem ab Angelo. Ità Caramuel *vbi ſup. num.* 1017. *Tr.* 11. *Reſ.* 13.

IN Sodomia non oportet explicare circunſtantiam virginitatis.

2 Secundò in SODOMIA non oportet confiteri circumſtantiam virginitatis, ſi quis illam commiſit cum virgine: quia talis circunſtantia omninò materialiter ſe habet ad ſodomiam.

Neque

Neque enim redditur minus habilis ad matrimonium. Imò nec explicari debet circumſtantia ſexus; nam hæc etiam differentia eſt ſolùm in genere entis, non in genere moris. Caramuel *vbi ſup. num.*1013. *Tr.*12. *Reſ.*16. & quoad hoc vltimum etiã *Reſ.*23.

3 Tertiò, licèt Dicaſtillus *vbi ſup. num.*303. *& ſeq.* putet, explicandam eſſe circumſtantiam lineæ & gradus, ſaltem primi, & ſecundi tranſuerſalis, tam in copula naturali, quàm in ſodomitica; quia ex quo aliqui ſunt conſanguinei vel affines, ſeruare debent de iure naturæ inter ſe reuerẽtiam, & pietatem. vnde eſt quòd ius poſitiuum inter tales prohibuit matrimonium. quæ ſententia eſt probabilior. Probabilis etiam eſt ſententia Azorij, quam tenet nouiſſimè Mazuchellus *de caſ. reſer. diſput.* 2. *cap.*4. *num.*28. *& cap.*22. *num* 23. in copula nimirum ſodomitica non eſſe neceſſariò explicandum, an commiſſa ſit cum conſanguineo vel affini in primo gradu, vel ſecundo: ſed ſufficere explicare in genere conſanguinitatem, vel affinitatem: quod aliqui docent etiam de copula naturali, & de tertio & quarto gradu, eſt commune. *Reſ.*18. *Tr.*12.

Et licèt explicari debeat circumſtantia lineæ, & gradus primi & ſecundi.

Probabile tamen non eſſe neceſſarium.

4 Licèt etiam Dicaſtillus *vbi ſup. num.*300. neceſſitatem imponat, explicandæ in ſodomia circumſtantiæ cognationis ſpiritualis & legalis, propter reuerentiam pariter inter eos debitam ratione cognationis, ob quam de iure poſitiuo matrimonij impedimentum inter eos inductum eſt: Probabile tamen eſt, quod docet Mazuchellus *cap.*22. *num.*25. & ante illum Azorius *tom.*3. *lib.*3. *cap.*18. *quæſt.*4. non neceſſariò explicari debere. *Tract.*12. *Reſolut.*17.

Sicut nec circumſtantiam cognationis ſpiritualis, & legalis.

5 Probabile etiam exiſtimat Machadus *tom.* 1. *libr.* 2. *part.* 3. *tr.*19. *docum.*5. *num.* 5. quòd maritus non teneatur explicare, quòd ſodomiam commiſerit cum vxore volente, quia id non eſt contra matrimonij fidem, quæ iuxtà S. Thomam, & DD. communiter ſufficienter ſaluatur per hoc, quòd coniuges ſibi inuicem debitum fideliter reddant, & cum alijs non concumbant. Sed ego adhæreo contrariæ ſententiæ Sanchez. Nam D. Auguſtinus expreſsè habet, hunc concumbendi modum deteſtabiliorem eſſe inter coniuges, quam inter ſolutos. *Tr.*12. *Reſ.*23.

Quid, ſi maritus cognoſcat vxorẽ in vaſe indebito?

6 Patiens autem in peccato ſodomiæ non tenetur explicare, quòd patiens fuerit, ſed ſufficit dicere, ſe commiſiſſe toties ſodomiam, eſto Confeſſarius intellecturus ſit de actiua. Nam talis circunſtantia non mutat ſpeciem, ſed minuit culpam intra eandem, propterea quòd eſt ſine ſeminis miſſione. Mazuchellus

Et an explicari debeat circumſtantia agentis, vel patientis?

Digitized by Google

*diſp.*2. *cap.*22. *diff.*1. *num.*21. Ob eandem rationem mulier inceſtum patiens abſque ſeminis miſſione, tacere poteſt hanc circunſtantiam ſeminis non emiſſi. *T.*10. *Reſ.*8.

Et diſparitatis cultus?

7 Denique, quoad circumſtantiam diſparitatis cultus, DD. communiter dicunt mutare ſpeciem, propter dedecus religionis; addereque fornicationi malitiam ſacrilegij, ſeu infidelitatis, vel potius vtramque aliquo modo. vnde eſt, quòd Eccleſia matrimonium cum infideli prohibuit. Auerſa *de ſac. Pœnit. q.*9. *ſec.*9. Multi tamen dicunt, hanc circumſtantiam non mutare ſpeciem, ſed tantùm aggrauare intra eandem. Quare probabile eſt, non oportere quòd explicetur in confeſſione. *Tractat.* 7. *Reſolut.*72.

CLERICI.

CLERICI exēpti ſunt à legibus ſæcularium,

A tributis & ſubſidijs patriæ.

1 CLERICI non tenetur legibus Principum ſæcularium coactiuè, & ſecundùm aliquos nec directiuè. Vide V. *Statutum laicale num.*7. Et certè exempti ſunt ab oneribus communibus, & quibuſcunque ſubſidijs patriæ, vt in Summa V. *Immunitas Eccleſiaſtica* ſtabiliuimus. Idque de iure diuino, aut ſaltem Eccleſiaſtico, vt ibidem dictum eſt, & infra ſub eodem Verbo rurſus probabitur. Nec obſtant *l. ad inſtructiones*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicitur, quòd ad pontium, & itinerum inſtructionem etiam Eccleſiæ teneantur, *l. ad portus*, *de operib. publ.* vbi dicitur, ab ædificatione, & reparatione murorum neminem excuſandum eſſe priuilegio dignitatis, & *l. neminem*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi dicitur, quod Eccleſiæ non ſunt immunes à muneribus debitis propter aduentum Principis (quas leges adducit, & commēdat Rabardeus *ſec.*3. *num.*41 *ſui optati Galli*:) nam has leges non potuerunt Imperatores ex defectu poteſtatis in præiudicium Eccleſiæ inſtituere. vnde correctæ fuerunt per ius Canonicum in cap. *non minus*, & cap. *aduerſus*, *de immun. Eccleſ.* & alibi, vt notat Syluester v. *immunitas* §. 16. imò etiam per ciuile, *Auth. item nulla communitas*, *C. de epiſc. & cler.* vt notat Bartol. apud Panormit. *conſ.*3. *num.* 2. ſiquidem ibi generaliter prohibetur, nè quis audeat ab Eccleſijs collectas, exactiones, angarias, vel perangarias exigere. Baldel. *in theol. mor. lib.*5. *diſp.*34. *num.*10. *T.*1. *Reſ*19. Et Bonifacius VIII. in cap. *Clerici*, *de immun. Eccleſ. in* 6. excommunicat non ſolùm exigentes aliquam præſtationem à Clericis, etiam ſponte dantibus;

Et ab illis exigētes, excommunicantur.

bus; ſed etiam ipſos Clericos, qui abſque Summi Pontificis licentia ſoluerent. Quam conſtitutionem licet Clem. V. in Conc. Vienn. reuocauerit; poſtea tamen quoad exigentes, illud innouauit Leo X. in Concil. Lateranen. *ſeſſ.* 9. confirmantque ſingulis annis Pontifices in Bulla Cœnæ. Comitolus *reſp. mor. lib.* 1. *q.* 93. *T.* 11. *Reſ.* 21.

Non negamus, Clericos in quibuſdam grauibus reipublicæ neceſsitatibus, concernentibus ex æquo laicos & Clericos, ſubſidium ferre debere; ſi laicorum, etiam particularium, facultates non ſuppetant; & conſulto Summo Pontifice, ante ipſam primam exactionem, ſi periculum non ſit in mora, vel in continuatione, ſi primò adiri non potuit. Et cum his clauſulis Eccleſiaſtici ſoliti ſunt ſubſidia præbere Principibus Catholicis & pijs, vt patet per multa exempla omnium ferè Chriſtianorum, quæ adducit Maximilianus Fauſtus *de ærari. claſſ.* 10. *canſ.* 40. quicquid in contrarium aſſerat Rabardeus *vbi ſup.* Vnde obſeruat Baronius *tom.* 4. *an.* 387. *Non niſi apoſtatas atque hæreticos Imperatores exegiſſe ab agris Eccleſiæ cenſum; hac ex parte Pharaone Ægypti Rege deteriores. Cum alioqui Catholici Principes in diſtrahendis Eccleſiæ redditibus munificentiſſimi ſemper extiterint. Qui ſi quando neceſſitate ingruentium bellorum preſſi indiguerint accipere ab Eccleſijs, id perquam ſubmiſſo animo à Romano Pontifice expetere conſueuerunt; & ab illo paternæ caritatis affectu pro facultate præſtari, cuius rei innumera ſunt exempla.* Reſ. 20.

3 † Clericis in cap. *Odoardus, de ſolut.* priuilegium conceſſum eſt, nè pro ciuilibus incarcerari, aut vltra id, quod ſaluis ſuis neceſſitatibus poſſunt, conueniri valeant †. Idque locum habet, tam ſi Clericus ſit debitor principalis, quàm ſi laici fideiuſſor: Riccius *par.* 3. *decif.* 20. Laicus verò Clerici fideiuſſor hoc priuilegio non gaudet; quia eſt perſonale: Riccius *par. decif.* 175. *T.* 8. *Reſ.* 18. 5. *Sed hic obiter.* Neque Clericus ipſe in debito, ratione depoſiti: Graſſus *de eff. Cler. effect.* 7. *num.* 58. *T.* 8. *Reſ.* 7. 5. *Hinc.* vel in debitis hereditarijs, ſi non conficiat inuentarium, ſecundum Squill. *de priu. cap.* 10. *num.* 43. *Reſ.* 14. *in fine.*

Niſi cõcurrat neceſſitas, & licentia Summi Pontificis.

Clerici non poſſunt in ciuilibus conueniri perſonaliter.

Poteſt tamen Laicus Clerici fideiuſſor.

Et Clericus ipſe pro depoſito.

Et debitis hereditarijs, ſi non fecit inuentarium.

4 Clericis iure Canonico prohibitum eſt aleis, taxillis, vel ſimilibus ludis ludere, vel intereſſe: Vide V. *Ludus num.* 9. & 30. An verò poſſint aliquid licitè ludo exponere, vide *ibid. num.* 38.

COMPENSATIO.

COMPENSATIO occulta an licita in debito probabili?

COMPENSATIONEM in conſcientia licitam eſſe, dictum in Summis V. Compenſatio, dummodo debitum ſit certum, nam in dubijs melior eſt conditio poſſidentis. Sed Leſſius lib. 2. cap. 12. dub. 5. in fine, & alij admittunt compenſationem famæ in pecunia; & Granadus in 1. 2. contr. 7. de leg. tract. 3. par. 2. diſp. 15. alijque concedant, fieri poſſe à legatario pro legato relicto in teſtamento minus ſolemni, in quibus caſibus debitum non eſt certum, ſed ſolum probabile; Cardinalis Lugo tom. 1. de iuſt. diſp. 16. ſect. 5. à num. 94. probabile ſibi videri ait, quòd in conflictu opinionum, verſantium non circa factum, ſed circa ius, creditor, cui fauet opinio æquè probabilis aut probabilior, ſi cætera adſint, compenſationem in conſcientia efficere poſſit; nam dictum illud, *in dubijs melior eſt conditio poſſidentis*, procedit in dubio negatiuo, vel ad ſummum in dubio probabili circa factum; quando enim actor ſuam intentionem fundat in æquè vera, aut veriori legis interpretatione, tunc & iudex, non obſtante poſſeſſione, iudicare poteſt contra conuentum, & actor ante iudicium per compenſationem occultam ſibi conſulere. Alias nec debiti non liquidi ſolutionem petere, vel acceptare liceret. His tamen non obſtantibus, non audet recedere à communi ſententia, quam tenet nouiſſimè Dicaſtillus *de iuſt. lib. 2. tr. 2. diſp. 9. dub. 6. num. 92. T. 10. Reſ. 16.*

Et de re diuerſa ſpeciei?

Limitat etiam Cardinalis facultatem efficiendi compenſationem occultam extra iudicium (ſi non ſit multum difficile) abſque graui peccato, dummodo quis recipiat rem ſuam, quæ adhuc domini ſui pertineat, vel æquiualentem in eadem ſpecie, vt pecuniam pro pecunia, vinum pro vino, &c. nam ſi quis pro pecunia accipiat vinum, vel oleum v.g. facit ei iniuriam, cogendo rem ſuam vendere ſine cauſa, & neceſſitate. Sed ego cum Trullench *in decal. to. 2. lib. 7. c. 5. dub. 5. num. 4.* iterum exiſtimo, ſupradictam iniuriam non eſſe mortalem. *T. 14. 10. Reſ. 17.*

Non obſtante præiudicio creditorum anteriorū?

Limitat tertiò, dummodo non fiat præiudicium creditoribus anterioribus, quibus poſterior præferri non debet, propterea, quòd res debitoris poſſideat, ſi illa non poſſidet nomine proprio, vel vt pignora, ſed nomine debitoris. nam hæc non eſt vera poſſeſſio. Sed ego probabile exiſtimo, poſſe creditorem

ſibi proſpicere de ijs, quæ detinet apud ſe debitoris: nec teneri anterioribus creditoribus prouidere. Id quod probabilius putat Machadus *to. 1. lib. 2. par. 3. tr. 23. docum. 5. num. 9.* Et quòd fieri poſſit compenſatio ex re depoſita, contra Comitolum, docet Trullench *ubi ſup. num. 7. Reſ. 18.*

4 Nota hic primò, compenſationem fieri poſſe ex re, quam debitor ad alterum dono mittit: nam dum non eſt acceptata, manet adhuc ſub dominio debitoris, qui poteſt reuocare donationem: vtilitas autem donatarij non impeditur per vim aut fraudem. Ita Vaſquez *de reſtit. cap. 5. §. 1. num. 45.* Qui tamen *num. 7.* negat fieri poſſe de pecunia, quæ alteri mittitur in ſolutum, niſi is debitum ſuum aliter recuperare commodè poſſet. At Eminentiſſimus Lugo *ſect. 6. num. 112.* etiam in tali caſu exiſtimat fieri poſſe, dummodo ille ſeruetur indemnis. *Reſ. 17. cit. §. Notandum ſecundò.*

5 Nota ſecundò, compenſationem licitam eſſe, etiam anticipatè, ſi adſit probabilis timor, quod tempore debito non ſit futurum ſoluendo. Ita Cardinalis *ſect. 7. num. 93.* & Machadus *vbi ſup. numer. 7. Reſolut. 17. citat. §. Notandum tertiò.* Item poteſt quis debitum in compenſationem retinere, quod ſoluere iurauit. Molina *to. 2. diſp. 560. n. 9.* contra Gutierez *de iur. conſ. p. 3. c. 6. à n. 5. Ib. §. Negandum eſt* (quod legi debet, *Notandum*) Non tamen pro eo, quod debetur ex gratitudine, vel charitate: ſed tantùm in cõpenſationem eius, quod debitum eſt ex iuſtitia. Fagundez *to. 2. lib. 7. cap. 30. num. 2.* contra Nauarrum *de reſtit. lib. 3. cap. 1. num. 376. Reſ. 19. §. Nota tamen.*

6 Nota tertiò, non poſſe ludentem efficere compenſationem actiuam eius, quod per fraudem lucratus eſt, cum eo, quod legitimè perdit: non ſolùm cum alio, vel cum eodem altero die, ſed etiam cum eodem, in eodem die & ludo. Vide V. *Ludus, n. 28.*

7 Nota quartò, quod pecuniam, quam alteri debes ex iuſtitia, compenſare potes gratuito dono, vel obſequio. Quod ſi debiti immemor, donum, vel obſequium impendiſti; Bonacina *pun. 1. num. 29.* non te liberat ab onere reſtitutionis: nam licèt, ſi recordatus eſſes, dediſſes titulo ſolutionis; hæc tamen conditionalis non facit, quin hic & nunc ille actus ſit donationis gratuitæ. In ſententia aliorum, quam probabilem putat Trullench *dub. 5. num. 10.* liberaris. *T. 10. Reſ. 19.*

Et de re, quæ mittitur in donum.

Vel in ſolutum.

Licita autem eſt etiam anticipata, ſi timeatur amiſſio.

Et actiua fieri poteſt per dona, etiam abſque hoc intuitu præſtita.

CONCIONATORES.

CONCIONATOR tenetur reprehendere etiã Prælatos in certis caſibus.

1 CONCIONATORES tenentur publicè peccata populorum corripere, apud quos concionantur, etiam Prælatorum, ſi vel errent in fide, populoſve ſeducant, vel ſuis prauis moribus populum ſcandalizent; quia tunc publicè deſtruunt caritatem, & talis correctio poteſt populo prodeſſe & nulli obeſſe. In alijs caſibus admonentur à Bannez *in 2.2.q. 33. ar.4.* ex Caietano, ne ponant in cælum os ſuum, in Prælatos ſcilicet inuehentes, quorum auctoritas valde neceſſaria eſt ad bonum communitatis. *Tract. 3. Reſ. 13. §. Et ideo.*

Ne peccata publica communiter damnare.

Etiam ſi non ſperetur fructus.

2 Non excuſari concionatores à publica eorum peccatorum correctione, quæ in ijs locis crebro fieri ſciunt, ait Coninch *diſp.*28. *dub.6. num.*113. per hoc, quod non ſperent emendationem, ſi grauiora mala non timeantur. Quod Mendoza *in 2.2. q.2. diſp. 163. ſec.7. §. 58.* probat exemplo Prophetarum, qui aliquos correxerunt, quos ex diuina reuelatione ſciebant in peccato eſſe morituros. Imò etiam ipſius Chriſti, qui non deſtitit hortari Phariſæos ad pœnitentiam, quorum indurata eſſe corda probe ſciebat. Et diſparitatem cum perſonis priuatis aſſignat; quòd hi non tenentur ex officio, ſed ſolùm ex debito caritatis, quando ſperatur fructus; illi verò tenentur ex officio, & legatione Dei, qua fungi omninò debent. *T. 3. Reſ. 13.*

Sed ſe prius corrigere debet.

Quamquam non peccet mortaliter concionando cũ mortali occulto.

3 Debet porrò concionator à ſe prius culpas ablegare, nè fortè ei dicatur: *Qui prædicas non furandum, furaris? propter vos blaſphematur nomen Dei inter gentes.* Vnde Caietanus *2.2.q. 187. ar. 1.* docuit, concionatorem concionantem in mortali, peccare mortaliter. Quod, quamuis dici poſſit de publico peccatore, & ſcandaloſo; ſi tamen peccatum ſit ſecretum, contrarium dicendum eſt cum Caſtillo *in 3. to.2. diſp.6. q. 6. num. 3.* & alijs, quia actio concionandi nec eſt adnexa ex inſtitutione Chriſti Ordinibus ſacris, nec adeo ſacra, vt à peccatore effici nequeat. Et idem dic de Iudice, & Prælato, quoad correctionem iudicialem, contra Syluestrum *v. correctio, num. 16. Tr. 3. Reſ. 14. & olim p. 3. Tr. 4. Reſ. 197.*

CONFES-

CONFESSARIVS.

1 CONFESSARIVS debet eſſe peritus doctrinæ moralis. Ideo Tridentinum *ſeſſ. 23. ſ. can. 15.* aduertit, ne Epiſcopi quemquam ad audiendas confeſſiones admittant, non præmiſſo examine de doctrina. Ex quo Nouarius *to. 2. tit. de reg. aud. conf. ſecul. num. 9.* docet, Epiſcopos non poſſe admittere aliquem, etiam regularem, & notoriè ſufficientem, ad confeſſiones ſine examine; quia hoc exigitur tamquam forma, ſine qua actus non ſubſiſtit. Pariſ. *in tr. de recip. benef. lib. 7. queſt. 9.* Verùm, quod publicè, & notoriè ſufficientes non eſt admittendus, nam Concilium apponit conditionem, *ſi illis videbitur eſſe neceſſarium*. Et ideo contrarium tenet Barboſa *in Triden. l. c. num. 37.* & ſeruatur in praxi. Verùm tamen eſt, quod ſic approbatus, nullum ius acquirit irreuocabile, quia hoc eſt priuilegiũ, & reuocari poteſt ad arbitrium concedentis. Bordonus *reſ. 36. q. 3. num. 9.* & Sacra Congregatio apud Gauantum *in man. epiſc. v. confeſſarius, num. 11. Reſ. 33. T. 11.*

Confeſſario non licet interrogare pœnitentem de complice, vel alio peccatore, ad effectum illum corripiendi. Nam nec extra confeſſionem licitum eſt priuato inquirere peccata, vt corrigantur. Et peculiare illi eſt, abuti Sacramento, quod ad peccatorum ſolatium inſtitutum eſt, reddendo illud oneroſum, & odioſum. *T. 3. Reſ. 24. 5. Dico ſecundò.* Imò nec ipſius pœnitentis inquirere peccata poteſt extrà confeſſionem, tamquam Prælatus; quia eius iuriſdictio eſt ſolùm interna, & quatenus pœnitens ſponte ſe illi ſubmittit: à quo proinde ſolo, & in ipſa tantùm confeſſione inquirere debet ſua peccata, vt iudicialiter corrigat: alioqui dubitare videbitur de eius fidelitate in confeſſione, & redderet aliquo pacto odioſam confeſſionem. Duuallius *in 2. 2. tr. de charitate q. 9. ar. 4. Ibid. Reſ. 12.*

3 Confeſſarij regulares ex ſuis priuilegijs abſoluere poſſunt ab omnibus cenſuris Summo Pontifici reſeruatis, ac proinde ab excommunicatione incurſa ob duellum. Sed hæc facultas hodie religioſis commorantibus in Italia interdicta eſt per decretum Congregationis ex mandato Clem. VIII. vt ait Dicaſtillus *de iuſt. & iure lib. 2. tr. 1. diſp. 10. dub. 15. num. 238.* Inſulæ autem Sicilia, Sardinia, & Corſica, Italiæ adhærentes, non veniunt Italiæ nomine, vt in ſimili Bordon. *reſ. 6. n. 13.* Quare in illis regulares poterunt prædictam cenſuram abſoluere. *T. 11. Reſ. 45.*

CONFESSARIVS approbari poteſt ſine examine, ſi ſit notoriè ſufficiens.

Sed tunc reuocari poteſt ad libitũ.

Non poteſt interrogare pœnitentem de complice.

Vel alios de pœnitente.

In finem correctionis.

An regularis abſoluere poſſit ab excõmunicatione duelli?

Saltem in inſulis Italiæ adiacentibus?

CONFITERI.

CONFITERI tenemur ex præcepto Ecclesiaſtico ſingulis annis; & ex præcepto diuino, ſi peccati mortalis conſcij, communicare velimus, aut in mortis articulum incidamus. & hoc quidem per ſe. Caietanus verò *in ſum. v. confeſſio §. quinta præſens*, docet, obligari etiam per accidens ad confeſſionem ſæpius repetendam, ad vitandum periculum incidendi in noua peccata. conſtat enim experientia, eos, qui ſemel tantum in anno confitentur, non vitare peccata mortalia. Verùm Eminentiſſimus Lugo *de Sacram. pænit. diſp.* 15. *ſec. 4. à num.* 45. hanc ſententiam meritò impugnat. tum quia hanc obligationem Theologi antiquiores non agnouerunt, nec veriſimile eſt, viros doctiſsimos & ſanctiſsimos, eam vel ignoraſſe, vel in concionibus neglexiſſe. Tum etiam, quia ſi homines communiter ad confeſsionem tenerentur ſæpius in anno, ſuperfluum eſſet præceptum Eccleſiæ de annua confeſsione; ſicut ſi Epiſcopus v. g. in ſua diœceſi præciperet ieiunium ſingulis Sabbatis Quadrageſimæ. imò vtrumque præceptum eſſet pernicioſum, quia fideles communiter crederent, ſe ſuæ obligationi ſatisfacere per confeſsionem annuam, ſicut crederent illi diœceſani, ſufficere ieiunium vnicum per hebdomadam. Ait tamen Lugo *num.* 54. propter periculum illud incidendi in noua peccata mortalia, adeſſe obligationem eliciendi actum contritionis ſæpius intra annum. de hac tamen re non eſſe interrogandum pœnitentem, nec talis obligationis admoneri debere. rationes videbis apud illum. *T. 12. Reſ.* 32.

CONFITERI nemo tenetur ſæpius intra annũ vt ad vitanda peccata mortalia.

An conteri?

2 Qui in Paſchate, vel alio tempore iuxta præceptum Eccleſiæ, confiteri non poteſt, ex defectu Confeſſarij, vel ex alio capite; non tenetur conteri ad implendum præceptum. Vide *V. Sacramentum, num.* 7.

Et quid ſi non poteſt cõfiteri ex præcepto Eccleſiæ?

CONIVGES.

1 CONIVGES retrahentes ſe à ſeminis emiſsione intra vas legitimum, ad effectum impediendi prolem, non incurrunt pœnas contra procurantes abortum, vt dictum eſt *V. Abortus num.* 10. Nec ſimiliter ſi abortus ſequatur

CONIVGES quando peccent contra finem naturæ?

ex

Digitized by Google

ex nimio motu & libidine, quamuis aliquo pacto præuiſus, vt *ibid. num.* 18.

CONSECRARE.

1 NON licet conſecrare hoſtias rubras, ſi contineant magna quantitate cinnabrij: nam tunc non eſſet materia apta conſecrationis. Imò nec ſi modica, propter indecentiam. Quin etiam propter ineptitudinem, aut ſaltem dubietatem talis materiæ, quæ per illam miſtionem alteratur notabiliter, & extrahitur à pane viſuali, qui eſt neceſſaria materia Euchariſtiæ. Et ità tenet Eminentiſsimus Lugo *de Sacr. Euchariſt. diſp. 4. ſect. 1. num. 42.* T. 12. *Reſ.* 8. §. *Quarto ſecundo.*

CONSECRARE non licet hoſtias rubras.

2 Vinum extractum ex vua paſſa, in quo fama eſt conſecrari apud Aegyptios, aptum eſſe conſecrationi aſſerit Amicus *to. 7. diſp. 16. ſect. 3. num. 34.* Et certè illud optimum eſſe, aſſerunt experti; etiam ſi vua apponi debeat intra aquam quæ tunc illud extraheret à ratione vini conſecrabilis, quando non inebriaret. T. 12. *Reſ.* 8.

Eſt apta materia vinum extractum ex vua paſſa.

3 Materia conſecrationis debet eſſe moraliter præſens Sacerdoti, ita vt demonſtrari ab eo poſsit per pronomen *hoc* & *hic*. Ad hanc moralem præſentiam non requiritur, vt de facto ſenſu aliquo percipiatur, ſiue in ſe, ſiue in continente; nam cæcus abſque viſione, & contactu poteſt habere rem moraliter præſentem. Requiritur tamen, vt ſit ſenſu aliquo perceptibilis, vel in ſe, vel in aliquo continente, ſicuti eſt calix, vel pyxis. Dubium autem graue eſt, an idem dicendum ſit de particulis clauſis in tabernaculo; quod Eminentiſsimus Lugo *vbi ſup. ſect. 7. num.* 123. noluit enodare. Ego verò exiſtimo, has non eſſe aptas conſecrationi, quia non habent ſufficientem præſentiam ratione ſui, vel continentis. An autem contrarium probabile ſit, alijs iudicandum relinquo, perpendentibus, an interpoſitio tabernaculi inter Sacerdotem & particulas, ſit tamquam continentis, an tamquam rei extraneæ, veluti ſi eſſent poſt parietem, in quo caſu rectè aſſerunt Doctores cum Ochagauia *de Sacr. Euch. diſt. 1. q. 6. num.* 13. contra Maiorem *in 4. diſt. 10. quæſt.* 2. conſecrari non poſſe: Planè ſicut pyxis, ita & tabernaculum dicitur particulas conſeruare, & in vtroque demonſtrari poſſunt per particulam *hoc*. Nam, quòd in tabernaculo ſint tamquam in ſecundo continente, parum refert; nam idem foret, ſi in

An cõſecrari poſſint particulæ clauſæ in Tabernaculo?

ſi in

ſi in arca poneretur fiſcella panis plena, vel ſi pyxis tegminè ligneo occluderetur, in quibus caſibus non tolleretur præſentia ſufficiens. Propter hæc igitur & ſimilia, ſi caſus occurreret, conſulerem, tales particulas ſumendas eſſe à Sacerdote poſt ſanguinē, vt obſeruat in ſimili Gamachæus *in 3. part. quæſt. 74. cap. 4. Tr. 10. Reſolut. 7.*

CONSVETVDO.

CONSVETVDO contra libertatem Eccleſiaſticam reprobatur.

1 CONSVETVDO quæcunque contra libertatem Eccleſiaſticam eſt irrationabilis, & reprobata paſſim in iure, in Conc. Lateran. ſub Leone X. *ſeſſ. 10. cap. nouerit, de ſent. excomm.* in Bulla Vrbani VIII. *edita die 5. Iunij 1641. & publicata die 14. Auguſti eiuſd. anni*, & ſingulis annis in Bulla Cœnę. Ex quo ſatis conſtat, *Papam* in huiuſmodi conſuetudines, ſeu potius corruptelas, non conſentire. Imò Vrbanus VIII. in prædicta Bulla reuocat omnes ſimiles conſuetudines, etiam ſi ſint cum ſama priuilegij (quod niſi exhibeatur, non probatur quantumuis longa conſuetudine. ſecus enim omnes conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam, reprobatæ à Sacris Canonibus, probarent priuilegium Pontificium; quod tamen cum ſit valde odioſum, non præſumitur. *Suarez contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. num. 17. Tract. 1. Reſol. 3.*) Lælius *in obſer. ad tract. Solorzan. de Indiar. iure.* Et eſt communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum. Non ſolùm quoad conſuetudinem contra totam libertatem Eccleſiaſticam, quæ in orbe Chriſtiano nuſquā fuit; ſed etiam quoad conſuetudinem lædentem eam in minimo, vt contra Couarruuiam firmat Rota *in vna Barchinon. exempt. die 20. Iunij 1636. coram Coccino*. Nam textus prædicti damnāt Magiſtratus, & Iudices ſæculares, qui ad ſua tribunalia Clericos trahunt; vt patet ſpecialiter ex lectione cap. *Clerici, de Iud.* quod ſic habet: *Clerici, maximè in criminalibus, in nullo caſu poſſunt in aliquo, quàm ab Eccleſiaſtico Iudice condemnari, etiamſi conſuetudo regia habeat, vt Fratres à Iudicibus ſecularibus iudicentur.*

Etiam ſi ſit cum ſama priuilegij.

Etiam ſi ſit miſta Laicorum & Clericorum.

Et in Bulla Cœnæ damnantur paſſim aliquæ actiones particulares contra libertatem Eccleſiæ. Nec iuuat, ſi qua huiuſmodi cōſuetudo ſit miſta Laicorum, & Clericorum: nam conſenſus Clericorum in hoc caſu nihil aliud eſt, quàm quædam priuata renūciatio priuilegij, quæ ad introducendam conſuetudinem valere non poteſt, vt notauit Felinus cum Paulo de Caſtro *conſil. 159.*

Niſi

Niſi enim aſſiſtat voluntas expreſſa, vel tacita Summi Pontificis, Clericorum voluntas, quantouis tempore conſtans, non poteſt iuri Pontificio derogare. Suarez *vbi ſup. cap. 32. num. 19. Tra. 1. Reſolut. 18.*

CONSVLENS.

1 † CONSVLENS alteri malum, ſecundùm aliquos Doctores, peccat idem peccatum, quod ſuadet, nẽpe ſuadens furtum, peccatum furti; ſuadens ſacrilegium, ſacrilegij; &c. idque peccatum contrahit etiam malitiam à qualitate perſonæ ſuadentis. Vnde Religioſus ſuadens fornicationem ſimplicem, peccat contra ſuum votum caſtitatis, perinde ac ſi ipſe fornicationem committeret †. Verùm Caramuel *in Reg. D. Bened. diſp. 66. num. 986.* exiſtimat, hoc peccatum pertinere ad propriam ſpeciem ſcandali, ſeu homicidij ſpiritualis, contra quintum præceptum decalogi. Nec proinde conſulentem teneri in confeſſione explicare ſtatum ſuum. Nam Religioſus conſulens fornicationem, non facit contra ſuum votum, cum nullam in hoc percipiat veneream voluptatem, & materialiter ſe habet circunſtantia religionis quoadhoc. Sed circa præſentem quæſtionem ne deſeras videre Cardinalem de Lugo *de ſacr. pœn. diſp. 16. ſec. 4. num. 152. Tr. 11. Reſ. 27.*

CONSVLENS malum an peccet idem peccatum?

2 † Aliquando conſulens fit etiam particeps pœnæ latæ illi delicto, quod perſuadet. Quando nimirum pœna fertur non ſolùm contra principales delinquentes, ſed etiam contra dantes eis conſilium, auxilium, vel fauorem, &c. quemadmodum pœnæ latæ in Bulla Gregorij XIII. *de datis, & promiſſis pro obtinenda gratia, vel iuſtitia in Romana Curia*, & in Bulla Sixti V. *contra procurantes abortum* †.

Et incurrat eaſdẽ pœnas?

3 Et quidem ad incurrendas pœnas Gregorij in primo caſu, non requiritur, quòd ſequatur effectus vltimus, gratiæ vel iuſtitiæ obtentæ, ſicut non requiritur quoad ipſos dantes, & promittentes; quia pœnæ iiſdem verbis extenduntur ad dantes auxiliũ, conſilium, &c. quibus confirmantur pro principalibus abſque vllo diſcrimine, contra Azorium *quæſt.* 8. Requiritur tamen, quòd ſequatur actio, ad quam datum fuit conſilium, &c. Nam Bulla dicit: *dantes prædictis conſilium, auxilium*, &c. iſti autem prædicti erant dantes; & promittentes, acceptantes, &c. quales non ſunt, qui conſilium non admittunt. Ità Dicaſtillus *de iuſt.*

Effectu ſecuto?

 lib. 2.

*lib.2.tr.1. diſp.6. dub.7. num.*258. Vide etiam Bonacinam *tom.3. diſp.2. quæſt.3. pun.31. num.22. Tr.4. Reſ.13.*

Quid de conſulẽte abortum?

4 Conſulens autem abortum, non incurrit pœnas ſupradictę Bullæ, niſi ſequatur effectus: quemadmodum nec principalis procurator: quia quoties verba legis aliud non declarant, intelligi debent velle punire delictum conſummatum. Nouarius *tom.2. tit. de abortu num.*22. *Tr.5. Reſ.*10. Imò probabile eſt, quod docet Baunius *in Theol. mor. tom.2. tr.14. quæſt.* 27. nimirum, conſulentem abortum, ſi reuocauit conſilium, & fecit quod potuit, etiam ſi deinde ſequatur abortus, non incurrere pœnas: quia ad nihil aliud obligari poteſt, quàm ad reuocandum omni conatu conſilium, quo in malum operatus fuerat. Quamquam probabilis etiam ſit contraria ſententia Cardinalis de Lugo *de iuſt. tom.2. diſp.*10. *ſect.2. §.2. num.*39. *Tr.5. Reſ.*29.

Ad vitandum maius malum?

5 Aduerte hic cum eodem Cardinali *num.* 43. contra Candidum *tom.1. diſqu.11. ar.2. dub.2. num.* 5. licitè ſuaderi abortum puellæ prægnanti, quæ ad auertendam infamiam deliberata erat ſe ipſam occidere, ſi aliter ab illo iniquo propoſito auerti non poſſit; quia generaliter ſuaderi poteſt minus malum, ad vitandũ maius, vt dictum *in Sum. V. Scandalum, num.*3. *Reſ.* 39.

Et de conſulente fugam militi, ſi is ſuſpendatur?

6 Aduerte etiam, quòd conſulens fugam militi, aut furtum latroni, quibus de iure adnexa eſt pœna capitis, non fit irregularis, ſi illi ſuſpendantur: quia irregularitas homicidij inflicta eſt inferentibus ipſum homicidium aliqua poſitiua actione directè tendente in ipſum; quæ ob id dici poſſit contra iuſtitiam, vel lenitatem. Conſilium verò in his caſibus non tendit directè in homicidium, ſed in actum fortitudinis, quo quis delicto capitali ſe exponere deberet. Caſpenſis *tom.2. tr.25. diſp.5. ſect.8. numer.* 38. *Tr.10. Reſ.* 30.

CORREPTIO

Quid & Quotuplex, & quali obligatione facienda.

CORREPTIO fraterna

1 CVM correptio duplex ſit; vna iudicialis, proueniens à poteſtate publica, quæ reum punit in bonum aliorũ, quos ſuo peccato ſcandalizauit, aut ſcandalizare potuit, & eſt

propriè

propriè actus iuſtitiæ vindicatiuæ: alia fraterna, quæ fit priuata auctoritate in bonum eius, qui corripitur; nos omiſſa prima, agemus de hac ſecunda (*Tr.* 3. *Reſ.* 1.) quæ ſic definitur à Caſpenſi *tom.* 2. *tr.* 17. *diſp.* 6. *ſec.* 1. *num.* 2. Actus, ſeu opus, quo quis ſubuenit neceſſitati ſpirituali proximi, nitens eum à peccati malo liberare, per conuenientem aliquem, & idoneum ad id ſermonẽ. *Reſ.* 2. *in fine* §. 1. Quid?

2 Eſt correptio fraterna proculdubio actus virtutis, idque nõ ſolùm habetur in ſacris litteris; *Prouer.* 27. *Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus*, *Eccli.* 29. *Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi*; vnde de Deo legimus *Prouer.* 3. *Quem enim diligit Dominus, corripit*: ſed etiam in libris Ethnicorum: ait enim Ariſtoteles 9. *Ethic. cap.* 9. prauum amicorum corripiendum eſſe, & ſi correptionem negligat, diſſoluendam eſſe amicitiam. *Reſ.* 1. *cit.* Et quidem nonnulli volunt, correptionem non eſſe ſpecialis virtutis actum; ſed reduci ad illã virtutem, cuius oppoſitum peccatum corripitur: ità vt ſi proximum corripias de adulterio, ſit actus virtutis iuſtitiæ commutatiuæ; ſi de blaſphemia, religionis, &c. quia quælibet virtus nos inclinat ad conſeruandam eius honeſtatem, non ſolùm in nobis, ſed etiam in alijs. Hæc opinio non eſt tenenda. Secus, qui, cùm facilè poſſet, non corriperet furem, teneretur ad reſtitutionem. Ægidius *diſp.* 28. *dub.* 2. cenſet, eſſe actum caritatis Dei, & proximi: nam hæc nos obligat, vt non ſolùm data occaſione, vtriuſque bonum procuremus; ſed etiam ea, quæ vtrique grauiter aduerſantur, quale eſt peccatum, impediamus. Caſpenſis ait, pertinere poſſe ad caritatem, & miſericordiam, prout corripiens eam efficit ex motiuo, nè Deus offendatur, vel ex voluntate ſubleuãdi proximum à miſeria. *Reſ.* 2. *cit.* Ego tandem exiſtimò, correptionem elicitiuè procedere à miſericordia, eſſeque vnum ex illis ſeptem operibus ſpiritualibus, quæ continentur hoc verſu.

An actus virtutis? Et cuius?

Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora:

imperatiuè verò procedere à caritate, vt indicat D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 1. *ad* 2. *Tr.* 3. *Reſ.* 3.

3 Præcipitur nobis correptio proximi, *Matth.* 18. illis verbis: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum, &c.* & in veteri teſtamento dicitur *Eccli.* 19. *Corripe amicum, nè fortè non intellexerit, & dicat, Non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere: Corripe proximum, ne fortè non dixerit, & ſi dixerit, ne forte iteret*. Verba autem ſupradicta Euangelij continere præceptum, docent com- Eſt nobis præceptũ?

Digitized by Google

muniter Doctores cum S. Thoma *art.2.* Nam ſi caritas, & miſericordia obligant nos ad ſubleuandum proximum à miſeria corporali, multò magis obligabit ſubleuare à ſpirituali, quæ eſt maius malum. Eſſe autem ſpeciale præceptum ab alijs diſtinctum, docet Caſtillo *in 3. tom. 2. diſp. 6. quæſt. 2.* contra Hurtadum. *Reſ. 3. cit. §. His poſitis.* Et quidem per ſe ſub mortali, quemadmodum præceptum eleemoſynæ erga conſtitutũ in extrema, vel graui neceſſitate. Coninch *diſp. 28. dub. 2. num. 14.* Neque excuſat, quòd neceſſitas ſpiritualis eſt voluntaria, vtpote à qua poteſt homo ſua ſponte ſe liberare: nam ſemper homo peccat tentatus à concupiſcentia, quæ quoquo pacto minuit voluntarium. Et certè non eſt voluntaria homini amiſſio æterni boni, & incurſio æternæ pœnæ, cuius fit reus; quas proinde ſi peccans benè apprehenderet, & perpenderet, non peccaret. *Reſ. 4.* Verum tamen eſt, quòd quamuis omiſſio voluntaria correptionis de mortali, ex genere ſit mortalis, poteſt tamen fieri venialis ex imperfectione actus, ſi nimirum quis ex tepiditate aliqua, vel inaduertentia illam omittat, cum alioqui in præparatione animi deſideret ſalutem proximi, & paratus ſit ei in neceſſitate auxilium ferre. Ex quibus ait D. Thomas *art. 2. cit. ad 3.* correptionem poſſe omitti aliquando cum mortali, aliquando cum veniali, & aliquando etiam meritoriè. Sed de his latius infra. *Reſ. 4. & 61.*

Regulariter ſub mortali.

14 Aduerte etiam, obligationem correptionis ſub mortali habere latitudinem, & non eſſe æqualem in omnibus: eſt enim maior in patre, domino, & marito; & adhuc maior in Prælato, ac etiam Magiſtratu ſæculari, reſpectu ſuorum reſpectiuè ſubditorũ, & in concionatore reſpectu auditorum, quàm in ceteris. In patre quidem & marito, propter coniunctionem, & dependentiam carnalem, & ſacramentalem, & in iiſdem ac dominis propter domeſticum conuictum, ratione cuius paterfamilias tenetur habere ſpecialem curam ſalutis ſuæ familiæ, & procurare diligentius eius bonum ſpirituale. Vnde eis Apoſtolus ſæpe commendat, *vt ſciant domibus præeſſe, & filios habere honeſtos*: & Heli in lege veteri propter defectum debitæ correptionis ergà filios, repentè interijt. Villalobos *tom. 2. tract. 4. diff. 6. num. 5 Reſ. 31.* Prælati verò, ſpeciali titulo caritatis ad id tenentur, vtpote qui ſunt veluti patres ſpirituales ſubditorum, quos proinde ſupra ceteros diligere debent. Et præterea tamquam ſuperiores ratione officij tenentur ad idem præſtandum, etiam ex lege iuſtitiæ; nam cum hoc onere officium confertur, & cum hoc pacto acceptatur.

Sed non æqualiter omnibus.

Prælatis enim præcipitur lege iuſtitiæ.

Vnde,

Digitized by Google

Vnde, ſi culpatè correptionem ſubditorum omittant, tenentur ad damna ex ea omiſſione ſecuta, & in confeſſione tenentur explicare circumſtantiam muneris, quia mutat ſpeciem. Et idem dic ſuo modo de magiſtratibus ſæcularibus († concionatoribus ſaltem ex mercede. Vide V. *Concionatores, à num.* 1. †) & omnibus, qui publicum ſtipendium, aut quaſi ſtipendium (nimirum ius imperandi, dignitatem, &c.) accipiunt. Mendoza *de fide vol.* 2. *diſp.* 162. *ſec.* 4. §. 39. *& ſeq.* & ante illum Caietanus *in* 2. 2. *q.* 33. *ar.* 2. *ad* 4. *Reſ.* 9.

CORREPTIO

Quibus, à quibus, de quibus facienda.

5 PRÆCEPTVM correptionis obligat, vt corripiamus omnes peccatores, etiam infideles de infidelitate; & ſi non poſſumus ad fidem reducere, ſaltem corripere de peccatis contra legem naturæ, ſi tamen ſit ſpes emendationis, & abſit periculum, &c. vnde, quia conuerſari cum illis non eſt tutum, & generat potius ſcandalum, ab illis corripiendis maximè excuſamur. Ratio autem eſt, quia etiam infidelis eſt noſter proximus per caritatem diligendus, & aliquo modo frater, ratione communis naturæ, & originis ex Adamo: quamuis in ſacris litteris non dicantur noſtri fratres, eo quòd non conueniunt nobiſcum in religione, & cultu cæleſtis Patris. & eorum etiam peccata ſunt offenſa, & iniuria noſtri Dei, quam impedire nos obligat eius caritas. Coninch *diſp.* 28. *dub.* 4. *num.* 49. & DD. communiter contra Layman *lib.* 2. *tr.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Id tamen munus potiori iure incumbit Summo Pontifici, tamquam Eccleſiæ capiti; qui proinde tenetur ad infideles conuertendos deſtinare prædicatores, quoties eorum conuerſionis ſpes erit. *Reſ.* 20.

CORRIPI debent omnes peccatores.

Etiam infideles.

6 Debet etiam fieri correptio meretricibus, vſurarijs, & publicis alijs peccatoribus, licèt magiſtratus illos permittant ad vitanda maiora damna reipublicæ, iuxtà ſententiam Auguſtini *lib.* 2. *de ordine, cap.* 4. *Tolle meretrices à rebus humanis, & omnia turbabis libidinibus.* Et ratio diſparitatis eſt, quia magiſtratus per publicum iudicium non poteſt impedire malitiam iſtorum mentalem, ſicut priuatus per correptionem fraternam, & cum interſit reipublicæ, tales peccatores habere, magiſtratus non poteſt omnes punire: nec eſt maior ratio de vno, quàm de alio: at priuatus

Etiam meretrices, vſurarii.

Et alii publici peccatores.

natus lucrabitur Deo vnum vel alterum; & ſic non deerunt reliqui ad vſum publicum; Sed etiam ab his corrigendis plures excuſantur, tum quia ſunt in omnium notitia, poſſuntque ab alijs facilius corripi, tum quia rarò ſperatur fructus. Lorca *in 2.2. diſp.41. num.4. Reſ.33.*

7 † SED à quibus facienda eſt correptio? Ab omnibus, nō

ITEM ab omnibus. ſolum à patribusfamilias, à Prælatis, magiſtratibus, concionatoribus, confeſſarijs; ſed etiam à priuatis, etiam peccatoribus †, etiam ab infidelibus; quia hoc præceptum eſt iuris naturalis & diuini. Duuallius *in 2. 2. tr. de caritate quæſt.9. art. 4. Reſ.20. §. Notandum*. An verò priuatus teneatur ſe emendare à peccato, vt efficaciter corripiat, dicemus *num.23*. Adde etiam à ſubditis: nā (vt ait D. Greg. *epiſt. ad Nicaſium*, & habetur cap. *ſicut 2. q.7.*) *ſicut laudabile & diſcretum eſt, reuerentiam & honorem exhibere maioribus, ità rectitudinis & Dei timoris eſt, ſi quæ in eis ſint, quæ indigent correptione, nulla diſſimulatione poſtponere, cum & proximi ſint, & arctius teneamur eos diligere*. & D. Auguſtinus *in reg.* ait: *Non ſolùm veſtri, ſed & Prelati miſeremini*. Idque munus Prælati non debent iniquo animo ferre: *Petrus* namque (ait Auguſt. *ep.19.*) *maioribus exemplum præbuit, vt ſicubi rectum tramitem reliquiſſent; non dedignarentur à poſterioribus corripi*. Multa tamen in hoc obſeruanda ſunt, de quibus infra. Lorca *in 2.2. diſp.43. numer. 4. Reſolut.15.*

Etiam ab infidelibus.

Etiam à ſubditis.

8 VIDEAMVS nunc cauſam materialem fraternæ correptionis. De quibus nam proximus corripi debet? Reſpondeo, de peccato mortali. De venialibus enim regulariter nec ſub veniali tenemur illum corrigere: quia *Matt. 18.* vbi potiſſimum à Chriſto Domino hoc præceptū declaratur, habetur: *ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuū*: quibus verbis ſupponitur correptio facienda fratri iam perdito, qualis nō eſt per peccatū veniale. Et alioqui grauiſſimum onus eſſet, pro quotidianis peccatis (nam *ſepties in die cadit iuſtus*) paratum hominem eſſe debere ad corripiendum, debereque ſingulis ferè momentis id opus præſtare. Torres *in 2.2. q. 33. ar.2. dub.2.* Quamuis contraria ſententia Palai *tom. 1. tr.6. diſp. 3. pun.3. num.5.* ſit valde probabilis, eo quia caritas, & amicitia obligat ad vitandum in amico, ſicut & in ſeipſo, etiam paruum malum. Quæ obligatio maximè haberet locum, quando peccatum veniale eſſet alijs ſcandalo, trahendo illos ad imitationem. *T.3. Reſ.7.* Et ſecundùm Coninch *diſp.28. dub.3. num.24.* in religioſis, etiam priuatis, ſi aliàs immineret periculum,

Si peccatum ſit mortale.

Quid de venialibus?

Præſertim in Religione?

Digitized by Google

lum, nè diſciplina religioſa magna ex parte diſſoluatur; quia talis diſſolutio eſt graue malum ſuæ religionis, quod ille ex caritate & fide, quam debet matri ſuæ, tenetur impedire. Prælati porrò, ad corrigenda venialia ſubditorum, contra obſeruantiam regulæ aut conſtitutionum, nempè circa ieiunia, ſilentium &c. tenentur ſub mortali; non ſolùm ex præcepto correptionis; ſed etiam ratione officij, quo eis committitur diſciplinæ religioſæ cuſtodia, quam proindè inuiolatam ſeruare tenentur per correptionem fraternam, paternam, aut iudicialem, prout ſcilicet eis caritas, & prudentia dictauerit expedire. Lorca *tra.* 2. *diſp.* 45. *num.* 4. Eadem obligatione tenentur Syndici, & Viſitatores religionum erga Prælatos, quorum proinde defectus ſi diſsimulent, & ex eorum diſsimulatione religioſa obſeruantia in communitate periclitetur, grauiter peccabunt. Suarez *diſp.* 8. *ſect.* 1. *num.* 6. Soto idem docet de magiſtratibus ſæcularibus. Sed nimis durum videtur, obligare temporales gubernatores ad tantam perfectionem: niſi fortè ſint peccata perturbantia pacem reipublicæ, vel abuſus ipſi reipublicæ pernicioſi. Bannez *in* 2. 2. *q.* 33. *art.* 2. *Reſol.* 8.

Et à Prælatis?

Syndicis & Viſitatoribus.

Et magiſtratibus ſæcularibus?

9. Secundò, peccatum, quod corrigere teneris, debet eſſe certum; nam ſi ſcias per auditum, vel rumorem, vel per ſigna dubia, peccatum fratris, non teneris corripere, vt ait Sánchez *in opuſ.* to. 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 1. *nu.* 3. & 4. ait enim Chriſtus: *ſi peccauerit in te frater tuus*, id eſt te ſciente, vt explicant interpretes. Et rectè quidem; nam, vt ait Lorca *diſp.* 44. *num.* 4. fraterna correptio regulariter, & humano more non poteſt prudenter, & vtiliter fieri, niſi in peccato certo: ſiquidem redargutio peccati pudorem ingerit, & moleſta eſt, & innocenti iniurioſa; nocenti verò occulto, grauis, & odioſa. Quare, qui in dubio corripit, potius ſe exponit nocendi periculo, quam proficiendi; & magis oſtendit nimiam ſolicitudinem, & ſuſpicionem, quàm feruorem caritatis. Quòd ſi eſſet ſpes probabilis, quòd proximus non eſſet ægrè laturus correptionem in dubio, tunc cenſerem adeſſe obligationem, dummodo nunquam obijciatur crimen vt certum, ne dicatur mendacium. Quam etiam obligationem adeſſe exiſtimo in articulo mortis, quando correptio non ſolùm à peccato, ſed etiam à morte æterna liberare proximum poſſet: & in vita, ſi peccatum redundare poſſet in detrimentum tertij, vt hæreſis, proditio ciuitatis &c. Nunquam tamen priuatus debet peccata aliorum inquirere ad corripiendum: nam id prohibetur

Item ſi ſit certũ.

Nam priuatus nõ debet inquirere aliorum peccata vt corrigat.

Prou.

*Prou.*24. ibi : *Nè quæras impietatem in domo iuſti, & non vaſtes requiem eius*. & Auguſtinus explicans hoc præceptum, ſermonem incipit hoc modo : *Admonet nos Dominus noſter non negligere inuicem peccata noſtra, non quærendo quid reprehendas, ſed videndo quid corrigas*. Et multo minus id eſſe poteſt in præcepto; nam nimis durum eſſet, inquirere delicta omnium hominum, de quibus eadem ratio eſſet indagandi: cum præſertim non cuiuis liberum ſit, exploratorem agere vitæ alienæ, & ſcientia alieni peccati non ſit aliqua ſcientia iuris communis, quam omnes acquirere teneantur; ſed cuiuſdam facti particularis, ad quam acquirendam ij ſoli tenentur, quibus ſpecialis eorum cura commiſſa eſt. Caſtillo *in* 3. *to.*2. *diſp.*6. *q.*4. *num.*3. *Reſ.* 6. Tales autem ſunt Prælati, & Magiſtratus, qui, cum teneantur ſubditos & rempublicam à delictis ſua prouidentia cuſtodire, tenentur ſiue per ſe, ſiue per exploratores, de reipublicæ ſtatu & ſubditorum vita inquirere, adhibendo cautelam; tum vt deputent homines frugi, & veritatis ſtudioſos, inſtar paſtoris, qui alit fidos canes, quorum latratu excitetur ad abigendum lupum, ait Mendoza *in* 2.2. *vol.*2. *diſp.*162. *ſect.*5. §. 45. tum nè nimia anxietate, aut diſtincta interrogatione quemquam diffament; ſed in communi quærant, verum leges ſeruentur? an quis illas violet? & deinde de hac vel illa lege in particulari, vel etiam, an Petrus leges obſeruet? quam vitam traducat Ioannes? &c. Ità ille; cui adde Maldenum *in* 2. 2. *q.*33. *ar.*3. vbi optimè refellit Caietanum, negantem, Prælatos teneri peccata ſubditorum inquirere. *Reſ.* 10. Non teneri autem, imò nec poſſe Confeſſarium, dictum eſt *V. Confeſſarius n.* 2.

Vt teneatur Prælatus

Cum certis cautelis.

10 Tertiò, peccatum corripiendum, ſecundùm Bonacinam *diſp.* 3. *de charitate*, *q.*4. *par.*7. *num.*10. & alios, debet eſſe formale: ſi enim quis peccet, ignorans inuincibiliter eſſe peccatum, non debere corripi: quia reuerà non eſt in aliqua miſeria, à qua ſubleuari debeat; peccatum enim materiale non eſt verè peccatum. Debere tamen corripi aliquando per accidens, ſi ex peccato illo materiali timeatur graue aliquod damnum ipſi delinquenti, vel tertio: & regulariter à Prælatis, qui ex officio tenentur ſubditos legem dicere, & inſtruere; quibus Lorca *diſp.* 41. *num.* 14. adnumerat Confeſſarios, qui huiuſmodi ignorantias amouere tenentur à pœnitentibus. Sed ego exiſtimo, quòd ſi adſint circumſtantiæ, de quibus infra, etiam priuati corripere teneantur peccantem ex ignorantia inuincibili cuiuſcumque

Quid ſi quis peccet ignoranter?

iuris

Digitized by Google

iuris aut facti, quia etiam peccatum materiale multum dedecet humanam naturam, præſertim ſi ſit contra ius naturale, & diuinum: & eius conſuetudo poteſt ſecum trahere aliquando formale, non ſolùm in alijs, propter ſcandalum; ſed etiam in ipſomet, quando ignorantia incipiet ei eſſe vincibilis: ipſa denique ignorantia eſt graue malum, quod quilibet prudens vellet à ſe auerti, cùm vnuſquiſque teneatur ſcire neceſſaria ad ſuam ſalutem. Dixi ſupra; *præſertim ſi ſit contra ius naturale, & diuinum*: quia, ſi ſit ſolùm contra ius humanum, parui momenti, & abſque ſcandalo, vt ſi quis ignorans eſſe diem veneris comederet carnes ſolus, non tenerer illum corripere: præſertim ſi leuis aliqua ratio me prohiberet. Bannez 2.2. *quæſt.* 33. *art.* 2. *dub.* 3. *concl.* 4. *&* 5. *Reſ.* 18.

11 Quartò peccatum commiſſum eatenus poteſt eſſe materia correptionis, quatenus perſeuerat adhuc in reatu; & proximus ipſe tenetur ſe ab illo liberare, aut quatenus habet adnexum periculum relabendi. nam, ſi peccans ſe emendauit, aut non eſt in obligatione ſe pro eo tunc emendandi, nec in morali periculo relabendi, non debet neceſſariò corripi. Et ratio eſt, quia cum correctio ſit ordinata ad tollendum peccatum proximi media ipſius voluntate, tunc adhiberi neceſſe eſt, quando ipſe tenetur ſuam voluntatem apponere ad tollendum peccatum. Abſurdum namque videtur, me teneri te corripere; & te non teneri meam correptionem acceptare: cum ſtrictiùs obliget charitas erga ſemetipſum, quàm erga alios. Trullench *in decal. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 14. *num.* 3. contra Suarez *de charitate, diſp.* 8. *ſect.* 3. *num.* 8. Cum verò vix conſtare poſſit, an homo pœnituerit, vel non, & an perſeueret in reatu peccati: peccator non videtur corripiendus, niſi in articulo mortis, vel caſu, quo annuam confeſſionem omitteret, ait Lorca *vbi ſupra num.* 11. *Reſolut.* 11. Aut ſe iam emēdauit?

12 Quintò, hæretici, & alij criminoſi ad tribunal S. Officij pertinentes, non debent corripi, ſed ſtatim denunciari, vt dicemus V. *Denunciatio*, *num.* 7.

CORREPTIO
In quibus circumſtantijs facienda.

13 PRAECEPTVM correptionis, cum ſit affirmatiuum, non obligat pro ſemper; ſed concurrentibus his circum- CORREPTIO fieri præcipitur,

cumſtantijs. nimirum, quòd videas proximum actu peccare, aut moraliter ſcias eum peccaſſe, & adhuc verſari in periculo relabendi; quod ſperes correptionem profuturam; quod tua correptio ad eius emendationem ſit neceſſaria, & quod abſque tuo graui incommodo poſſis illum corripere. Becanus *par.* 2. *cap.*21.*n.*26. *T.*3. *Reſ.* 5. *&* 39.

14 Diximus enim ſupra, peccatum debere eſſe certum, & actu committi, aut in reatu permanere culpabiliter, aut habere adnexũ periculum relapſus. Quòd autem debeat ſperari fructus ſtatim, aut decurſu temporis colligendus, docet Suarez *diſp.* 8. *ſect.* 3. *num.* 4. & alij communiter. Nam correptio nihil aliud eſt, quàm quædam animæ medicina: ac proinde non expedit, eam applicare, abſque ſpe probabili fructus. Hinc admonemur in Euangelio *Matth.* 7. *Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.* Defectu huius circumſtantiæ multi excuſantur à peccato omiſſæ correptionis, præſertim ij, qui publicè, & ex conſuetudine peccant: nam cum his rarò eſt ſpes emendandi. Trullench *ubi ſup. num.*6. *Reſ.*4 §.4. *Reſ.* 21. 22. 61. *& alibi*. Supradicta autem doctrina non procedit in Prælatis; & non procedere in concionatoribus, diximus V. *Concionator, num.* 3. Multo autem minus corripi debet proximus, quando creditur per correptionem excitandus ad blaſphemias &c. atque adeo deterior euaſurus: nam iniqui, vel imprudentis medici foret, dare ægroto medicinam, quæ ex praua eius diſpoſitione non eſſet ei ſalutem, ſed interitum allatura. Hinc monet nos D. Auguſtinus 2. *de ciuit. cap.*9. in tali caſu à correptione deſiſtere. *Reſ.* 21. *cit.* §. *Hinc patet.*

Quando ſperatus fructus.

15 Dubium porrò graue eſt, quid agendum in dubio, an correptio ſit profutura, an potius nocitura corripendo? Et quid, ſi is excitari primò debet ad nouum aliquod peccatum, poſteà verò reduci ad bonam frugem? Ad primum reſpondeo cum Coninch *dub.*6. *num.* 92. quòd ſi dubium eſt æquale, vel etiam ſi minus dubites de profectu, non obligaris; quia maius periculum inires corripiendo, quam deſiſtendo à correptione. Si enim corripias, imminet periculum perſeuerantiæ in eodem peccato, & vlterioris præterea, quod ſuppono non fore ſolùm aliqualem iram aut mœrorem cum leui aliqua culpa; ſed nouum peccatum graue, vel nouam obſtinationem in eodem peccato Si verò non corripias, ſolùm eſt periculum perſeuerantiæ in eodem peccato. Et ità etiam docet Suarez *ſect.* 3. *num.*5. Quæ tamen

Quid in dubio de fructu, aut potius damno?

Digitized by Google

Præſertim in articulo mortis?

tamen doctrina non procedit in articulo mortis; nam in extremis periculis extrema omnia tentari debent, & deſperatis ægrotis cuiuſcumque ſpei medicina prudenter adhibetur. Coninch *vbi ſup.* Extrà verò talem articulum multò magis locum haberet, ſi probabilius foret ſequi damnum, quàm vtile corripiendo. Bannez *ar.2. dub.4.* Vide etiam Caſtillũ *in 3.to.2. diſp.6.q.4.n.7 & 8.* & Trullench *in decal.tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 7 Reſolut. 22.*

Reſpectu Prælati?

Aut ad vitandum damnum innocẽtis?

Dei iniuriam &c.

16 Excipiendi etiam ſunt ab hac doctrina Prælati, qui, cum teneantur reſpicere ad bonum communitatis, tenentur conſequenter omnes delinquentes corripere, etiam ſi ipſi deteriores euaſuri ſint, ne ſint alijs ſcandalo. Quod ſi correptio neceſſaria ſit, vt Dei iniuria, puſillorum ſcandalum, aliorum peruerſio, aut graue innocentis damnum impediatur, tunc etiam priuatus corripere tenebitur (ait Coninch *num.* 107.) quamuis peiorem futurum: non quidem correctione fraterna, quæ ad delinquentis emendationem aſſumitur; ſed alia quadam, quæ ad damnum innocentis aliaue mala impedienda aſſumi debet, in ſimilitudinem illius actionis, qua vita innocentis ab inuaſione iniuſti aggreſſoris defenditur, etiam cum interitu iſtius, ſi non excedatur moderamen &c. Exemplum eſſet, ſi audirem aliquem coram ſimplicioribus laudantem hæreſim, blaſphemantem Deum, detrahentem honeſto viro &c. *Reſ.*24.

Et quid ſi peccator aliquod peccatum nouum commiſſurus ſit, poſtea conuertẽdus?

17 Ad ſecundum reſpondet Duuallius *in 2.2. tr. de charit. q.9. ar. 4.* non ob id omittendam eſſe correptionem, quòd peccator nouum aliquod peccatum, etiam lethale, commiſſurus timeatur aut præuideatur, ſi non ſit peccatum grauiſſimum, v.g. homicidij, vel horrendæ blaſphemiæ: & nihilominus peccator ſit aliquando emendandus, & ſalutem ex correptione finaliter conſecuturus, nam Chriſtus Dominus hoc mandatum præſcribens, ſignificauit emendam non tam cito contingere, ſed interdum vſque ad denunciationem, vel etiam excommunicationem differri. in quibus proinde caſibus, etiam ſi peccator indureſcat, & deterior euadat, non propterea deſiſtendum eſſe à correptione. Et ratio ex correptionis fine deſumitur; cum enim ad ſalutem ordinetur corripiendi, parum curandum eſt de illis peccatis, quæ tandem per finalem pœnitentiam delenda ſunt; multum verò de ſalute, quam illis non obſtantibus pœnitens aſſequetur. quare peccata illa reſpectu corripientis per accidens contingere, & præter ipſius intentionem: quippè qui opus molitur natura

Digitized by Google

ſua bonum, in quo negligere poteſt quicquid non eſt magis perniciosum corripiendo, quàm peccatum, de quo corripitur. Præſertim, ſi non ſit alia ſpes emendationis, & præſertim in articulo mortis, cùm omnino nullum aliud eſſet remedium pro fratris ſalute. tunc enim hoc vnicum adhibere teneremur, de animæ ſuæ detrimento ſeriò eum admonentes. Citra tamen hunc articulum exiſtimo, non adeſſe obligationem ſub mortali corripiendi proximum cum tali præſcientia. quia non tenentur homines tam procul reſpicere; ſed ſatis eſt, vt videant, an correptio obfutura ſit in præſenti. Præterquam, quòd rarò, aut vix vnquam conſtare poteſt, an is, qui ex mea correptione erumpet in noua peccata, debeat ex eadem aliquando proficere, cum potius noua iſta peccata illum ad obdurationem magis diſponant. Vide Reginaldum *to.1. lib.4. cap.25. num.338* *Reſ.25.*

QVANDO quis peccat ex ignorãtia inuincibili, & non eſt ſpes, vt correptus reſipiſcat, dimitti debet in bona fide.

18 Ex ſupradictis ſequitur, melius eſſe, relinquere in bona fide eos, qui peccant ex ignorantia inuincibili, quàm absque ſpe fructus corrigere, ſi nimirum illi conſcij iuris, non deſiſtent à peccato, quod propter correptionem ex materiali tranſibit ad formale. *Reſ.* 18. Vt ſi qui propter cognationem &c. inualidè contraxiſſent cum ignorantia inuincibili, & ſi illos commonefaciam, probabile ſit, ſecuturas fore graues turbationes, cum alioqui res occulta manſura ſit. Aut ſi confeſſarius comperiat, pœnitentem propter affinitatem impeditum eſſe à petendo debito, nec diſpenſare cum eo poſſit, aut ſperet quòd ille admonitus abſtinere debeat à petendo, cum aliàs petendo, propter ignorantiam iuris non peccaret. Aut, ſi cum mox celebrandæ ſint nuptiæ inter ſponſos, illorum alter conſanguineam alterius in gradu prohibito cognouiſſet, ignoraretve id eſſe impedimentum irritans, nec nuptiæ differri poſſent abſque graui ſcandalo. nam in hoc etiam caſu vix ſperari poteſt fructus, ſed potius ſuſpiciones, turbationes &c. Vnde Valentia *q.10. punt.2. §. Propter cuius*, putat, rarò accidere, vt qui ex ignorantia inuincibili contraxerunt inualidè, ſint monendi. niſi Confeſſario facilè eſſet, diſpenſationem ſecretò impetrare, vſumque illius crederet ſine turbis obtinere poſſe. Et hos omnes caſus adducit Coninch *dub.4. num.45.* Alios ex Bonacina adducit Trullench *dub.14. n.6.* nempè, ſi quis inuincibiliter ignorans, celebraſſet contractum vſurarium, aut feciſſet confeſſionem inualidam, aut poſſideret iniuſtè primogenituram. Additq. Confeſſarium poſſe ſcire, an pœnitens laboret ignorantia inuincibili, ſi bono modo curet intelli-

Vide hic plura exempla.

Digitized by Google

telligere, an credat, ſe in bono ſtatu conſtitutum eſſe, vel an dubiam habeat conſcientiam, *Reſ.19.*

19 Sequitur etiam ex dictis, maximè nos excuſari à correptione infidelium; quia nulla nobis eſt ſpes correctionis illorum, Ità Bañez *dub.1. Reſ.20. circa medium*. Item differri poſſe correptionem, quando credatur magis profutura, quàm ſi fiat ſtatim. Et regulariter opportunior & vtilior eſt correptio, quæ fit ceſſante feruore peccati, & paſſionis obſidione, quando iam peccator expertus eſt ſuam imbecillitatem, & illum peccati quaſi tædet. Quare circumſtantia etiam temporis adhibenda eſt, quæ in omnibus actibus humanæ vitæ, præſertim in adhibendis & ſumendis medicaminibus, pluſimi fieri debet. Quòd ſi abſque iuſta cauſa, & expectatione maioris fructus differatur, de ſe non erit pluſquam veniale: ſi verò ex tali dilatione timeretur lapſus fratris in nouum peccatum mortale, aut ipſius mors corporalis in peccato mortali, aut detrimentum aliquod notabile ipſius, vel reipublicæ aut tertiæ perſonæ, eſſet mortale: quia læderetur caritas in materia graui. Reginaldus *tom.1. libr.4. capit.25. numer.345. Reſolut.30.*

Poteſt etiam differri correptio, adhibenda, cùm erit ſpes fructus

20 Addit Trullench *num.* 8. expectari poſſe, vt frater in nouum peccatum incidat, vt faciliùs deinde per correptionem reſurgat: atque ità in pueris permitti poſſe furta minora, vt ob illa caſtigati, à maioribus abſtineant. Limitat tamen, quando non eſſet ſpes probabilis emendationis per aliam viam, & dummodo non timeatur caſurus in peccatum grauiſſimum, v.g. communicaturus in peccato mortali. Ratio autem eſt, quia hoc non eſt, niſi permittere peccatum in bonum finem, imò non permittere peccatum, ſed permanentiam in peccato. Id tamen non licere putat Caſtillo *quæ.4. num.10.* quia licèt Deus prædeſtinatos peccare permittat, vt feruentiores fiant reſipiſcentes; non eſt eadem ratio de nobis, qui non poſſumus efficacia auxilia præbere ad reſipiſcendum ſicut Deus, nec illud futurum conditionatum certò cognoſcere ſicut Deus; & miſericordia non patitur, vt relinquamus fratrem in peccatis inuolui, quamuis ſit ſuſpicio, quòd reſurget de futuro. *Reſ.29.*

An etiam expectari nouum peccatū proximi, vt facilior ſit correptio?

21 Debet etiam mea correptio eſſe neceſſaria, vt proximus reſipiſcat, ad hoc vt ad illam tenear ſub mortali: nam ſi probabile ſit, ipſum per ſe, aut per aliorum correptionem emendatum iri, nec periculum ſit vlterius ob meam omiſſionem peccandi, non teneor: quia tunc non eſt in neceſſitate reſpectu mei, atque

Poteſt etiam omitti, ſi non ſit neceſſaria.

ità

ità non obligor, ſaltem grauiter, ei dare eleemoſynam ſpiritualem. Sicuti patienti neceſſitatem corporalem non teneor dare eleemoſynam, quando ipſe per ſe poteſt ſibi prouidere, aut alij creduntur prouiſuri. (imò Villalobos *tom.2.tr.4. diff. 3. num. 5.* ait, quòd ſi eſt alia perſona, quæ correptionis munus vtilius preſtare poteſt, vt prælatus, magiſter, cognatus, vel amicus, non tenetur quilibet illud anteuertere, ſed potius illum rogare, vt præſtet. *Reſ.30. §. Rectè igitur*) Si tamen alij non corripiant, teneor ego: nam quòd alij indigenti ſuccurrere poſſint, non eum iuuat, niſi de facto ſuccurrant, vel ego meritò credam eos hoc facturos. Coninch *num.115. Reſ.25.*

Aut ſi immineat periculum vitæ, famæ, aut grauis incommodi corripienti.

22 Præterea non tenemur ad correptionem proximi cum periculo vitæ, famæ, aut alterius incommodi; quia magis nos ipſos, quàm proximos tenemur diligere. Niſi in neceſſitate extrema ſpirituali, vt infra. Eſt ſententia S. Auguſtini, qui *lib. 1. de ciuit. cap.9.* docet, eos, qui ob ſimilem metum correptionem omittũt, non peccare mortaliter, ſed tantùm venialiter; quod facile intelligi poteſt in caſu, quo quis ea mala minus prudenter timet; aut mala, quæ timet, non ſunt ità grauia; nam de hoc timore ibi apertè loquitur. Et ſanè ſi leue malum immineat, & ſperetur notabile bonum, correptio adhiberi debet. Sanchez *in opuſ. to. 2. lib.6. cap.2. dub.3. num. 7. Reſ. 26.* Si autem proximus ſit in extrema neceſſitate correptionis, vt ſi ſit in articulo mortis cum periculo moriendi in peccato mortali, tunc putat Bannez *dub.4. concl.3.* per ſe loquendo, corripi debere cum certo periculo vitæ: quia lex caritatis obligat, vt poſtponamus omnia noſtra bona temporalia pro ſuo bono ſpirituali: ait enim Ioann. *Epiſt.1. c.3. Et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Ex circumſtantijs tamen rarò hanc obligationem contingere: quia homo priuatus poteſt monere Prælatum vt corrigat: poteſt etiam vita mea corporalis ordinari ad meum bonum ſpirituale, nempe ad pœnitentiam faciendam, vel augendam caritatem: & vix homo certus eſſe poteſt de ſua diſpoſitione ſpirituali. Pari etiam ratione, licèt per ſe teneat magis diligere vitam corporalem proximi, quàm totam meam ſubſtantiam, & diuitias; regulariter tamen nunquam contingit, quòd quis teneatur exponere omnia bona ſua pro redimenda proximi vita. Sed Lorcæ, etiam per ſe loquendo, hæc ſententia videtur nimis rigida: quia neceſſitas correptionis in proximo nunquam eſſe poteſt extrema, vel grauis; tum quia correptio non eſt tam efficax medium, vt habeat infallibilem effectum;

Quid in extrema neceſſitate correptionis?

Digitized by Google

ſectum; tum quia abſque illa peccator cum diuina vocatione, & auxilio conuerti poteſt. Ità ille *diſp. 45. num. 7. Reſ. 27.* Excipiendi tamen ſunt ab hac doctrina Prælati, & Magiſtratus, & reſpectiuè omnes illi, quibus aliorum cura commiſſa eſt; nam in ipſa officij receptione paciſci cenſentur, de habenda cura, & ſolicitudine gregis vſque ad mortem, pro illis bonis, quæ ab officio nanciſcuntur in hac, & in alia vita. Hæc eſt ipſiſſima doctrina ſupremi Paſtoris noſtri, dum ait: *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* & hanc ſententiam tenet Palaus *tom. 1. tr. 6. diſp. 3. pun. 9. num. 4.* Et Villalobos *diff. 5 num. 3.* ac Mendoza *volum. 2. diſput. 162. ſect. 7. §. 60.* extendunt ad caſum grauis neceſſitatis: nam ex officio tenentur adhibere diligentiam, quam poſſunt, etiam cum propriæ vitæ diſcrimine, ad vitanda peccata ſubditorum, tam publica, quàm occulta. *Reſ. 28.*

Et quid de Prælatis?

23 Petes: An ad hoc, vt correptio proſit peccatori, teneatur corripiens ſuam vitam emendare? Affirmatiuè reſpondet Duuallius *quæſt. 9. art. 4.* ſi aliàs proximus eſſet in peccatis ſuis moriturus. Nam plus teneor diligere ſalutem proximi, quæ eſt in euidenti diſcrimine, quàm meas voluptates, & commoda carnis meæ. Sed, licèt hæc doctrina procedat in Prælatis; in priuatis tamen difficilis videtur Palao *diſp. 3. pun. 7. num. 6.* quia peccator tenetur admittere correptionem, à quocunque fiat, præcipuè in articulo mortis: & ex alia parte corripiens temperare poteſt rigorem correptionis, ex ineptia ſui ſtatus prouenientem, humilitate ſermonis, & confeſſione ſuæ prauitatis. Nec peccator retorquere poteſt argumentum, dicendo: *Medice cura te ipſum:* nam reſpondere poterit, ſe corrigendum & emendandum, ſi eſſet conſtitutus in ſimili neceſſitate. Excipit Coninch *dub. 7. num. 132.* caſum, quo quis ſuo malo exemplo fuiſſet cauſa alterius ruinæ; quia hic ſpeciali iure teneretur laborare ad illius emendationem, atque adeo ſe emendare, ſi id neceſſarium ſit, adhoc vt alter a malo ſtatu liberetur. Sed id vix continget, niſi in ijs, qui magna ſunt auctoritate apud alios, & qui ſuo exemplo facilè illos in vtramque partem mouere poſſunt. Aduerte tamen, Caſtillum *quæſt. 6. num. 5.* docere, quòd priuatus tenetur ſe emendare exterius, vt fiat aptior ad corripiendum peccatorem in neceſſitate; minimè verò interiùs; quia qui obligatur ad finem, obligatur etiam adhibere media congruentia ad illum aſſequendum; in finem autem correptionis eſt neceſſaria exterior emenda, quæ videtur, non interior, quæ non videtur. *Reſ. 16.*

An ad effectũ corripiendi debeat peccator ſe emendare?

Præſertim Prælatus?

Et ſi, qui ſuo peccato induxiſſet corripiendum ad peccandum

Denique

Digitized by Google

Denique non eſt neceſſaria correptio in delictis contra bonũ publicum, præſertim fidei, in quibus præcipitur denunciatio delinquentis, non præmiſſa correptione, vt dicemus V. *Denunciatio, à num. 4.*

CORREPTIO

Quo ordine & modo facienda.

CORREPTIO fieri debet ordine Euangelico.

24 ORDO in correptione ſeruandus præſcribitur nobis à Domino *Matth.* 18. ſcilicet, vt peccatorem primò corripiamus ſecretò, deinde ſi non ſe emendet, coram teſtibus; ſi non proficiat, denunciemus Prælato. Tandem, ſi Prælati dicto non pareat, illum vitemus. *Reſ.* 35. Qui quidem ordo ſecundum D. Bonauenturam *in cap.* 17. *Lucæ*, & ex recentioribus Mendozam *vol.* 2. *diſp.* 163. §. 207. & Salmeronem, non eſt aſſignatus à Chriſto ſub præcepto, ſed tantùm ſub conſilio. Tum quia ibi Dominus loquitur de iniuria nobis illata, vt tradit Auguſtin. *ſerm.* 16. *de Verb. dom.* & Chryſoſtom. *hom.* 16. *in Matth.* quam deinde, ait Petro, dimittendam eſſe vſque ad ſeptuagies ſepties, & nihilominus poteſt quis coram iudice petere compenſationem iniuriæ ſibi illatæ, non ſeruato ordine correptionis; nam oppoſitum videtur eſſe contra bonum publicum, & contra communem praxim. Tum etiam, quia loquitur de delicto non omnino occulto, ſed aliquo pacto publico, quod ſcilicet ad Eccleſiam deferri poteſt denunciatione iudiciali, & excommunicatione puniri; Sed, his non obſtantibus, communi ſententiæ adhærendum eſt cum Lorca *in* 2. 2. *diſp.* 46. qui contrariam appellat erroneam & temerariam in fide; à qua tamen cenſura vindicat eam Caſtillo *queſt.* 7. *num.* 3. licèt etiam ſentiat cum communi. Quæ probatur ex præcepto Domini: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*; id eſt ea, quæ ex rationis dictamine exoptas tibi fieri, hæc eadem præſta & fratri; quæque honeſtè & ex recta ratione refugis, nemini facias: item quemadmodum tibi, ità & proximo, conſule minori, quo potes, incommodo. Sed recta ratio plerumque dictat, proximum commodiùs corripi per primum, vel ſecundum gradum correptionis; ergò tunc peccatum eſt, incipere à ſecundo vel tertio. & quidem ſi reuelatur perſonis, apud quas multum intereſſet correpto crimen ſuum ignorari, regulariter mortale, *Reſol.* 36.

Qui nobis non eſt propoſitus de conſilio tantùm.

Sed de præcepto.

Digitized by Google

25 Ex quibus patet, prædictum ordinem non ità determinatè præceptum eſſe, vt ſemper ſeruandus ſit. Nam aliquando contingere poteſt, vtiliorem eſſe correptionem proximi, ſi initium fiat à ſecundo gradu, vel etiamſi, omiſſis præcedentibus, deferatur ad Prælatum, tamquam patrem. Quod ſi delictum ſit perniciosum reipublicæ, tunc ex ipſo rationis dictamine († & in quibuſdam etiam ex ſuperiorum decreto †) deferri debet iudicialiter, omiſſa correptione, vt dicemus V. *Denunciatio*, *num.* 7. Ita Villalobos *tom.* 2. *tr.* 4. *diff.* 9. *num.* 3. *Reſ.* 56. §. *Igitur*, *&* *Reſ.* 39. Item ſi procedere velimus per viam accuſationis, tunc quoduis delictum in iudicium abſque præuia correptione deduci poteſt; quia accuſatio non eſt ordinata ad emendationem fratris; nec eſt actus caritatis; ſed eſt actus iuſtitiæ ordinatus ad bonum reipublicæ, cuius maximè intereſt, vt delicta puniantur ad aliorum terrorem. Et patet ex cap. *qualiter & quando, de accuſat.* vbi Pontifex in hoc accuſationem à denunciatione diſcriminat, quòd accuſationem libellus, denunciationem caritatiua monitiò, præcedere debet. Sed hoc procedit, ſtando in rigore iuris. nam ex caritate & lenitate, quæ inter homines intercedere debet, præſertim ſi ſit coniectura & ſpes emendæ, Duuallius *art.* 5. putat, præmitti debere. *Reſ.* 57. An autem ad denunciationem iuridicam præmittenda ſit in vtroque foro, dicemus V. *Denunciatio*, *à n.* 4.

Seruandus tamen iuxtà dictamen rectæ rationis in caſibus particularibus.

An in accuſatione?

Et denunciatione iuridica.

26 † Sed circa prædicta nonnulla adnotanda ſuperſunt quoad MODVM corripiendi proximum ſecretò, vel coram teſtibus. Et primò adnotandum eſt, vltra alias circumſtantias ad correptionem requiſitas, eam fieri debere blandè & cum lenitate, iuxtà dictum Apoſtoli, *Fratres ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi corripite in ſpiritu lenitatis.* Villalobos *tom.* 2. *tr.* 4. *diff.* 3. *num.* 5. Prælatis autem cum magna reuerentia, & humilitate iuxta illud 1. *Timot.* 5. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem.* Nec à quibuſcunque, ſed à dignioribus. Et ſecretò, cap. *cum ex iniuncto, de hæret.* Niſi eſſent peccata publica & ſcandaloſa. Lorca *diſp.* 43. *num.* 4. Præterea, ſi neceſſe ſit, correptor, ſaltem exteriùs, emendare debet ſemetipſum. Præſertim prælatus, qui ratione officij hortari tenetur verbo & exemplo †.

DEBET correptio fieri blandè.

Et prælatis humiliter.

Et regulariter ſecretò.

27 Secundò adnotandum eſt, correptionem fraternam fieri debere pluries (ſi opus ſit, & fructus ſperetur) ad arbitrium boni viri, priuſquam teſtes adhibeantur. Malderus *in* 2.2. *q.* 33. *art.* 7. *Reſ.* 32. Et inter prædictas correptiones mediare debere

Et pluries ſi opus ſit,

Arbitrio boni viri.

Digitized by Google

interuallum arbitrio item boni viri: nam ſi tres in vna hora fierent, proculdubio reputarentur vt vna. Quòd ſi eſſet periculum in mora, tunc recurrendum eſſet ad teſtes: quemadmodum ſi nec correptio ſecreta, nec teſtes proſunt, credantur, recurrendũ foret ad prælatum immediatè, vt ait Dupallius *in 2. 2. quæſt. 9. art. vlt. Reſ.* 43.

Sed ſi non iuuat adhiberi debent teſtes.

28 Tertiò adnotandum eſt, quòd licèt correptione non proficiente, Turrianus etiam in delicto omnino occulto adhibendos eſſe teſtes exiſtimet *in 2. 2. tom. 1. diſp.* 89. *dub.* 4. Caſtillo tamen *in 3. tom. 2. diſp. 6. quæſt. 8. num. 9.* cum Durando, Caietano & alijs id negat: & præceptum de teſtibus procedere in delictis quoquo pacto publicis, & quę ad iudicis notitiam peruenire poſſunt: nam ſi quem ſolus peccare viderim, teneor tacere, & ſi narraui, reſtituere famam. Ergò, *Reſ. 57. & 54. in fine.* Ex quo contra Lorcam *diſp. 46. memb. 2. num.* 20. defendit DD. Auguſtinum, Chryſoſtomum, & Hieronymum, dicentes, teſtes adhiberi in triplicem finem, quorum primus eſt, vt corripiens oſtendat ſe munus ſuum impleuiſſe; ſecundus, vt poſtea delinquens conuenìri, & conuinci poſſit coram Eccleſia; tertius, vt qui vnum contempſit, tres reuereatur. Nam, cum adhibentur (ait ipſe) teſtes delicti conſcij, rectè proſpicitur famæ proximi, & ipſe, videns delictum ſuum ad inſcios non emanare, atque adeo à corripiente quæri ſolùm ipſius emendam, faciliùs, & ſuauiùs reſpiſcet, ſecus, maiori cum iuſtificatione ad Eccleſiam defertur, vt puniatur. *Reſ.* 58. Sed ego ſentio cum Turriano, etiam in delictis omninò occultis, poſt correptionem ſecretam adhibendos eſſe inſcios teſtes, qui, ſi ille neget delictum, poſtea eum obſeruent; vel ſi neget factum eſſe peccatum, conuincant eſſe peccatum, eumque ad emendationem hortentur. Ratio autem eſt, quia ab extremo ad extremum non eſt tranſeundum immediatè: correptio autem ſolius cum ſolo, & publica omnino coram tota Eccleſia, ſunt veluti extrema: vnde à prima ad ſecundam procedendũ eſt per correptionem aliquatenus ſecretam & publicam. Et hæc eſt ſententia S. Auguſtini apud D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 33. *ar.* 1. *Reſolut.* 56.

Etiam inſcii.

29 Adnotandum eſt quartò, quòd ſi ſit ſpes, fratrem emendatum iri per vnicum teſtem, non ſunt adhibendi plures: Dominus enim vult adhiberi vnum, vel duos, prout videbitor neceſſarium: & cum ipſe corripiens teſtis ſit verbi, verificabitur, quòd in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.

Poſſuntq. prima vice adhiberi duo.

Mal-

Malderus *in 2. 2. quæſt. 33. art. 7. Reſ.* 40. Verùm, etſi melius ſit prius vnum, deinde duos, &c. teſtes adhiberi: id tamen non eſt in præcepto, ſed poſſunt primò adhiberi duo; quia per hanc correptionem peccator magis erubeſcit, & retrahitur à peccato. Etſi adhibeatur vnus, minus proficiet. Abulenſ. *in cap.* 18. *Matth. quæſt.* 102. contra Sotum *memb.* 2. *quæſt.* 4. *in fin.* 6. *concl. R.* 54. Non eſt item neceſſarium, poſt duos teſtes adhibere tres, deinde quatuor, &c. nam fortaſſe grauius erit delinquenti tot teſtes adhiberi, quàm denunciari prælato. Si autem grauius ei ſit, malè audire apud prælatum, tunc melius gradationem illam in numero teſtium obſeruari. Sed non eſt tot ſcrupulis implicanda conſcientia corripientis, tutiſque erit, in his dubijs & caſibus eam partem eligere, quam proximi caritas dictauerit. Malderus *vbi ſup. Reſ.* 40. Et Bonacina *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *pun.* 7. *num.* 16. excuſat ab hac gradatione; quia non eſt imponendum tantum onus humeris Chriſtianis. *Reſ.* 53.

Deinde tres, &c.

Aliquando tamẽ omitti poteſt hęc gradatio, recurrẽdo ad prælatum.

Denique adnotandum eſt, peccatum publicum argui immediatè poſſe coram omnibus, qui interfuerunt, ac etiam denunciari prælato. Vide V. *Denunciatio*; *num.* 4. neutrum tamen eſt neceſſarium: ſed ſi poſſum ſecretò corrigere, licitè id faciam: niſi ſcandalum, quod alij paſſi ſunt, aliter reparari non poſſet, quàm per publicam correptionem. aut ſi eo publicè reprehenſo, etiam illi emendandi forent, qui ipſius exemplo deliquiſſent. Malderus *art.* 7. *Reſ.* 41. & 42.

In publicis verò fieri poteſt publice vel denunciari prælato immediatè.

Neutrum tamen neceſſarium eſt.

CRIMINA MISTI FORI.

1 INTER crimina miſti fori, quæ ſcilicet puniri poſſunt tam à Iudice Eccleſiaſtico, quàm à laico, habita ratione præuentionis, computatur abortus, ſic decernente Sixto V. in ſua Bulla, circa quod Gregorius nihil innouauit. Nouar. *in Sum. Bull. tom.* 2. *tit. de abortu, num.* 5. Aduerte, quòd ſi reus ſit Eccleſiaſticus, traditur brachio ſæculari. Barboſa *de poteſt. epiſc. part.* 3. *alleg* 111. *num.* 26. *Reſ.* 41. *Tract.* 5.

CRIMEN miſti fori eſt abortus.

DELECTATIO MOROSA.

1 DELECTATIO moroſa, ſecundum Herreram *deciſ. mor.* 6. *num.* 9. non eſt contra votum caſtitatis, ſicut nec contra votum peregrinationis delectatio de imaginata

DELECTATIO moroſa in religioſo eſt ſacrilegium

Digitized by Google

requie, & domeſtica commoditate. Sed contrarium tenendum eſt, vt dicemus V. *Votum, num. 7.*

DENVNCIATIO.

Denũciatio quid.

Et quotuplex.

DENVNCIATIO eſt, alterius delicti ad prælati notitiam deductio. Duplex eſt: altera ſecreta, & caritatiua, altera publica, & iudicialis. Prima fit prælato vt patri, & habet pro fine correctionem denunciati; ſecunda fit prælato vt iudici, & habet pro fine punitionem delati ad aliorum terrorem, & bonum publicum. Qualiter in vtraque à denunciatore procedendum ſit, hic dicemus, qualiter à Prælato, V. *Prælati, à num. 6.*

Facta prælato vt patri.

An prærequirat correptionem fraternam.

In Religione.

Ante denunciationem caritatiuam faciendam prælato vt Patri, ſuperiùs dictum eſt ex præcepto Euangelico præmitti debere correptionem fraternam, ſecretam, & coram teſtibus, niſi corripiens rationabiliter iudicaret, in bonum ipſius corripiendi magis ceſſurum, quòd incipiat à correptione cum teſtibus, vel etiam à denunciatione, aut recta ratio ad vitandum damnum ipſi corripienti vel alteri, dictaret delinquentem denunciandum eſſe nulla correptione præmiſſa ✝. Et quidem Suarez *diſp. 8. de carit. ſect. 6. num. 17.* cum aliis, quos ſequitur Caſpenſis *tom. 2. tra. 27. diſp. 6. ſect. 3. num. 25.* docet, in Religionibus delicta ſecreta denuncianda ſtatim eſſe prælato vt patri; quia regulariter loquendo, ſemper meliùs corrigetur ſubditus per prælatum, quam per priuatum; tum quia prælatus occaſiones peccati remouere poteſt, & applicare remedia, quæ non poteſt ſubditus; tùm quia delinquens non ità facilè diſſimulabit emendationem apud prælatum, ac apud ſubditum. Et licèt correptio ſecreta ſit ſuauior; attamen medicus non imprudenter adhibere ſolet medicamentum acerbius, ſi eſt vtilius. Non ità in ſæculo, in quo homines ſunt magis iuris ſui, niſi ſperaretur magnus fructus. Sed Lorca *diſp. 47. num. 9.* & Fagundez *in decal. tom. 2. lib. 8. cap. 7. num. 9.* prædictam ſententiam improbabilem eſſe affirmant; & Lorca loquitur etiã de religione, vbi ſit tale ſtatutum, quale eſt in Societate: quia ordo correptionis Euangelicus eſt iuris diuini, & naturalis, & omnibus abſque exceptione præceptus, quatenus ſperatur vtilis, iuxtà prædictas rationes etiam, quibus innititur, nempe conſeruatio famæ proximi, & maior ſuauitas & conſequenter efficacia ad emendationem peccatoris, æquè militant in religioſis ac ſæcularibus;

Extrà.

laribus;

laribus: nam & religioſorum quoque fama æſtimanda eſt,& quilibet pluris cenſet non diffamari apud Prælatum, quàm apud multos ſubditos. Vtraque ſententia eſt probabilis, ſi ſententiæ Suarez adhibeatur conditio, vt Prælatus ſit prudens, diſcretus, ſpiritualis, zelo & dilectione ſuarum ouium ornatus, & taciturnus, & inſuper ſit ſpes breuioris, melioris & ſecurioris correptionis per Prælatum, quàm per ſubditum. *Tr.3. Reſ.*44. In Societate autem eſt ſpecialis ratio, propter conſtitutionem; ſecundùm quam eius Religioſi cedunt iuri ſuæ famæ: quod facere vtique poſſunt, ob finem altioris perfectionis, etiam ſi non ſint eius domini. Sic enim cautiùs viuunt, ex quo & ipſis & communitati magnum bonum procedit. Confirmatur, quia ob eoſdem fines poteſt religioſus ſuum crimen occultum deferre Prælato, ergò etiam permittere, vt alius deferat; ſicut etiam poſſet, ſi iàm famam ſuam apud Prælatum amiſiſſet. Ità contra Lorcam & aliquot alios Coninch *dub.*12. Duuallius *quæſt.*9. *art.* 5. prędictam conſtitutionem defendit ex eo; quià ſecreta correptio tunc adhiberi debet, quando delictum non vergit in damnum communitatis, & eſt ſpes, vt delinquens corrigatur per ſecretam correptionem, de quibus circumſtantijs, regulariter loquendo, vix haberi poteſt moralis certitudo, & leges iuſtæ ſunt, quoties aptantur ad communiora. *Reſ.*45.

Et quid in Societate.

5 Ceſſare etiam debet denunciatio vt patri, ſi delinquens ſe iàm emendauit: nam tunc non eſt neceſſaria ad ſalutem ipſius; id quod videtur Dominus ijs verbis intellexiſſe: *Si te audierit lucratus eris fratrem tuum*. ideſt, ibi ſiſte. Limita, niſi eſſet probabile periculum relapſus, ſi non denunciaretur: quod cenſeri poſſet adeſſe, ſi frater occaſionibus peccati ſic innodatus exiſteret, vt moraliter loquendo iudicaretur caſurus, niſi diuertatur. Et in praxi Ledeſma *tom.*2. *tr.*4. *concl.*24. *diff.* 5. denunciari debere inquit religioſum, qui ex malitia, & praua conſuetudine caſtitatẽ fregiſſet; quia rarò præſumi poſſet emendatus: non ità, ſi peccaſſet ex fragilitate. eſto ſi per denunciationem ſecurior reddendus foret à recidiuo; quia detrimentum famæ non eſt proximo inferendum pro qualicunque bono ſpirituali; ſed pro eo, quod eſt ad ſalutem neceſſarium: aliàs poſſem etiam ab aliquo omnia bona eripere, vt dem pauperibus pro anima ſua. Ità Filliucius *tom.* 2. *tr.*28. *cap.*8. *num.*157. & alij contra Richardum *in* 4. *diſt.*19. *ar.*3. *quæſt.*1. *Tr.*3. *Reſ.*49. Quam doctrinam Palaus *tom.*1. *tr.*6. *diſp.*3. *pun.*13. *num.*4. & alij contra Valentiam *tom.*3. *diſp.*3. *qu.*10. *pu.*5. exten-

Et quid ſi frater iam ſe emẽdauit.

Digitized by Google

extendunt etiam ad Societatem, quia finis præcipuus prædictæ conſtitutionis de deferendo crimine occulto ad Prælatum, eſt correctio ipſius delinquentis: ergò, ſi delinquens certò emendatus eſſet, nec periculum eſſet recidiui, ceſſaret finis conſtitutionis. *Reſ.*30.

Delatio iudicialis non prærequirit correptionem ſecretam.

4. QVOD verò attinet ad denunciationem publicam, & iudicialem; ſi crimen eſt publicum, itàvt non poſſit aliqua tergiuerſatione cælari, deferri poteſt immediatè, non ſeruato ordine Euangelico: quia ordo præcipitur, nè proximus abſque neceſſitate diffametur; ſed ſi publicè deliquit, iam eſt infamis. Ex alia verò parte, omne peccatum notorium, qua tale eſt, ratione ſcandali vergit in damnum publicum; in delictis autem, quæ vergint in damnum publicum, non eſt neceſſariò præmittenda correptio. ergò. Excipiendus tamen eſſet cum Paludano caſus, in quo peccans, ex ignorantia vel ſubita paſſione deliquiſſet; quia tunc ſperari poſſet emendacio per fraternam correptionem, & conſequenter æquum non eſſet illum exponere damnis & incommodis, quæ ex iudiciali condemnatione ſequuntur. Præſertim, ſi peccatum tale ſit, quod ſoli peccanti noceat, & ſcandalum alijs non inferat. Ità Lorca *in* 2. 2. *quæſt.*47. *regul.* 5. *num.* 37. & 38. *Reſ.*42. Sed nihilominus in tali caſu rectè denunciabitur, ſi Prælatus inquiret, quia habet ius inquirendi, & iudicandi de publicis. Malderus *in* 2. 2. *quæſt.*33. *art.*7. *Reſ.*41. *in fine*.

Niſi reus peccaret ex ignorantia.

Aut per fraternã correptionẽ ſperaretur reparatio damnorum.

5. Quod ſi per fraternam correptionem ſufficienter reparari poſſet damnum, communitati vel alicui tertio imminens, tunc vtique præmittenda foret: quia cum denunciatio iudicialis adhibeatur ad vitandum damnum tertij, vel communitatis, adhiberi non debet, ſi ſuauiori medio damnum illud caueri poteſt. *R.*55. Aduertit tamen Palaus *tom.*1. *tr.*6. *diſp* 3. *pun.* 13. *num.* 7. in his delictis non ſufficere ſpem probabilem auertendi mali, ſeu non deſperationem fructus, ſicut in ijs peccatis, quæ ſoli peccanti inferunt nocumentum; ſed requiri moralem certitudinem, ſeu ſpem certiſſimam correptionis, & vitationis damnorum *Reſ.*51. §. *Vide*. Et quãuis hæc adſit, denũcians nihilominus abſq. præuia correptione, peccabit quidem contra caritatem; non tamen cõtra iuſtitiam, etiam ſi ex illa manifeſtatione damnum ipſi ſit prouenturum: quia nemo ex iuſtitia tenetur confugere ad faciliorẽ modum, ſed ad id tantùm tenetur ex caritate; cum enim nemo habeat ius ad nocendum alteri, conſequenter nemo habet ius ad famam, per quam alteri nocere parat; vnde non fit ei iniuria, ſi

In quo caſu exigeretur ex caritate, non ex iuſtitia

lædatur

lædatur in fama ad vitandum damnum innocentis, quamuis lædatur caritas, propterea quod id non procuretur per media ſuauiora. Fagundez *tom* 2. *lib* 8. *cap*. 6. *num*. 6. contra Leſſium *lib*. 2. *cap*. 11. *dub*. 9. *num*. 62. *Reſ*. 52. Videtur autem, quòd vtilis correptio ante denunciationem iuridicam, non ſolùm in foro animæ, ſed etiam in foro externo præcedere debeat, ità vt aliter facta denunciatio ſit irrita, & repellenda: tum quia in cap. *accuſatio* 2. *q*. 7. §. *Hæc & alia*, præcipitur, excommunicari eos, qui Prælatum accuſauerint, non præmiſſa fraterna correptione: tum quia cap. *qualiter & quando*, *de accuſ*. dicitur, quòd, quemadmodum accuſationem libellus, ità denunciationem precedere debet caritatiua monitio; tum denique, quia cap. *licet Heli*, *de ſimon*. Abbas Põpoſianus, delatus de multis criminibus, oppoſuit tamquam exceptionem legitimam, ſe non fuiſſe præmonitum; & delatores è contra teſtati ſunt, ſe eum præmonuiſſe. Veruntamen, quamuis Prælatus curare debeat, vt ante denunciationem præmittatur correptio ſecreta, & cum teſtibus; non tamen tenetur denunciationem aliter factam repellere: quia nullo iure id ſibi præcipitur, nec in iudicio conſtare poteſt, an præmiſſa fuerit correptio nullo adhibito, vel cum teſtibus, quia vtraque hæc correptio eſt ſecreta, & ſub ſigillo, vt ait Lorca *in* 2. 2. *diſp*. 47. *num*. 28. qui reſpondet ad iura allata. *Reſ*. 58. In foro autem conſcientiæ, ſi ſperatur fructus, & non eſt periculum in mora, ſiue alteri imminẽs; ſiue ipſi deferenti; non ſolùm inter corripientem & reum; ſed etiam cum teſtibus, præmitti debet correptio ante publicam denunciationem, vt dictum eſt V. *Correptio*, *num*. 28.

Et quid de foro externo?

6 Quin etiam in delictis occultis contra communitatem, dicunt plures Doctores, non eſſe procedendum ad denunciationem iuridicam, abſque præuia correptione occulta; & ſi hæc non profit, coram teſtibus, qui eum obſeruent, vel etiam abſque denunciatione occulta Prælato vt patri, qui ſuper ipſum inuigilet. quia, cum non poſſit eſſe iudicium abſque probationibus, fruſtra ad denunciationem iuridicam, vel accuſationem proceditur in delicto, quod probari non poteſt. Et quamuis Prælati in viſitatione generali præcipiant deferri ſibi omnia peccata, & delationes iudicialiter accipiant cum ſcriba, & fiſcali poſtmodum accuſante; ipſi nihilominus non intendunt præcipere delationem omninò occultorum, & ſubditis incumbit id conſiderare. Ità Sà *edit. Roman. v. correctio*, *num*. 5. Suarez, & alij. Veruntamen ego exiſtimo cum Palao *tom*. 1. *tr*. 6. *diſp*. 13. *pun*. 3. *num* 10. quòd, ſi peccatum

Et de delictis occultis, & probabilibus?

Contra communitatem?

catum contra communitatem, vel tertium, eſt occultum, & improbabile; & iudicatur ſufficere denunciatio caritatiua; ea præmitti debet: ſi verò ſit occultum & probabile, tunc ad vitandum damnum cõmunitatis vel tertij, rectè denũciatur iudici vt iudici, dicẽdo quòd delator id probare non poteſt ſed ipſe prouideat ex officio; vel etiam priuatæ perſonæ, cui damnum paratur, vt ipſa dicat iudici, &c. Nec obſtat, quòd delictum probari non poteſt; quia non defertur in hoc caſu, vt reus puniatur, ſed vt damnum auertatur: quòd autem ipſe delatus infametur, & vexetur, per accidens ſequitur. Addit, Gaſpar Hurtado *tr. de iud. for. diſput. 2. diff.* 4. peccata occulta quæcunque deferri poſſe iudicialiter, abſque præuia monitione, &c. etiam ſi ſperaretur emendatio, & fructus. Et diſparitatem eſſe inter delationem, quæ fit iudici vt patri, & eidem vt iudici: quia in prima ſolùm intenditur emendatio delati, in ſecunda verò etiam punitio in ſatisfactionem reipublicæ: ideoque ante primam ſeruari debet ordo Euangelicus, & ſi proximus emendetur, ſiſtendum eſſe: ad ſecundam verò prætermiſſo illo ordine procedi poſſe abſque iniuſtitia; quia licentia hominis ad deferendum peccatum non eſt ſolùm ad emendationem rei & impedimentum damnorum imminentium, vt dictũ eſt, ſed etiam ad eius punitionem. Nec caritatem offendere ſic præcedentem, quia infamia, & punitio criminoſi compenſaretur promotione boni communis ex delatione iuridica prouenientis. nec enim vllum peccatum commiſſionis eſſe poſſe contra caritatem, niſi fiat ex odio perſonæ. Vide etiam Cardinalem de Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 37. ſec. 7. à num. 79. Reſ. 51. & 55.*

Certè hæreſis, & delicta ſimilia denunciari debẽt iuridicè, non præmiſſa correptione

7 Hæreſis verò & alia delicta ad S. Inquiſitionis Officium pertinentia, non ſolùm poſſunt abſque præmiſſa correptione denunciari; ſed etiam debent; tum quia periculum fidei, quod ex illis imminet, eſt maius intenſiuè, & extenſiuè, quàm in alijs delictis contra bonum publicum; quia agitur de fundamento noſtræ ſalutis, & hæreſis *ſerpit vt cancer.* Nec vlla eſt ſpes emendationis per ſecretam correptionem, dum nemo eſt hæreticus, niſi ſit contumax, & contemnat Eccleſiam; & ſiue formalis ſit, ſiue ſuſpectus, ſtante præcepto denunciationis, ſemper ſimulabit correptionem, nè deferatur; vnde nec certitudo correptionis haberi poteſt: quapropter ſcriptura *Deut. 15.* præcipit, vt hoc crimen etiam occultum reueletur: *Non parcat ei oculus tuus, nec miſnearis vt occultes eum.* extatque edictum DD. Inquiſitorum de huiuſmodi delictis denunciandis, denunciatione quidem iudiciali

& ordi-

& ordinata ad punitionem delicti in aliorum terrorem, vt docet Traſmiera tr. *de correpť. frater.* & nos in *Summa V. Denunciare hæreticum,&c. num.*8. quæ proinde ex ſupradictis non præexigit fraternam correptionem. Et obligat ad denunciationem immediatè faciendam. neque id irrationabiliter: cum DD. Inquiſitores longo temporis experimento compererint, eſſe moraliter impoſſibile, quòd hæretici conuertantur per correptionem priuatam, & quòd non moliantur aliorum ſubuerſionem, & reipublicæ chriſtianæ ruinam. Quo ſtante, contraria ſententia non eſt probabilis. *Reſ.*63. Neque obſtat, quòd ſit occulta, & probari non poſſit: ſiquidem denuncians in hoc tribunali admittitur, vt teſtis, cuius non eſt alios teſtes aduocare ad ſuum teſtimoniũ confirmandum, ſed potius purè, & ſincerè ſecundum veritatem teſtificare. cap. *nihilominus,* cap. *pura 3. quæſt.*9. Et licèt ex denũciatione ſecutura ſit infamia, aut læſio aliqua denunciati, præpõderat tamen publica vtilitas, quæ in denunciatione prætenditur, dum per eam vitatur, ne omnes vel plerique detrimentum ſentiant, & in diſcrimen adducantur: Nam, *Quæ eſt iſta bonitas, quæ iſta miſericordia, vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere?* vt habetur cap. *Sed illud* 45. *diſt.* Et contrarium ſine nota temeritatis ſuſtineri non poteſt, ſtantibus Bullis Pij V. & Gregor. XV. mandantibus denunciari confeſſarios ſolicitantes in confeſſione, quãquam pœnitentes hoc delictum omninò probare non poſſint. Ità nouiſſimè Traſmiera *de denunc. quæſt.*4. *cap.* 3. contra Baunyum *in theol. mor. par.* 2. *diſp.*4. *tr.*3. *quæſt.*18. cautè legendum. *Tr.*12. *Reſ.*21. & *Tr.*3. *Reſ.*55. *in fine*. Et eandem eſſe rationẽ de blaſphemia hæreticali, ait Fagundez *tom.* 1. *in decal. lib.* 2. *c.* 3. *num.*34. nimirum, ſiue publicam, ſiue occultam, ſtatim Inquiſitoribus denunciandam eſſe, prætermiſſa priuata monitione. Non ità de non hæreticali, ſi ſperatur fructus, &c. Sed circa hanc quæſtionem ne deſeras videre Turrianum *in* 2. 2. *tom* 1. *diſp.* 58. *dub.*3. *Tr.*3. *Reſ.*60.

Et contraria ſententia eſt improbabilis.

8 Nota hic primò, quòd Caſpenſis *tom.* 2. *tr.*27. *diſp.* 6 *ſec.* 4. *num.*39. extendit prædictam doctrinam ad peccata carnalia religioſorum, ſi ſint in via, & periculo diuulgationis: hæc enim peccata ſunt maximè viſcoſa, contagioſa, infectiua; nam qui illis deditus eſt, quærit ſocios eiuſdem criminis participes efficere, vt fidos habeat. ſunt præterea valde ſcandaloſa; & ex ijs religio plurimum diffamatur. ac proinde cenſenda contra bonum publicum. Adde, quòd in his etiam peccatis vix ſperari poteſt emendatio

Et aliqui idem docent de peccatis carnalibus religioſorum.

 per

per correptionem priuatam. Sed in hac re mihi placet opinio Zachariæ à Saluzio, quod ſi quis in hæc peccata propenſus ſit, & captet occaſiones peccandi litteris amatorijs, munuſculis, colloquijs, &c. denunciandus ſit iudicialiter abſque correptione; quia talibus hæc obeſſe potius ſolet, quàm prodeſſe: ſi verò caſualiter incidat in aliquam fornicationem, oblata occaſione, abſque habituatione, tunc corripi debeat prius, quàm deferri, quia correptio ſperari poteſt profutura. Ità ille *in direct. iudic. cap.* 12. Sed ferè ſemper fieri debet delatio immediatè; quia fornicationem rarò contingit committi ſolam, & priuatam correptionem ſufficere ad emendam. *Tr.* 3. *Reſ.* 62.

Et dantium, & recipientium munera in Romana Curia pro gratia, & iuſtitia.

9. Nota ſecundò, Boccatium *tr. de pactis, par.* 1. *num.* 52. ſupradictam doctrinam extendere etiam ad dantes, promittentes & recipientes pro gratia, vel iuſtitia in Romana Curia, contra Bullam Gregorij XIII. (qui in eadem Bulla denunciari iubentur infra triduum, ſub pœna excommunicationis papalis ipſo facto incurrendæ: quamuis ad ſolos exiſtentes in Romana Curia hoc præceptum dirigi, doceat Syluester v. *excommunicatio caſu* 33. & non fuiſſe vſu receptum, ex teſtimonio grauiſſimorum virorũ referat Bonacina *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 31. *numer.* 18. *&* 19. contra quos nouiſſimè Dicaſtillo *de iuſt. lib.* 2. *tr.* 1. *diſp.* 6. *dub.* 9. *num.* 250. *Tr.* 4. *Reſ.* 11.) Hos enim denunciandos eſſe non præmiſſa correptione priuata; quia talis denunciatio præcipitur tamquam iudicialis, non tamquam Euangelica, quæ debeat ſupponere fraternam correptionem. Sed ego in his delictis cenſeo cum communi, quæ eſt D. Thomæ, procedi debere ordine Euangelico, ſi ſperetur fructus iuxtà prædicta. Et ità docet nouiſſimè Dicaſtillo *vbi ſup. num.* 254. *Reſ.* 12. *Tr.* 4.

DILATIONES.

DILATIONES concedere poteſt Princeps.

1 SERMO eſt de dilationibus moratorijs, quæ à Principibus concedi ſolent debitoribus, nè à creditoribus moleſtentur. Quas quidem ad certum tempus concedere poſſunt, l. *vniuerſa* 4. *C. de prec. Imper. offer.* & l. *vult. C. qui bonis cedere poſſ.* (modicum tamen, Gloſſ. *in l. quoties C. de prec. Imper. offer.* & ſecundùm Zerolam *in praxi epiſ. v. litteræ quinquenn. v.* 4. ad ſummum pro quinquennio: Natta *conſ.* 191. *num.* 2. 3. 4. 16. *&* 17. declarat, quale tempus dicatur modicum, & quando etiã ad decennium concedi poſſint: Et Lancellott. *in text.* dicit, re-

Pro quinquennio & infra.

mitten-

mittendum id eſſe arbitrio iudicis, & ſi quid excedatur, dilationis conceſſionem non valere, vt Gloſſ. *in d. l. quoties*, Hering. *de fideiuſſ. cap.5. num.135.* & alij. *Tr.8. Reſ.24.*) Peremptorias verò, quæ ius alterius partis omninò tollunt, vel infringunt, concedere non poſſent, per textum apertum in l. 2. *C. de prec. Imperi offer.* & ratio diſparitatis eſt; quia Princeps non poteſt ius vel dominium alicui priuato auferre, niſi ex iuſta cauſa; & propter vtilitatem publicam: in quo caſu illi iuſtum, & ſolitum pretium rependere tenetur, l. *item ſi verberatum* 15. §. 1. *ff. de rei vindic.* l. *venditor* 13. §. 1. *verſ. niſi prius ſolitum*. per dilationes autem moratorias non aufertur aliquod ius vel dominium priuato, ſed ſolùm differtur ad modicum temporis ſolutio abſque magno illius incommodo: quod enim differtur, non aufertur, argum. l. *ſi debitori* 21. *ff. de iudic.* Diſertè de dilationibus quinquennalibus agunt Georg. Fridetic. Mora *in diſſert. theoricopract. de reſcript. morator.* & Willelmus Antonij *in tract. de reſcript. morator. ſeu inducijs quinquennalibus*. *Tr.8. Reſ.23.*

2 Porrò non debet Princeps concedere dilationes pro debitis ex delicto; nam legibus conſtitutum eſt, vt qui non habent in ære, luant in corpore. & tales nulla commiſeratione digni ſunt. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſ.203. num.16. & ſeq. Reſ.26.* Sed ſolùm debitoribus ex contractu. non tamen omni. Non enim ſi debitum deſcendat ex contractu depoſiti, (quod ſine mora & dilatione, omnibus exceptionibus excluſis, reſtitui debet deponenti, *l. 1. C. depoſit.* Nicol. Boer. *deciſ.396. num 4.*) Nec ſi deſcendat ex contractu locationis & conductionis (Trentacinquius *reſ.1. de fideiuſſ. nu.15. Reſ.27.*) Item non in debito pupillari, vel Eccleſiæ. Mauſonius *de cauſ. execut. lib.1. limit.6. numer.59. & 5.* Rurſus, non in debitis alimentorum. Cuchus *de mor. preſcript. num.90.* Non in debitis opificum, mercenariorum & famulorum pro eorum labore. Mollerus *lib.4. ſemeſtr. c.6. num.2.* Non in debitis fiſcalibus. Peregrinus *de iure fiſci lib.6. tit.7. à num.22.* Non in debito dotali. Cuchus *num.87.* Quare datæ generales induciæ quinquennales, non extenduntur ad debita recenſita. *Tract. 8. Reſ. 28.*

Si debitum non ſit ex delicto,

Vel contractu depoſiti,

Locationis & conductionis,

Si non ſit pupillare, vel Eccleſiæ.

Non alimentorũ, Mercedis opificum, & famulorũ

Aut debitum fiſcale.

3 Rurſus, dilationes moratoriæ generales non comprehendunt debitum, quod cum extero & tranſeunte contractum eſſet. Menoch. *vbi ſup.* Item nec debitum iuratum. & ſi ſolùm pro debito iurato impetratæ eſſent, nulla facta mentione de iuramento, præſumerentur ſubreptitiæ, *c. conſtitutus, de reſcript.* vbi

Et datæ non comprehendunt debitum contractum cum extero tranſeunte,

Iuratum,

Gloſſ. & DD. ſicut etiam in omnibus debitis ſupra relatis. Quod non ſolùm procedit de Principe ſæculari, ſed etiam de Summo Pontifice: nam is de iuramento non faciens mentionem, non videtur illi voluiſſe derogare. d. *cap. conſtitutus. T. 8. Reſ. 29.* Et idem iuris eſſe, ſi debitor huic beneficio expreſsè renunciauit, ait Maximilianus Fauſtus *de ærar. claſſ. 4. conſ. 365.* nam quicunque renunciare poteſt fauori pro ſe introducto *l. 69. de reg. iur. l. pen. C. de pact.* Poſſe tamen Principem reſcriptum ſuum ad debita iurata, & cum renunciatione huius beneficij contracta extendere; atque adeo ſi de his faciat mentionem, valere. Nam Princeps ſæcularis poteſt relaxare iuramentum. hoc enim ſemper intelligitur præſtitum ſalua auctoritate ſuperioris. *l. fin.* & ibi Alexand. *num. 2. ff. qui ſatiſd. cog.* Et licèt non poſſit tollere vim iuramenti, poteſt tamen differre ad tempus; Alexand. *conſ. 38.* Surdus diſtinguit: Aut debitor iurauit non impetrare dilationes, aut ſolùm iurauit ſoluere; & in primo caſu inquit dilationes impetratas non valere: in ſecundo valere. Ità ille *conſ. 299. num. 17.* Verùm, non poſſe Principem ſæcularem ſuper iuramenta auctoritatem exercere, & illa relaxare &c. ac proinde nec pro debitis iuratis concedere dilationes, docuit Menoch. *num. 14.* & alij multi: & ad ſolum Summum Pontificem id pertinere, Natta *conſ. 233. num. 1. vol. 1.* Sed, quicquid ſit de hac quæſtione, certum eſt, quòd ſi debitor impetrauit prius ab Epiſcopo abſolutionem à iuramento, poterit vti dilatione abſque metu periurij. Maulius *de ceſſ. bonis. t. 7. num. 33. Reſ. 30.* Item impetrari non poſſe, ſententia lata contra debitorem, ait Guido Pap. *deciſ. 97.* vel ſi ſit in calculo ferendæ ſententiæ, Natta *conſ. 233. num. 4. & 5.* quamquam impetrari poſſint, lite circa debiti exactionem pendente, Ioan. de Amico *conſ. 150. num. 7.* Sed in Regno Siciliæ, etiam poſt latam ſententiam, & factam adiudicationem impetrari ſolere, obſeruat Carolus de Graſſis *excep. 32. num. 44.* Eas tamen catenus valere, quatenus in petitione exprimitur ſtatus cauſæ, *Reſ. 35.*

Vel de quo debitor iudicatus fuit debere ſoluere.

Monitio ad debitores impetrantes inducias.

4 Cum igitur dilationes moratoriæ ad multa genera debitorum non valeant; niſi in reſcripto adhibeatur clauſula ampliatiua, neceſſe eſt, vt ſupplicans in ſua ſupplicatione exprimat qualitatem debiti, & præterea ſignificet, an lis pendeat, an ſententia ſit prolata, an pro eodem debito habuerit alias inducias, an debitum ſit vetus, an recens; denique ea omnia, quæ operari poſſunt, vt Princeps non concederet, vel difficiliùs concederet; aliàs

Digitized by Google

aliàs præſumeretur in dolo, tacendo veritatem, vel exprimendo cauſam falſam, & reſcriptum redderetur ſubreptitium, & nullum ipſo iure. Carol. de Graſſis *vbi ſup. num.* 31. *Reſ.* 28. §. *Et ideo*.

5 Porrò moratorias inducias concedere poſſunt omnes Principes habentes iura territoralia. Theſaurus *deciſ.* 186. Qui autem non habent iura territoralia, non poſſunt. Carauita *ſuper ritu magnæ Curiæ rit.* 287. *num.* 3. Niſi conſentiret maior pars creditorum. in quo caſu per quemcunque iudicem dari & concedi poſſent. *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ. T.* 8. *Reſ.* 23. §. *Notandum*. Imò ab ipſa maiori parte creditorum, ſi ei maior quantitas debeatur; reliquis creditoribus citatis, quamuis nolentibus, quæ valebunt pro omnibus debitis, etiam ſi renuant ij, qui in ſolutione præferendi forent, niſi illorum aliquis haberet debitorem obligatum cum iuramento, vt obſeruat Gilhauſen *in arb. iudic. ciuili c.* 5. *num.* 5. Ratio autem eſt, quia dilationes non ſolùm ſunt beneficium debitorum, ſed etiam creditorum, vt ſcilicet debitores ad frugem interim redeant, res ſuas locupletent, & commodiùs poſtea ſoluere poſſint. Strach. *in tr. morat. & decoct. p.* 6. *n.* 20. Vnde, cum maior pars creditorum poſſit remittere partem crediti in præiudicium minoris partis, quod eſt plus; vt Duenn. *reg.* 295. multò magis concedere poterit dilatoriam, quod eſt minus, *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Et ſic contra Curtium *num.* 31. & 32. determinat Maximil. Fauſtus *de ærar claſſ.* 16. *conſ.* 1269. *T.* 8. *Reſp.* 31. Princeps verò, ſi ipſe concedit, caueat id efficere abſque magna & iuſta cauſa. vt obſeruat Beſoldus *in diſſert. politico iurid de iur. maieſt. c.* 4. *numer.* 8. *Reſp.* 23. §. *Similiter.* Et dilationes non concedat decoctoribus, qui ſua culpa impotentes ſoluendo effecti ſunt: nam hos pro furibus habendos, docent DD. Boerius *deciſ.* 349. *num.* 10. & alij. Sed tantùm illis, qui aduerſa fortuna, abſque ſuo dolo & culpa pauperes ſunt effecti. *Reſ.* 26. §. *Et ideo*. Etiam ſi ſint Iudæi, vt obſeruat wurmſerus *in contr. iur. lib.* 1. *tit.* 9. *contr.* 2. *num.* 27. *Reſ.* 35. *in fine*.

INDUCIAS moratorias concedere non poteſt, niſi Princeps habens iura territoralia.

Et maior pars creditorum.

Etiam poſteriorū

Non valebūt pro debito iurato.

Et in Principe requiritur magna & iuſta cauſa.

6 Aduerte hic, quòd ſi creditores velint, dilationes debitoribus concedi non poſſunt, niſi fideiuſſores idoneos præbeant de ſoluendo poſt tempus. Hunnius *in encyclop. iur. p.* 2. *tit.* 28. *c.* 4. *n.* 6. Quod ſi propter inopiam, nec fideiuſſoribus, nec pignoribus cauere poſſunt, ad iuratoriam cautionem admitti debent. Carocius *except.* 168. *num.* 45. *Reſ.* 34. Fideiuſſoribus autem adhibitis in contractibus, aliquando proſunt dilationes principali conceſſæ,

Et exigentia cautionis.

An autē faueant fideiuſſoribus adhibitis in contrahendo?

ceſſæ, vt ſi fideiuſſor obligatus eſſet vt principalis; ſi in reſcripto Principis fieret illorum mentio, aut Princeps non ad preces debitoris, ſed motu proprio dilationes concederet; ſi fideiuſſore conuento, principalis pro ſuo intereſſe interueniens, exceptionem opponeret moratoriæ dilationis, ne ipſe conuentus à fideiuſſore, per indirectum ſoluere cogatur: aut ipſe fideiuſſor tempore induciarum conuentus, opponeret exceptionem excuſſionis, vel cedendarum actionum; nam tunc durante dilatione, nec principalis excuti, nec actio cũ effectu cedi poteſt. Ità Hunnius *vbi ſup. c.5. num.*10. Et prodeſſe regulariter, niſi fideiuſſor renunciaſſet, ait Cuchus *numer.*139. Secus ſi renunciaſſet, *auth. præſente C. de fideiuſſ.* & renunciatio valeret: quia creditor hoc maximè proſpexiſſe præſumitur, vt ad inopiam redacto principali debitore, à fideiuſſore ſuum conſequeretur. Et in eo caſu ceſſare beneficium excuſſionis. Franc. *de fideiuſſ. c.3. numer.*155.

Præſertim ſi concedantur à creditoribus?

Conceſſa autem dilatio à creditoribus, prodeſt indiſtinctè fideiuſſori, etiam ſi renunciaſſet; quia datis inducijs, inter creditores & debitorem actum intelligitur, vt fideiuſſori interim parcatur. Maulius *de ceſſ. bon. tit. 7. num.*41. *Reſp.*32.

Quo tempore currere incipiant dilationes?

7 Aduerte ſecundò, dilationem moratoriam à Principe conceſſam, currere incipere à data reſcripti. Guid Pap. *deciſ.* 109. Niſi aliud tempus Princeps deſignaret, vel niſi debitum maturaretur poſt datam; nam tunc currere inciperet à die maturationis. Alexand. & communiter ſcribentes *in l. fin. C. de repud. hæred. Reſ.*25.

Et an tempore induciarum currant interuſuria?

8 Aduerte tandem, pendente dilatione, Cuchum *numer* 148. exiſtimare, quòd currant interuſuria, ſatis enim eſſe debitoribus, quòd interim non moleſtentur. Id tamen valde durum & inhumanum videtur. Mollero *lib.4. Semeſtr. c. 7. numer.*2. cum induciæ concedantur illis, qui fortunæ iniuria abſque ſua culpa inopes facti ſunt, & vix ſortes creditoribus ſoluere poſſunt. Hunnius *c.5. num.*2. diſtinguit, & deberi interuſuria conuentionalia, nec per inducias ſiſti; ex mora autem non item; quia cum durantibus inducijs ſors peti non poſſit, nulla certè mora imputari poteſt debitori. *Reſ.*33.

DISPENSARE, DISPENSATIO.

DISPENSARI an poſſit in voto non ludendi?

1 SVMMVS Pontifex & Epiſcopus diſpenſare poſſunt in voto non ludendi, quamuis ludus ſit res mala. in

quo

quo caſu non aufert malitiam à ludo, nec facit illum licitum, ſed ſolum facit, vt ludus non ſit ſacrilegium. quod licitè etiam fieret cum eo, qui habens propenſionem & affectum ad ludum, frequenter votum fregiſſet, ad ſubtrahendam ab eo peccandi materiam. Magna tamen prudentia in hac re opus eſt. vnde S. M. Pius V. in ſimili voto noluit diſpenſare. Bonacina *de reſt. diſp.2.quæſt.3.punct.1.num.20.* Nec ſufficiens ratio diſpenſandi eſſet, ſi vouens vel iurans magnum deſiderium & tentationem ludendi pateretur. Fauſtus *in ſpec.diſp.31.q.16.num.2.* quamuis ſecundùm ipſum in tali caſu commutari poſſit in rem meliorem, vel æquè bonam, ab auctoritatem habente, remanente in ludo malitia ordinaria, citra ſacrilegium. *T.9. Reſ.55.* — Et ex qua cauſa?

2 Diſpenſationem vitiari, ſi committatur error in nomine perſonæ, cui committitur, vt ſi impetretur à diœceſali Pariſienſi, & committatur Ordinario Rothomagenſi; tenet Petrus à S.Ioſeph *in idea Theol. mor. lib.1.c.11. reſ.5.* quia in cap. *ſignificante, de reſcript.* irritum declaratur reſcriptum, in quo erratum fuit in nomine diœceſis *Rhemenſis* pro *Leodienſis*. Et confirmatur, quia in tali caſu diſpenſationem exequi nõ poteſt Ordinarius nominatus, quia mens Pontificis eſt, vt diſpenſet Ordinarius proprius; nec proprius, quia non dirigitur ad ipſum. Sed ego teneo cum Amico *to.5. de iuſt. to.6. ſer.8. num.145.* non vitiari, & attendendam eſſe intentionem Pontificis, vt ſcilicet diſpenſet Ordinarius proprius. perinde ac ſi nomen eius expreſſum eſt: nam quando expreſſio falſi talis eſt, vt ea ſublata, adhuc maneret voluntas diſpenſantis, non vitiat diſpenſationem. *T.10. Reſ.34.* — DISPENSATIO non vitiatur, ſi in reſcripto committatur error in nomine diœceſis.

3 Et eadem eſt ratio, ſi committatur error in nomine diſpenſandi, quando vtique ſcitur perſona, pro qua petitur reſcriptum. ſi verò ſciri non poteſt, vitiatur. Et hic eſt caſus cap. *ſignificante cit.* in eo enim ob certas circumſtantias ſciri non potuit, pro qua perſona impetraretur reſcriptum. Et idem dicendum eſt cum prædicto S.Ioſeph *ibid.* ſi diſpenſans intelligat, diſpenſationem peti pro aliquo ſibi noto & familiari, petatur verò pro alio, & ſit error in nomine. Nam diſpenſantis intentio non dirigitur directè ad petentem in confuſo, quicunque ille ſit; ſicut intentio baptizantis, abſoluentis &c. ſed referri cenſetur ad perſonam ibi nominatam & omninò aliam ab eo, pro quo petitur. Quamquam etiam in hoc caſu putet cum Sanchez Amicus *num.143.* valere, quia in gratijs concedendis Princeps præſumitur — Vel perſonæ diſpenſandæ. — Niſi diſpenſans intelligeret diſpẽſare cum aliquo ſibi noto.

mitur

mitur attendere ad merita cauſæ, quæ proponitur, ſi ſecus aliunde non conſtat. *T*.10.*Reſ*.35.

An irregularis diſpenſatus ad Ordines, cenſeatur diſpenſatus ad beneficia, aut penſiones, vide V. *Irregularitas, num.6.* Quam poteſtatem habeat Epiſcopus circa diſpenſationes, vide V. *Epiſcopi*.

DOMINVS.

DOMINVS ſerui

1 † DOMINVS in ſeruum ius & dominium habet, perinde ac in alias res ſuas: nam, cum de ſeruis agitur, poteſtatis appellatione dominium ſignificatur, l. *poteſtatis* 215. *ff. de verb. ſignif.* & domini nomine venit tam is, qui habet proprietatem, quàm vſufructuarius, & bonæ fidei poſſeſſor. *§. de ijs autem ſeruis* 4. dominorum autem poteſtas iure gentium eſt introducta, §. *ſed ius quidem* 2. *verſ. ius autem gentium*, *Inſtit. de iure nat. gent. & ciu.* Cum autem in ſeruo tria conſiderari poſſint; anima, corpus, & bona temporalia, quod ſit ius domino in ſeruos circa animam & corpus, conſiderandum hic eſt: quod enim circa bona, dicemus V. *Seruorum iura* †.

Tam proprietarius, Quam vſufructuarius.

2 Primò ergò quoad animam, dominus eſt gubernator ſeruorum impuberum, quos proinde baptizare poteſt, à parentibus abſtrahendo, vt diximus V. *Baptizare*. Quin etiam tenetur. nam caritas obligare eum videtur ad vſum talis poteſtatis, ne tanto & tam neceſſario bono ſeruos ſuos deſtituat. Vaſquez *diſ.*155. *cap.*7. contra Suarez *in* 3. *p. diſp.*25. *ſec.*6. *T* 7. *Reſp.*69. Si autem domi cum parentibus illos detineat, Suarez *ſect.*5. illicitum eſſe inquit, & contra religionem, illos baptizare; propter periculum peruerſionis: Vaſquez negat illicitum eſſe, per ſe loquendo: id enim non eſt contra iuſtitiam, cum dominus poteſtatem habeat ſeruos gubernandi. nec contra religionem; quia periculo peruerſionis occurri poteſt, vendendo illos poſt vſum rationis, vel vendendo parentes, aut alio modo: ſi enim occurri non poſſet, tunc per accidens illicitum fore. *Reſ.*68.

Poteſt illum gubernare quoad animam. Si eſt impubes, Quem etiam baptizare tenetur.

3 Seruis porro infidelibus adultis, cum ſint extra Eccleſiam, & eius præceptis non teneantur, domini dare poſſunt carnes in diebus prohibitis, vt ait Trullench *in decal. to.*1. *lib.*3. *c.*2. *dub.*2. *num.*11. & præcipere opera ſeruilia diebus feſtis, vt Paſqualigus *in ſuis deciſ. moral. deciſ.* 310. *num.*2. *T*.7. *Reſ*.58. Seruorum autem Chriſtianorum irritare vota, quæ eorum ſeruituti præiudicant,

Et adulto infideli, poteſt dare carnes. Et indicere opera ſeruilia diebus prohibitis. Et irritare vota Chriſtianorum ſeruorum, pugnantia cũ ſeruitute.

Digitized by Google

cant, ſi emittantur tempore ſubiectionis. emiſſa verò ante ſeruitutem de operibus ſupererogatorijs, vel tempore ſeruitutis de operibus præceptis, ſuſpendere poſſunt, quatenus ſimiliter eorum obſeruantia erit aliquando incompatibilis cum opere ab ipſis præcepto. Impuberis verò parentibus orbati, omnia vota irritare poſſunt. Votum autem caſtitatis, quod nullum ſeruituti præbet impedimentum, ſuſpendere aut irritare non poſſunt; nec vota emiſſa pro tempore libertatis, vt dicemus V. *Seruorum Iura, numer.*11. nec vota realia, ſi rei alicuius dominium habeant. Vide Trullench *vbi ſupr. dub.*36.*&* 37. *Reſ.*27. nec poteſt impedire miſſam in feſtis abſque neceſſitate. Azorius *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.*7. *q.* 1. *Reſ.*52. **Et impuberum orphanorũ omnia.**

4 Quoad CORPVS verò, licèt homicidium ſit intrinſecè malum, & iure naturæ prohibitum; de iure tamen Romanorũ, domini antiquitùs vitæ necisque in ſeruos poteſtatem habebant, nec minus ſeruum, quam pecudem occidere poterant: qua de cauſa ſerui quadrupedibus comparantur l. 2. *ff. ad leg. Aquiliam*. Hodie tamen hæc poteſtas conſtit. D. Antonini Pij reſtricta eſt. nec enim ſeruum occidere, vel in eum ſæuire quis poteſt abſque cauſa legibus cognita. Iuſtinianus *lib.* 1. *Inſtit. tit. de his, qui ſui vel alieni iur. ſunt. T.*7. *Reſ.*4. Hinc non poteſt dominus negare ſeruo alimenta, ità vt abſumatur inedia, quamquã poſſit ex iuſta cauſa eum alicuius alimẽti ſub tractione ad mentẽ ſaniorẽ reducere. Filliucius *to* 2. *tr.*28. *p.*2. *c.*4. *n.*75. *Reſ.*46. Si autem quis ſeruũ vita priuaret, aut ei membrũ aſcinderet, peccaret contra iuſtitiam; & ſecundùm aliquos teneretur ad reſtitutionẽ: in primo quidem caſu pecuniæ faciendam hæredibus, aut ſuffragij pro ipſius anima, vt docuit Fagundez *de iuſt. tom.*2. *lib.*2. *c.*5. *num.*4. in ſecundo, ipſi mancipio itidem in pecunia, vel libertate, vt putauit Azorius; quia quoduis corporis membrum eſt æſtimabilius libertate. Alij tamen id negant; quia ex morte mancipij nullum heredibus damnum conſurgit, cum non eis, ſed domino, defuncti vita vtilis eſſet. ex mutilatione quoque ſoli domino damnum ſequitur, cui membri reciſi opera vtilis eſſe poterat. Ità in primo caſu Azor. *to.*2. *lib.*2. *c.* 38. *q.*2. in ſecundo Trullench *to.*2. *lib.*4. *c.*1. *dub.*7. *num.*7. Vtraque ſententia eſt probabilis. *Reſ.*19. 44. *&* 45. **Antiquitus poterat ſeruum occidere. Hodie nõ poteſt. Sub pœna non ſolum peccati, ſed etiam reſtitutionis, ſecundum aliquos.**

5 Si ergò ſeruus delictũ vltimo ſupplicio dignum cõmittat, deferat eum dominus ad Magiſtratus & iudices. ſi autẽ leuioris pœnæ ſit reus, priuatim illũ punire poteſt, modo pœna nõ ſit atrox, **Licet delinquentem punire poſſit leuiter.**

qualis eſſet mutilatio, vulnus, flagella, aduſtio, aut ſimile quid publicum, aut tam graue, vt ſeruum mortis, amiſſionis membri, vel notabilis diminutionis vitæ periculo exponeret; minimè verò aliqua excoriatio. Sublatis dictis periculis, non damnarē dominum, qui ſeruum adipe adureret, moderatè tamen; & dummodò delictum tanta pœna dignum eſſet, aut ſeruus eſſet aliter incorrigibilis. Conſulendum tamen eſt dominis, vt mitioribus pœnis in ſeruos procedant. Molina *tom.4. tr.3. diſp.2. num.14. Reſ.21.* Si autem nimium in eos ſæuirent prudentum arbitrio, cogi poſſent eos vendere, vt ex l.2. *ff. de his, qui ſui, vel alieni iur. ſunt.* Menoch. *de arbitr. cent.2. caſ.138. Reſ.64.*

Et ſecundùm aliquos ſignare in faciem.

6 Heuia *in Curia Philip. tom.2. lib.1. c.7 num.3.* docet, non poſſe dominum ſignare ſeruum in facie ſine culpa. Poſſe autem, Molina *vbi ſupr.* ſi ſit periculum fugæ, niſi ità ſignetur, vt ſi non cognoſceretur eſſe mancipium: ſi autem fugiſſet, tunc in pœnam fugæ præcedentis, & cautelam imminentis, rationem ipſam poſtulare vt ſignetur. Et hanc ſententiam communem eſſe, teſtatur Machadus *to.2. lib.6. p.7. tr.12. docum.2. nu.4. Reſ.22.*

Punitum ſi fugiat.

Nam, quòd dominus ſeruum fugitiuum punire poſſit, etiam ſi ad ſuos, & regna, in quibus libertatem acquireret, fugere ſibi conſtaret, docet Leſſius *lib.2. cap.15. dub.5. num.27.* Non quòd peccet fugiendo, vt dicemus V. *Seruorum, num.8.* Sed quòd hoc priuilegium fugiendi ſeruis conceſſum videatur cum hoc onere, in fauorem dominorum. Alij negant conceſſum cum hoc onere, & dominos punientes præſumere, quod fugiant ad diuagandum, dum illis non conſtat de fuga ad ſuos. *Reſ.40.*

Minimè verò caſtrare:

7 Caſtrare autem ad conſeruandam vocis ſuauitatem non poteſt, nec volentem: hoc enim non eſt licitum; niſi ad conſeruandam vitam. alioqui enim licitum foret alicui ad conſequendum locum in aula Principis in caſu, quo is omnes aulicos vellet eunuchos, vt Rex Sinarum; & multo magis ob finem ſupernaturalem, ad vitandas carnis tentationes, aut ſpiritualem fœminarum curam ſecuriùs ſuſcipiendam; præſertim ſi hoc cum lucro temporali coniunctum eſſet: quæ tamen omnia abſurda ſunt, & vltimum damnatum in decretis eccleſiaſticis. Ità Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. to.1 diſp.10 ſec.1. n.23.* contra Salonium *in q.65. ar.1. contr.2. Reſ.63.*

An poſſit vendere quandocumque?

8 Poteſt autē dominus vendere ſeruum, regulariter loquendo. Sed, ſi ipſo conſentiente vxorem duxit, non poteſt ità vendere, vt vſum coniugij impediat, propter damnum vxoris.

Si

Digitized by Google

Si autem duxit eo inuito, vel inſcio; Nauarr. *in man. c.* 22. *n.* 34. poſſe exiſtimat, abſque mortali; quia vendit rem ſuam, cuius pretio indiget. D. Thomas negat, ob damnum ſimiliter vxoris. Sed concordari poſſunt hoc modo: Aut dominus inopia premitur, & neceſſitatem patitur vendendi ſerui, aut non. Si primum, aut poteſt vendere in loco, vbi à coniunge ſeparari non debeat, aut non poteſt. Si neceſſitate premitur, & non inuenit emptorem vxori commodum, poteſt vendere peregrino, etiam ſi in longinquam regionem ſit amandandus, & ab vxore diuellendus abſque neceſſitate, vel ſi in neceſſitate adſit emptor vicinus, non poteſt. Azorius *vbi ſup. q.* 6. *Reſ.* 37.

9 Epilogando igitur, obſeruat Trullench *dub.* 6. *num.* 2. poſſe dominum grauiter peccare, primò ſi ſit notabiliter negligens in procurandis ijs, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem ſeruorum, vt eſt ſuſceptio Sacramentorum ſuo tempore, Miſſæ auditio & alia huiuſmodi. Secundò, ſi ſit negligens in corrigendis eorum peccatis, de quo diximus V. *Correptio num.* 4. Tertiò, ſi iubeat aliqua, quæ ſerui facere non poſſunt ſine peccato mortali. Quartò, ſi eos oneret laboribus intolerabilibus. Quintò, ſi afficiat contumelijs, vt vocando ſeruos Chriſtianos, canes. Sextò ſi grauiter verberet ex leui culpa. Verùm regulariter excuſantur domini, vocando ſeruos, canes, ex ira & indeliberatione. *Reſolut.* 47.

Quotupliciter peccare poſſit erga illum?

10 Si ſeruus culpabiliter damnum inferat tertio, & interueniat culpa etiam domini, tenebitur dominus ex læſione ad totum damnum. Si abſque eius culpa, adhuc læſo competit actio aduerſus ipſum ad ſoluendum damnum, vel dandum ipſum mancipium, vt habetur *in inſtit. tit. de noxal. action.* idque probabile eſt procedere, etiam in conſcientia, ante ſententiam iudicis, vt docet Vaſquez *opuſ. de reſtit. c.* 2. *§.* 2. *dub.* 1. propter ius naturale, quod quiſque habet ad recuperandum damnum ſibi illatum, tam à libero, quàm à ſeruo, & tam ab homine, quàm à bruto: vnde dominus reſtituere tenetur, non ob ſuam culpam, ſed quia poſſidet rem obligatam ad damnum. Probabilius tamē, procedere ſolùm in foro externo, vt docet Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. to.* 1. *diſp.* 8. *ſec.* 3. *num.* 41. quia ex vna parte dictæ leges non ſunt præceptiuæ, ſed ſolùm concedunt damnificato actionem quoad forum externum; atque adeo videntur perſonales, vt dicitur *Inſtit. ſi quadrupes ad fin.* & ante condemnationem non obligant, vt exprimitur *ff. & inſtit. de noxal. action. ad initi.* ex

Et an teneatur de damno illato à ſeruo?

alia verò, dominus non tenetur ex iniuſta acceptione, cum non habeat culpam; nec ex re accepta, quam nullam habet. Adde quòd homo non tenetur, ſi damnum inferat ipſemet in amentia vel ſomno, & tamen magis pertinet ad ipſum actio ſua, quàm ſerui eius vel bruti. Si autem nec ſeruus culpam habeat, tunc nec in foro externo debetur reſtitutio. In culpa verò procedi poteſt contra ſeruum criminaliter ad eum puniendum. nec dominus liberare eum poterit, ſoluendo damnum. *Tract.* 7. *Reſolut.* 73.

DONATIO.

DONATIO

1 DONATIONES in Romana Curia pro conſequenda gratia, vel iuſtitia, ſub pœnis grauiſſimis prohibentur, vt dicemus V. *Munera*. An donatio cauſa mortis facta tempore peſtis, habeat priuilegia teſtamenti, vide V. *Teſtamentum num.* 33.

Regis Guilielmi iuriſdictionis temporalis Eccleſiæ Montis Regalis, eſt libera,

Non feudalis, nec cum aliqua reſeruatione alti Dominij.

Et patet non ſolùm ex tenore conceſſionis,

2 Donatio ſeu conceſſio iuriſdictionis temporalis facta à Guilielmo II. Siciliæ Rege Eccleſiæ, & pro ea Abbati, & Archiepiſcopo Montis Regalis, non fuit feudalis, ſed libera. nulla enim in ea fit mentio de feudo, vel ſeruitio, aut iuramento fidelitatis; imò dicitur: *Vt ea omni futuro tempore in perpetuum liberè, & abſque omni ſeruitio teneat, & poſſideat.* & iterum: *Perpetuò concedimus*, quod verbum puram, & liberam donationem importat, vt Solorzanus & alij, quos citat, & ſequitur Spada *in conſ. crim. Farinacij, tom.* 3. *conſ.* 198. *num.* 28. Dicit preterea Rex, eam donationem ex ſua liberalitate feciſſe, quæ etiam verba important purã, & liberam donationem, vt obſeruat Kochier *in vind. lib. Eccleſiaſt. cap.* 17. *num.* 11. *par.* 1. & alij. Et, cum facta ſit Eccleſiæ, nullum debet eſſe dubium: nam, & ſi alioqui in dubijs omnis præſumptio accipi debeat ad excludendam donationem, etiam ſi actus redderetur nullus, l. *ſi non ſortem*, §. *ſi falsò*, ff. *de cond. indeb.* id tamen non procedit, ſi donatio fiat Eccleſiæ, vt Menochius *conſ.* 1. *num.* 28. & 31. Cephalus *conſ.* 369. *num.* 73. & alij. Et ità in terminis noſtræ conceſſionis docet Guilielmus de Perno *conſil.* 5.

Ex quo ſequitur, dictum Regem voluiſſe à ſe abdicare, & de facto abdicaſſe omnem ſuperioritatem, & altum dominium, eũque in Eccleſiam tranſtuliſſe. quemadmodum de liberis donationibus factis Eccleſię Romanę firmat Spada Cameræ Apoſto-

licæ

Digitized by Google

licæ Fiſcus *vbi ſup.* & Ioannes Kochler *cap.*20. & alij penes ipſos. Nullum enim diſcrimen inter Eccleſiam Romanam, & inferiores quoad hoc aſſignari poteſt, vt probat Mandellus *conſ.*62. *n.*15. Nam ex parte donantis vtraque donatio fit à Principe laico, in cuius præiudicium facienda eſt interpretatio, l. *fin. ff. de conſtitut. Princ.* ex parte verò Eccleſiæ, etiam quæ donantur Eccleſiæ inferiori, cenſentur donata Eccleſiæ Romanæ, vt probat Kochier *cap.*16. *num.*6. omnes enim Eccleſiæ ſunt vna Eccleſia, & membra Eccleſiæ vniuerſalis, l. *pen.* §. *vna verò, de ſum. Trin.* Lapo *alleg.*92. Tuſchus *tom.*4. *concl.*40. *num.* 8. & ideo bona ſingularum Eccleſiarum cenſentur bona Eccleſiæ Romanæ, vt Spada *loco cit.* & in caſu noſtro Perna *vbi ſup.* aſſerit de donatione Guilielmi, de qua loquimur, philoſophandum eſſe, ſicut de donatione Conſtantini facta Eccleſiæ Romanæ.

Sed etiam ex eo, quod eſt facta Eccleſiæ.

Et quamuis in conceſſione iuriſdictionis cenſeatur ſemper excepta ſuprema ſuperioris auctoritas, quippequæ inhæret eius oſſibus, vt tradit Tapia *ad rubr. ff. de conſt. Princ. cap.*2. *numer.*15. Id tamen non procedit, quando iuriſdictio conceditur Eccleſiæ, etiam inferiori per 42. Doctores, quos citat, & ſequitur Spada *l. cit.* Et ratio eſt, quia ideo ſuprema auctoritas reſeruatur in cõceſſione facta laicis, quia aliàs laici remanerent acephali, per tradita ab Abbat. *in cap. non liceat, num.* 16. *de præſcript.* quod in donatione facta Eccleſiæ non contingit; cum ſemper duret ſuperioritas Eccleſiaſtica ſaltem in Summò Pontifice, vt tradit Felinus *cap. quæ in Eccleſiarum, de conſt. num.*10. & 11.

Neque verum eſt, quod ait Capicius *deciſ.* 47. *num.* 14. quòd in conceſſione, de qua loquimur, non præbetur Abbati territorium cum mero, & miſto imperio, ſed ſolùm efficitur iuſtitiarius, qui proinde ſupremo Regni Iuſtitiario, & à fortiori Regi ipſi ſubiectus eſſe debet. nam etiam conceduntur Abbati per liberã donationem Eccleſiæ illæ, terræ, caſtra & villæ; & ex conſequẽti territorium & iuriſdictio cum mero, & miſto imperio, vt cum Dyno firmat Perno *vbi ſup.* Additurque, *cum omnibus tenimentis, & pertinentijs*, quibus verbis imperium tam merum, quàm miſtum exprimitur, vt probat Bucerus *de iuriſd. capit.* 8. *numer.* 24. imò etiam Regaliæ, ſecundùm aliquos. Menoch. *conſ.*504. *n.*49. & ſubiungitur: *Et quicquid eſt in demanio, & demanium quidem liberè.* quæ verba important quicquid eſt iuris regij, & appropriatum Principi vt Principi, vt Perno *l. cit.* Et ſanè ſi Rex ſibi ſuperioritatem aliquam reſeruare voluiſſet, eam proculdubio explicaſ-

plicaſſet, aut iuriſdictionem conceſſiſſet in feudum. quod cùm non fecerit, iudicandus eſt, nil ſibi reſeruare voluiſſe, ex l. *quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.*

Et ex inueterata conſuetudine.

Accedit conſuetudo continuata per tot annorum curſum, in quibus Archiepiſcopus Montis Regalis merum, & miſtum imperium in terris, & villis ſuæ iuriſdictionis exercuit. quæ etiam ſecluſa donatione, ſufficeret ad præſcribendum dictum abſolutum dominium. iura enim Principis præſcriptibilia ſunt; & præſcriptionem procedere contra Imperium, docet ex Baldo Mandellus de Alba *conſ.64. num.91.* etiam de his, quæ ſunt reſeruata in ſignum ſuperioritatis, vel præeminentiæ, etiam de iure ſupremi dominij, vt Abbas *vbi ſup. num.* 10. & Paramus *in reſp. 1. pro iuriſd. S. Offic. in præf. num.8. & in reſp.2. num.83.* Etiam ſine ſcientia, & patientia aduerſarij, Regnerus *de regal. lib.1. cap.4. n.150.* ex l. *hoc iure §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. & cap. 1. de preſcrip. in 6.* In caſu autem noſtro, non ſolùm adeſt ſcientia Principis, ſed etiam approbatio, per litteras Philippi II. *datas Bruxellæ* 18. *Martij* 1558. *& executioni datas Meſſanæ die* 20. *Aprilis* 1559. confirmantes priuilegia Eccleſiæ Montis Regalis conceſſa, necnon conſuetudines, & vſus.

Ex quibus Abbas & Archiepiſcopus poteſt deputare terris ſuis gubernatores Eccleſiaſticos.

Quapropter Abbas & Archiepiſcopus prædictus, vigore tam conceſſionis, quàm antiquiſſimæ præſcriptionis, deputare poteſt ad adminiſtrationem iuſtitię in dictis terris gubernatores Eccleſiaſticos, & non ſubiectos Magno Regni Iuſtitiario; quicquid in contrarium aſſerat Cutellius *in C. ll. ſicul. Iacobi Regis, capit. 37. notat.50. num.3.* quod etiam poteſt, & hactenus fecit Epiſcopus Pactenſis in terra Librizij ab annis prope 600. Quem licèt litteris hortatorijs M. R. C. ab hac conſuetudine reuocare tentaſſet anno 1616. re tamen maturiùs perpenſa, eodem anno in ſua conſuetudine nouis litteris confirmauit. Et optima quidem ratione: nam licet ſuprema auctoritas in prædictis conceſſionibus reſeruata fuiſſet, id tamen non procederet pro deputando gubernatore laico; ſed tantum quoad appellationem, vt notant Apôte *deciſ.2. num.20.* Maſtrillus *de magiſtr. tom.1. lib.3. cap.8. num.30. & 34.* & alij. *Tr.10. Reſ.4.*

DVBIVS.

DVBIVS, an ſit pater alicuius infantis, an teneatur ad alimenta?

DVBITANS, an partus fœminæ à ſe cognitæ ſit ſuus, ſecundùm Cardinalem de Lugo *de iuſtitiam. 1. diſp.*

diſp.13.ſec.2.dub.incid.num.20.&ſequ. non tenetur ad alimenta ipſius; niſi id ſibi conſtet, ſaltem per præſumptiones, vel indicia probabilia: hæc enim alimenta ſunt quaſi pœna; ad quam non tenetur quis in dubio delicti commiſſi: nec enim pœna certa pro incerto delicto; nec certa ſolutio pro incerto debito dari debet. Vnde communis Theologorum docet, non poſſe fieri compenſationem, niſi in debito certo. Sed, quamuis hæc opinio ſit probabilis; contraria tamen, quàm tenet nouiſſimè Dicaſtillo *de iuſt.lib.2.tr.2.diſp.7.dub.11.num.161.* ſcilicet, cùm tale dubium vertatur inter duos, vtrumque teneri pro rata, probabilior videtur: nam certum eſt, alterutrum illorum eſſe patrem: & iniquum eſt, filium à neutro illorum alimenta recipere, vel integra ab vno ſolo. *Tr.11.Reſ.35.*

2 Adulter verò, dubius, an partus ſit ſuus, vel mariti, licèt ſecundùm Laymannum *lib.3.tr.3.par.3.cap.14.num.3.* teneatur ad alimenta & damna hereditatis pro quantitate dubij in vtroque foro: (nam in tali dubio eſt poſſeſſor malæ fidei, vtpote qui certus eſt de maleficio, ex quo dubitatur, an ſecutus fuerit fœtus:) magis tamen placet ſententia contraria Dicaſtillo *loc.cit.* quia in dubio inter adulterum, & maritum præualet fauor matrimonij. Et ſecundùm Rebellium, dubius an ſua actio concurrerit ad dãnum alterius, ad nihil tenetur. Vide etiam Cardinalem de Lugo *vbi ſup.num.17.& 18.Reſ.35.S.Sed quid dicendum.* — Et quid de damno hereditatis filiis legitimis adulteræ?

3 Religioſus vouens ieiunare, & non determinans an ieiunare velit ſecundùm morem Eccleſiæ, an ſecundùm monaſticum, ſecundùm Caramuelem *in reg.D.Bened.diſpu.128.numer.1613.* ſatisfacit, ſi ieiunet more monaſtico. Idemque de ieiunijs impoſitis à Confeſſario. Quia in dubijs debet præualere benignitas. *Tr.11.Reſ.24.* — Et quid in dubio de mente ieiunātis?

EMERE.

1 AN liceat emere Æthyopes in Angola, Guinea & viridi Promontorio, dubium eſt. Ad quod reſpondet Fagundez *in dec.tom.2.lib.7.cap.12.num 15.* diſtinguendo: Aut emuntur bona fide, aut mala, aut cum dubio. Si bona fide, licitè emuntur; ſi mala, aut cum dubitatione, illicitè: nam, qui rem furtiuam emit mala fide, aut dubitans, quòd ſit furtiua, tenetur reſtituere; quia ab initio huic periculo ſe expoſuit. Si autem ab initio, quis emat bona fide, & poſtea ſubeat dubitatio, in eo dubio — EMERE an liceat mancipia in Angola, Guinea, & ſimilibus locis

bio melior eſt conditio poſſidentis: præſertim quia omnis venditor præſumitur bonus. Re autem vera venditionem illam mãcipiorum in ijs locis eſſe poſſe licitam: tum quia ſunt ibi quidam domini temporales, Sobæ dicti, qui habent certos Nigritarum pagos ab immemoriali tempore, inſtar pecorum aut vaccarum caulas, ex quibus ad venditionem quos volunt, pro libito extrahunt (Siue initium hæ caulæ habuerint à bello, ſiue à parentum venditione: hi enim Sobæ, parentes iſtorum vel à parentibus, vel à victoribus captos emere potuerunt, quorum deinde ſucceſſu temporis multiplicata, ſoboles parentum ſeruitutem hereditauit.) Tum quia parentes in neceſſitate conſtituti, fame ſæpe ſæpius in ijs locis graſſante, filios quandoque vendunt. Si tamen ſparſus rumor ſit, eſſe aliquot mancipia venditioni expoſita, capta in bello iniuſto, &c. tunc emi non poſſe, niſi facta prius diligenti inquiſitione, liquidò conſtet, venditionem iuſtam, & licitam eſſe. Mercado *de contr. lib.* 5. *cap.* 15. ſupradictam venditionem damnat tamquam ferè ſemper illicitam. Vide etiam Sanchez *in opuſ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *dub.* 4. *à num.* 10. *Tr.* 7. *Reſ.* 70.

EPISCOPVS.

EPISCOPVS debet neceſſe potius Theologus, an Canoniſta?

1 EXPEDIAT ne magis Epiſcopum Theologum eſſe, an verò iuriſperitum acriter controuertitur inter Doctores, Hoſtienſis, Abbas & alij canoniſtę, quos citat & ſequitur Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. et ex Theologis, Henriquez, Rodriquez, & Azorius, apud Barboſam *de pot. epiſ. par.* 2. *alleg.* 1. *num.* 30. pugnant pro canoniſtis. Sotus, Caietanus, Vaſquez, Turrianus, Arragonius, & nouiſſimè ſapientiſſimus Lugo *tom.* 2. *de iuſt. diſp.* 35. *ſec.* 2. *num.* 4. pro Theologis. Et horum ſententia ſpeculatiuè loquendo eſt probabilior; quia pręcipuum Epiſcoporum munus eſt prędicare. Prima verò ad praxim conducibilior in his locis, vbi hęreſes non vigent; nec Epiſcopi prędicare aut docere ſolent per ſemetipſos: nam his videtur magis neceſſaria doctrina de gubernatione, & politica Eccleſiaſtica. Sed eligantur Theologi, & eligantur Canoniſtę: dummodo ex his digniores, & ſapientiores ex academijs, collegijs, capitulis, monaſterijs Regularium aſſumantur. *Tr.* 12. *Reſ.* 10. & 34.

Si confirmat ſine veſtibus, peccat mortaliter.

2 Epiſcopus tenetur confirmare in veſtibus ſacris, nempe ſtola, pluuiali, mitra, & baculo paſtorali, vt reſpondit Sacra Congregatio *Epiſcopo ſuffraganeo Britannienſi die* 10. *Febr.* 1585. Idque

Digitized by Google

Idque ſub mortali, propter reuerentiam debitam ſacramento. Quare peccaret mortaliter, ſi confirmaret ſine pluuiali, mitra, & baculo; quia violaret leges Pontificalis, & inueteratam Eccleſiæ conſuetudinem circa ritus Sacramentorum in materia graui; quamuis accidentali; nam etiam ritus accidentales Sacramentorum ſeruari debent, vt ex Tridentino *ſeſſ. 7. can.* 13. docet Bonacina *de Sacr. diſp.* 1. *quæſt.* 6. *pun.* 5. *quæſt. vlt. num.* 2. & alij communiter. Propter quod Aurerſa *de Sacr. extr. vnct. ſec.* 4. *in fine*, & alij communiter, dicunt, peccare mortaliter Sacerdotem, ſi Sacramentum extremæ Vnctionis conferret ſine veſtibus ſacris, idque etiam in neceſſitate, ſecundùm Suarez *in* 3. *par. tom.* 4. *diſput.* 44. *ſec.* 2. *num.* 7. Secus eſſet, ſi Epiſcopus omitteret in hoc miniſterio infligere alapam; quia hæc cæremonia non verſatur circa materiam grauem huius Sacramenti. Idem dic, ſi Epiſcopus ſtatim poſt miſſam, veſtibus immutatis Ordines ſacros conferret, abſque pontificalibus. Nam Eccleſia diſtinguit indumẽta ſacerdotalia à pontificalibus, & illa ſacrificijs, hæc Ordinum collationi deputauit. quare conferre Ordines in veſtibus Sacerdotalibus, eſſet miſcere, & peruertere ſacros ritus, & cæremonias in re graui. *Tr.* 10. *Reſ.* 31.

3 Et verò, non poteſt confirmare ſubditos alterius Epiſcopi: & confirmans, ſecundùm Marchinum *de Sacr. Ord. tr.* 1. *part.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. peccat mortaliter. Sed ex præſumpto conſenſu proprij Epiſcopi, dicendum eſt, licitè id efficere. Quod à fortiori procederet in caſu, quo non confirmatus ad ipſum accederet cũ dimiſſorijs pro Ordinibus; nam qui concedit finem, concedit neceſſaria ad illum. Ita Scipio de Rubeis *v. confirmatio*, *numer.* 8. Et in hoc etiam caſu diſpenſare poteſt in irregularitate ex delicto occulto, in qua diſpenſare poteſt proprius, ob eandem rationẽ. Caſpenſ. *tom.* 2. *tr.* 27. *diſp.* 3. *ſec.* 3. *num.* 11. contra Sanchez *lib.* 8. *de matr. diſp.* 1. *num.* 25. *Tr.* 2. *Reſ.* 37.

Sicuti ſi non ſubditum ſine licẽtia.

Saltem præſũpta.

EPISCOPI IVRISDICTIO

Quanta.

1 EPISCOPVS habet iuriſdictionem cum diœceſi, & territorio. nam diœceſis quoad Eccleſiaſticam iuriſdictionem cum effectu idem ſignificat, quod territorium quoad temporalem. Ioann. And. Gemin. & DD. *in cap. cum epiſ. de off.*

EPISCOPVS habet cum territorio iuriſdictionem.

ord. in 6. Et quod idem ſit diœceſis, quod territorium, tenuit Angelus & DD. *in auth. quomodo Epiſcopor*, §. *non aliter*. Territorium enim nihil aliud eſt, quàm ſpatium terræ, iuriſdictione munitum. Bald. *in rubr. quæ ſint regalia*, Dec. *conſ.* 649. Et ſonat ſuperioritatem coercitionis. Old. *conſ.* 176. & ius terrendi certo loco. l. *pupillus*, §. *territorium, de verb. ſignif.* Sed & habetur textus expreſſus in cap. *omnes baſilicæ*, ibi, *in cuius territorio*, &c. *quæſt.* 7. *cauſ.* 16. & confirmatur ex cap. *fin. de conſt. in 6.* vbi Bonifacius VIII. dicit, quòd ſtatutum Epiſcopi contra fures non habet locum in his, qui commiſerunt furtum extrà eius diœceſim; quia (ait ipſe) extrà territorium ius dicenti impunè non paretur. Ideo autem in cap. *poſtulaſti, de for. comp.* executio ſententiæ latæ ab Epiſcopo contra clericum, qui in eius territorio deliquit, dicitur facienda ab Epiſcopo alterius diœceſis; quia agebatur de beneficio ſito in diœceſi iſtius, in qua Epiſcopus iudicās non habebat poteſtatem. Et ità tenet Abbas *in cap. cum ab Eccleſiarum, ſub num.* 101. *verſ. vnum tu ſcias, de off. ord.* & DD. communiter. Quicquid nouiſſimè contra aſſerat Rippol *de regal. cap.* 11. *num.* 38. *Tr.* 10. *Reſ.* 3. §. *ſecundò*.

2 Eius autem iuriſdictio in ſua diœceſi, ſecundùm aliquos, tāta eſt, quanta Papæ in tota Eccleſia; quia eſt paſtor ordinarius, ſicut ille, quamquam illi ſubiectus. Vnde & poſſe in ſua diœceſi quidquid ille in toto orbe, niſi ſit reſeruatum. quod aſſeruit Gloſſa *in capit. nuper, de ſentent. excommun. v. non retinuit*. Vide Henriquez *lib.* 14. *de irreg. cap.* 19. *num.* 2. & Dicaſtillum *de iuſt. lib.* 1. *diſp.* 3. *dub.* 14. *num.* 175. Sed in hanc ſententiam acriter inuehitur Donatus *in tr. de iur. elig. miniſt. Eccleſ. cap.* 7. nam (ait ipſe) ſi Epiſcopus haberet in ſua diœceſi poteſtatem ſupremam, non eſſet ouis Summi Pontificis, vnde hic non eſſet paſtor vniuerſalis, nec omnes reſpiceret dictum Domini D. Petro: *Paſce oues meas*. Idemque dicendum foret de parochis, habentibus in ſuis parochijs ordinariam poteſtatem. Deinde, experientia patet, Epiſcopum in ſua diœceſi non poſſe, quicquid poteſt Papa, etiam non prohibita. non enim poteſt ordinaria poteſtate diſpenſare in lege Pontificis, niſi id ſibi expreſsè vel tacitè conceſſum ſit; quoniam inferior non habet ius in voluntatē ſuperioris, ac proinde eam reuocare non poteſt. Et ad rectam ſuam cuiuſque gubernationem pertinet, inferioris ad ſuperiorem ſubordinatio, vt rectè notat Amicus *tom.* 5. *de iuſt. diſp.* 6. *ſect.* 4. *num.* 56. & alij. *Tr.* 10. *Reſolut.* 36.

Subordinatam Papæ, & omnino minorem.

3 Poteſt

3 Poteſt verò Epiſcopus in legibus pontificijs (& generaliter inferior in lege ſuperioris) diſpenſare circa leuia: quia non conſonat rectæ rationi, nec eſt conforme rectæ Principis voluntati, vt etiam pro leuibus recurratur ad ipſum, etiam ſi recurſus ſit facilis. Item circa ea, quæ frequenter occurrunt, cuiuſmodi ſunt diſpenſatio in ieiunio, feſtis celebrandis, & ſimilibus: graue enim eſſet Principi, tam frequenter ad ipſum recurrere, reduceretur que nimis difficilis gubernatio, & nimis limitata eſſet gubernantis auctoritas. Tertiò circa illa, quæ ità ſunt propria vnius communitatis; vt alijs nullo modo conueniant, niſi caſus adeo notabilis ſit, vt meritò ſit ſuperior conſulendus. & ratio eſt, quia hæc notiora cenſentur gubernatori, quàm Principi, ac proinde melius ipſe, quàm Princeps, de ijs iudicium feret. Denique diſpenſare poteſt circà ea, quæ illi conceduntur à iure, vel conſuetudine. Et hæc omnia docet Caietanus *in 1. 2. quæſt. 97. art. 4.* Vide etiam Valentiam *tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. pun. vlt. Ibid. §. Ceterùm.* An commutare poſſit pœnitentiam ſtatutam à Dataria pro diſpenſatione matrimoniali ſibi commiſſa, ſi in ſpecie impleri non poſſit, vide V. *Pœnitentia.*

Qua tamen diſpenſare poteſt in legibus pō[illegible] circa leuia.

Frequentia.

Propria ſuæ diœceſis.

Et quæ ſibi iure vel conſuetudine conceſſa ſunt.

4 Satis autem ampla fuit Epiſcopis conceſſa facultas à Sacro Concilio Tridentino *in ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* his verbis: *Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpenſare: & in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua, per ſeipſos, aut vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem etiam in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum vicarijs, ſit permiſſum.* Circa quam nonnulla diſcutienda ſunt: primo, de poteſtate in generali; deinde quoad irregularitates; tandem quoad cenſuras, & caſus.

Fuit autem ei a Tridentino conceſſa ampla facultas ad abſoluendum, & diſpenſandum.

5 Ergò, nomine Epiſcopi videtur prima facie venire tantùm Epiſcopus conſecratus: nam Epiſcopus non conſecratus verè, & propriè non dicitur Epiſcopus, vt patet ex textu in cap. *eam te*, ibi, *ante promotionem tuam*, & ibi, *neque eſſes adhuc in Epiſcopum conſecratus, de reſcript.* & cap. *tua*, ibi *Epiſcopo, vel electo, de his quæ fiunt à Prælatis*, & DD. *ibi, & in cap. 1. de religioſ. domib.* Sed dicendum eſt, venire etiam electum & confirmatum, etiam ante conſecrationem; quia eo ipſo, quòd Epiſcopus confirmatur, poſ-

Qui ei comprehendantur.

Statim ac eſt confirmatus.

ſeſſione capta, incumbit et totius diœceſis adminiſtratio & cura, cap. *eam in cunctis §. cum verò, iuncta Gloſſ. v. adminiſtrationem, de elect.* & conſequenter iuriſdictionem acquirit, ad quam pertinet facultas, de qua loquimur. Et ità tenet Suarez, Sanchez & alij, quos citat, & ſequitur Trullench *in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 2.* vnde & diſpenſare poſſe in votis & iuramentis, tradidit Leſſius *lib. 2. cap. 40. dub. 12. num. 100. Tract. 2. Reſ. 1.* Non autem Epiſcopus nullius diœceſis, Pharaon. *in prompt. tr. 1. ſeſſ. 18. caſ. 30.* Vnde non Epiſcopus titularis, Trullench *vbi ſupra num. 1. Ibid. § Patet.* An veniat Capitulum Sede vacante, Abbas mitratus, & Prælatus Regularis, vide ſub proprijs nominibus.

Dummodo habeat diœceſim.

6 Nomine autem ſubditorum, quoad diſpenſationem in ſuſpenſionibus, & irregularitatibus, veniunt ij ſolùm, qui habent firmum domicilium in diœceſi. quoad abſolutionem verò, etiã forenſes, quicunque Epiſcopo ſubiecti eſſe poſſunt in foro Sacramentali. Ità Sacra Congregatio Interpretum, approbante Summo Pontifice, apud Garſiam *de benef. par. 11. cap. 10. numer. 139.* Ratio diſparitatis eſt; quia abſolutio à prędictis eſt adnexa poteſtati clauium in foro poli, ac proinde exerceri poteſt in illos omnes, qui poſſunt eſſe Epiſcopo ſubditi in eodem foro: diſpenſatio verò eſt acceſſoria ad collationem Ordinum, ac proinde illis indulgeri poteſt, quibus conferri Ordines poſſunt; quales ſolummodo ſunt ij, qui habent firmum domicilium aut beneficium in diœceſi; aut ferentes dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt dictum V. *Epiſcopus, num. 3.* Itaque ab occultis papalibus abſoluere Epiſcopus poteſt vagabundos, qui nullibi domicilium habent, nam hi cenſentur ſubditi eius Epiſcopi, in cuius diœceſi inueniuntur, vt docet Sanchez *de matr. lib. 3. diſp. 25. num. 4.* vbi etiam explicat, qui dicantur vagabundi. Item eos, qui habent ex æquo duplex domicilium, vnum pro æſtate in vna diœceſi, alterum pro hyeme in altera, etiam dum commorantur in aliena, vt docet idem Sanchez *ibid. diſp. 24. num. 5.* Tertiò ſcholares, mercatores, & omnes alios exteros, manentes in eius diœceſi ad aliquod negotium, licèt breui ad propria reuerſuros. Nam hi omnes ſunt eius ſubditi in ordine ad Confeſſionem, & Communionem. Et hęc omnia docet Machadus *tom. 2. lib. 4. par. 6. tr. 12. docum. 3. num. 2. Tr. 2. Reſolut. 11.*

Nam eam exercere debet in ſubditos.

Quales quoad abſolutionem ſunt etiam

Vagabundi.

Habentes duplex domicilium.

Scholares, Mercatores, & omnes qui reperiuntur in diœceſi.

7 Item (ſi facultas hæc non ineſt Religioſorum Prelatis, de qua re V. *Prelati*, vel etiam) de licentia ſuperioris expreſſa, vel tacita (quam cenſeretur dare Religio in caſu, quo Prelatus eſſet

Etiam religioſi de licentia ſuorum Prælatorum.

impe-

Digitized by Google

impeditus cenſura, mortuus, vel longè abſens, nullo vices eius gerente) poſſet fieri Epiſcopo ſubditus religioſus exemptus, in ordine ad impetrandam talem abſolutionem, vel diſpenſationẽ, vel ipſemet Prælatus ſi indigeat, vt docet Trullench *vbi ſup. n. 6.* & alij. quia, cum exemptio religioſorum ſit in Religionis, & eorumdem religioſorum fauorem introducta, non debet illis nocere, & reddere illos deterioris conditionis, quàm ſint non exẽpti eiuſdem diœceſis: & proinde Religio, & eius Prælati poſſunt in gratiam ipſorum religioſorum in prædictam ſubiectionem conſentire; quemadmodum Eiſcopus de licentia, & conſenſu Abbatis exercere poteſt iuriſdictionem in monaſterio exempto, vt habetur cap. *luminoſo* 18. *quæſt.* 2. Accedunt priuilegia multorum Pontificum, de quibus teſtatur Corduba *in addit. ad comp. priuil. v. abſolutio ordinaria quoad fratres §.* 1. prædictam ſubiectionem in ordine ad finem prædictum concedentia. Quibus ſtantibus, affirmatiua ſententia omninò tenenda eſt; quicquid ſit de iure, in quo Rodriquez *tom.2. qq. regul. quæſt.63. art.* 10. *& tom.1. quæſt.36. art.* 5. & alij mordicus ſuſtinent negatiuã; ex eo quòd exemptio non eſt fauor ſolummodo exemptorum, ſed etiam Papæ eximentis, qui per illam religioſos ſibi immediatè ſubiecit: vnde non habet locum regula text. *in cap. ad Apoſtolicam, de regular.* & l. *in conſcribendo, C. de epiſ. & cler.* quòd quilibet renuntiare poſſit fauori ſuo. *Tr.2. Reſ.6.*

8 Subditi quoque ſuffraganeorum, ſunt ſubditi Metropolitani quoad hunc effectum, ſi Epiſcopus ſuffraganeus malitioſè differat abſolutionem, &c. vel ſubditus appellauit ad Metropolitanum, vt docet Palaus *tom.1. tr.4. diſp.4. pun.3. §.1. num.* 7. ſicut etiam tempore viſitationis, quo diœceſis ſuffraganei cenſetur tãquam ſua, & vigore cap. *vlt. de cenſ. in 6.* habet poteſtatem audiẽdi confeſſiones prouincialium, eoſque abſoluendi, ſub qua poteſtate venit etiam poteſtas diſpenſandi in irregularitate, quę nõ minus, quàm cenſurę, pro Sacramentorum miniſterio tolli debet. Ità Caſpenſis *tom.2. tr.25. diſp.3. ſec.17. num.* 120. Trullench *in decal. tom.1. lib.1. cap. 3. dub. 4. num.4.* & alij. Idem dicendum eſt de ipſis Epiſcopis ſuffraganeis, tam in viſitatione, quàm extrà, vt cum ipſis Metropolitanus hac facultate vti poſſit, quicquid aſſerat P. Suarez *de relig. tom.2. lib.6. cap.15. num.* 3. attendendã eſſe conſuetudinem. Ità Boſſius *de iubil. ſec.1. caſ.10. §.10. num.* 227. *Tr.2. Reſ.7.*

Et ſubditi ſuffraganeorum reſpectu Archiepiſcopi in certis caſibus.

Et ſuffraganei ipſi.

9 Deni-

Et denique ipſemet, data alteri facultate.

9 Denique facultate Concilij poteſt Epiſcopus vti cum ſemetipſo, eam præbendo Confeſſario à ſe deputato, vt ſecum diſpenſet, vel illum abſoluat, vt contra Alterium *tom. 2. diſp. 8. c. 3. concl. 4. v. tertiò quæri poteſt*, tenet Gauantus *in man. epiſ. v. abſolutio, num. 7.* & alij, & declarauit Sacra Congregatio apud ipſos. Et ratio eſt; quia ex vna parte non repugnat, etiam in ordine ad confeſſionem ſacramentalem, vt quis det alteri poteſtatem abſoluendi ſemetipſum, vt communior ſententia aſſerit de Summo Pontifice. ex alia verò, ſi id non poſſet Epiſcopus, eſſet deterioris conditionis, quàm ſui diœceſani. Per hoc itaque decretum Concilij ſublata eſt à caſibus, cenſuris & irregularitatibus ibi expreſſis reſeruatio reſpectu Epiſcopi, & remanent comprehenſa ſub poteſtate eligendi confeſſarium, ei cõceſſa in cap. *fin. de pœn. & remiſſ.* Eandem ſententiam docet nouiſſimè Amicus *tom. 5. de iuſt. diſp. 6. ſec. 3. num. 50.* vbi aſſerit, in omnibus, in quibus poteſt Epiſcopus vigore Concilij diſpenſare cum ſuis ſubditis, poſſe etiam cum ſemetipſo; ſiquidem perſonalem de iure diuino diſtinctionem non exigant, per ſemetipſum; ſecus, per ſuum confeſſarium. *Tr. 2. Reſ. 14.*

Et probabile eſt quod vti poſſit hac facultate etiã extra diœceſim.

10 Sed, quoniam in decreto, de quo agimus, appoſita eſt particula *in diœceſi ſua*, dubium eſt de eius ſignificatione. Et Palaus quidem *vbi ſup. num. 12. & 13.* docet, eſſe limitatoriam facultatis abſoluendi ad vnum è duobus, vel ad ſubditos exiſtentes in ſua diœceſi; vel ad Epiſcopum in ſua diœceſi reſidentem: Sibi verò magis placere, quòd referatur ad Epiſcopum abſoluẽtem, vt nimirum ea facultate vti non poſſit, niſi dum actù reſidet in ſua diœceſi; quicquid ſit de vbicatione diœceſani. quia diœceſis eſt magis propria Epiſcopo, quàm ſubditis, reſpectu quorum minus propriè diceretur ſua. Eſt etiam maior congruẽtia, quòd Prælati ab exercitio huius iuriſdictionis abſtineant in aliorum diœceſi, quàm quòd reſidentes in ſua, alibi exiſtentes ſubditos abſoluant; illud enim iuuat ad conſeruandam inter Prælatos concordiam, hoc non item. Sanchez verò *in ſumm. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 16. & 17.* exiſtimat, non eſſe particulam limitatoriam, ſed declaratoriam, & ſignificare quoſcunque ſubditos Epiſcopi, ad ſuam diœceſim pertinentes, ratione domicilij, vel tranſitus, ratione cuius ei ſubdi poſſint in foro pœnitentiæ. Et ratio eſt; quia illa verba non benè referuntur ad ſubditos, propter rationem Palaj; nec etiam ad Epiſcopum, vt ſignificent, debere eum eſſe in ſua diœceſi; nam ſic poteſtas Epiſcopi in ſuos ſubdi-

tos

tos arctaretur, & corrigerentur iura, quæ ad exercendam iuriſdictionem voluntariam in ſubditos, non attendunt locum, vbi eſt Prælatus, ſed perſonas.

Vtraque opinio eſt probabilis. Et ſtante opinione Sanchez, ſequitur, Epiſcopum, etiam ſi ipſe & ſubditus abſoluendus reperiantur extrà diœceſim, non ſolùm poſſe cum illo diſpenſare, (de quo non eſt dubium, vt optimè contra Ricciullum *de iure perſ.lib.5.cap.16.num.2.* obſeruat Boſſius *vbi ſup.§.6.num.166.*) Sed etiam abſoluere à reſeruatis occultis. quod etiam notauit P. Theſaurus *in praxi de pœn.p.1.c.23.§.6.* Imò etiam, ſi inter ſe diſtent. *Tr.2. Reſ.8.& 9.*

11 Nam licèt in ordine ad abſolutionem apponatur in decreto clauſula *in foro conſcientiæ*. (quæ nullo pacto refertur ad actum diſpenſandi, vt malè etiam docuit Ricciullus *vbi ſup.* hic enim valet pro vtroque foro; quoniam ea particula poſtponitur poteſtati diſpenſandi, vt obſeruat Boſſius *vbi ſup.§.7.numer.1.Reſ. præſenti, & 18.in fine*) ea tamen non requirit, quòd hæc abſolutio impendatur in confeſſione ſacramentali, quæ nimirum eſſe non poteſt inter abſentes; ſed ſolùm importat, vt non valeat pro foro externo. Nam de reliquo abſolutio ab excommunicatione dari poteſt abſenti, vt tenent DD. communiter. Sublata autem cenſura per abſolutionem huiuſmodi, quilibet confeſſarius abſoluere poſſet à peccato. Ità Santarellus *de hæreſ.c.5.dub.5.num.21.* & alij. Contrarium tenet Barboſa *de poteſt. Epiſc.p.2. alleg.39. num.8.* vbi ex Garcia refert, ſic Sacram Congregationem declaraſſe. quod ſi verum eſſet, ab eius ſententia recedere non liceret. *Reſ.10.*

Et extra Confeſſionem.

12 Denique, cum Concilij facultas limitetur ſolùm ad caſus occultos, aduertit Daliun. *de poteſt. Epiſc. cap.26. num.3.* ex præſcripto iuris & iuriſperitorum doctrina, tripliciter aliquid dici occultum. Primò, quod tale eſt ex natura ſua, quia non cadit ſub ſenſum, cuiuſmodi ſunt hominum cogitationes. Secundo, quod natura ſua probabile, per accidens improbabile eſt; quia nemini notum. Tertiò, quod probari quidem poteſt; ſed tamen nondum in iudicium deductum eſt, nec vulgatum; ſed paucis tantummodo notum. Et ex his *num.9.* ſubijci inquit Epiſcopi poteſtati, etiam quod ſecundo & tertio modo occultum eſt. Quod etiam tenet Machadus *to.2.lib.4.p.6.tr.12.docum.4. num.1.* & alij multi. Et ratio eſt; quia ex vna parte occultum tertio modo ex prædictis plerumque in iure occultum dicitur;

Dummodo delictum occultum ſit.

ſecun-

Digitized by Google

ſecundùm Abbatem *in cap. final. de temp. ordin.* vbi occultum crimen, ad hoc vt quis poſſit promoueri, appellat illud, quod opponitur notorio, licèt probari poſſit. Ex alia verò Concilium in eodem contextu excipit delicta ad forum contentioſum deducta, quo ſignificaſſe videtur, quid occulti delicti nomine intellexerit. *T.* 2. *Reſ.* 15. Aduerte autem, publicitatem delicti cadere debere ſuper delictum proximum, propter quod irregularitas aut cenſura incurritur &c. formaliter ſumptum, nempe vt delictum eſt: nam ſi quis v.g. cum occulta excommunicatione publicè celebraret, irregularitas, quam incurreret, diceretur prouenire ex delicto, & diſpenſari poſſet ab Epiſcopo, vt docet Miranda *in man. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 14. *concl.* 2. quicquid dubitet Additionator Nauarri *ad conſ.* 2. *de cleric. non ord. min. Reſolut.* 16. §. *Ex quibus*.

Et non deductum ad forum contentioſum

13 Porrò ad forum contentioſum dicitur deductum delictũ, ſecundùm Alterium, per accuſationem, vel denunciationem, coram legitimo iudice factam; ſecundùm Sanchez, per rei citationem, quia regulariter à citatione incipit iudicium, *§. fin. inſt. de pœna tem. litig. gloſſ. in rubr. c. de in ius vocando*. Secundùm Barboſam *de pot. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 39. *num.* 29. per litis conteſtationem, quod fit reſpondente reo. Nam ideo contentioſum forum dicitur, quia partes ſuper cauſa contendunt. nec iudicium perfectum eſt ante litis conteſtationem, ex reſolutis per Aſin. *in praxi Floren. §.* 1. *c.* 1. *num.* 14. *& ſeq.* Quod de lite mota, probat textus in cap. *ex parte* 30. *de verb. ſignif.* & reſoluit Maranta *de ord. iud. p.* 5. *tit. & omnia fiant durante inſtantia*. Hæc tertia ſententia eſt probabilis, & nouiſſimè eam docet Maſtradus *tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 6. *tr.* 12. *doctr.* 4. *num.* 8. *Reſ.* 17.

Deductum in aliquo loco.

14 Sufficit autem, delictum in vno loco ad forum contentioſum deductum eſſe, vt ſit reſeruatum reſpectu Epiſcopi vbicunque locorum; quia, vbicunque deductum fuerit, ſimpliciter eſt deductum. Ità Palaus *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 4. *pun.* 3. §. 1. *num.* 14. (*Reſ.* 17. §. *Nota tamen*) Vbi idem dicendum exiſtimat de notorietate & publicitate delicti; quia ſimiliter, quod in vno loco publicatur, ſimpliciter publicũ eſt. Præſertim, quòd publicum in vno loco, facilè in alios diuulgatur. Ego verò probabile exiſtimo, quòd Epiſcopus diſpenſare & abſoluere poſſit in caſu occulto, vbi diſpenſatio vel abſolutio petitur, etiam ſi in alio loco publicus ſit, dummodo non facilè ad locum diſpenſationis ſit diuulgandus. Nam in tali loco caſus ſimpliciter eſt occultus, & periculum diffa-

Vel ſaltem vbi petitur diſpenſatio vel abſolutio.

Digitized by Google

famationis ceſſare poteſt propter locorum diſtantiam. Confirmatur; quia excommunicatus denunciatus in vno loco, non debet vitari in alio, vbi ignoratur, etiam ab ijs, qui factum norunt. Ità Fagundez *de præcept. eccleſ. par. 2. lib. 8. cap. 8. num. 28. Reſ. 16.*

15. Vbi verò ſemel delictum ad forum contentioſum deductū fuerit, etiam ſi ab illo reus abſoluatur, non cadere ſub Epiſcopi poteſtate, docuit Guttierez *lib. 1. qq. can. c. 3. ad fin.* quia cum Concilium excipiat delicta ad forum contentioſum deducta, ſola deductio ſufficit ad conſtituendum delictum exceptum. Alterius & Suarez *de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. num. 6.* idem ſentiunt, ſi fuerit ſaltem ſemiplenè probatum, quia in foro exteriori ex delicto ſemiplenè probato oritur infamia iuris, imperfecta quidem; ſed ſufficiens vt res non remaneat occulta vt antea. Ego verò cum Sanchez *de matr. lib. 8. diſp. 34. num. 5.* exiſtimo, delictum, de quo reus abſolutoriam ſententiam, ſiue ob defectum probationis, ſiue exiſtente probatione ſemiplena, & inſufficiente, ſiue etiam medijs deprauatis, obtinuit, eſſe ab Epiſcopo diſpenſabile & abſoluibile. quia ly *deductum ad forum contentioſum*, intelligi debet cum effectu. nam per ſententiam abſolutoriam res in priſtinum ſtatum reducitur, & delictum remanet occultum ſicut prius. tam ſi ſententia fuerit diffinitiua, quæ operatur, vt idem delictum nullo amplius modò in iudicium deduci poſſit; ſiue tantum interlocutoria, ab inſtantia & obſeruatione iudicij. ex qua idem delictum non niſi ex nouis indicijs, nouiſque probationibus deduci poteſt. Nam etiam per hanc ſententiam terminatur iudicium, & tollitur infamia orta ex deductione ad forum. Ità etiam Boſſius *de iub. ſect. 1. caſ. 10. §. 3. nu. 44.* vbi optimè obſeruat, quòd obtenta diſpenſatio ab Epiſcopo in delicto occulto, ſi deinde detegatur & in iudicium deducatur, etiam pro foro externo admitti debet, iuxtà dicta *ſup. num. 11. Reſ. 18.* Secus verò, ſi pro reo nō fuerit lata ſententia definitiua, ob defectum priuationum, ſed ipſe eductus ſit è carcere cum onere ſe præſentandi toties quoties. Barboſa *vbi ſup. num. 35. Reſ. 19. in fine.* Si autem per ſententiam definitiuam reus condemnatus fuiſſet, tunc probabile eſt, delictum exceptum eſſe ab Epiſcopi poteſtate, vt docuit Palaus *vbi ſup. num. 17.* & alij. tum quia delictum in tali caſu deductum fuit ad forum contentioſum cum effectu, & ſic in iudicio probatum, & conſequenter publicum & notorium, ex deductis per Maſcard. *de prob. concl. 1101. num. 13.* Tum quia non

Ante abſolutionem,

Vel condemnationem.

ei ſufficit abſolutio in foro conſcientiæ, quæ conceditur ex vi huius decreti : ſed requiritur etiam pro externo. Sed etiam probabile eſt, non excipi, vt docet Caſpentis *tom.2.tract.25.diſp.5.ſec.17.num.116.* Nam intentio Concilij in illa exceptione fuit, cõſeruare auctoritatem iudici, ad quem ſpectat de delicto illo cognoſcere, & ſcandalum præcauere, quod vtrumque in hoc caſu obtinetur. nam vbi reus condemnatus & punitus fuit à iudice, nihil de poteſtate eius detrahitur, ſi reus abſoluatur vel diſpenſetur. & per punitionem humiliter toleratam ſatisfactum eſt reipublicæ, vnde & ſcandalum ceſſat. *Reſ.19.*

Sed ſi adeſt impedimentum legitimum, abſoluere poteſt etiam à cenſura publica.

16 Aduerte etiam cum Caſpenſi *tom.2.tract.25.diſp.2.ſect.12.num.134.* etiam à publica excommunicatione, & alijs cenſuris Epiſcopum abſoluere poſſe in caſu, quo cenſuratus legitimè impeditus eſt Papam adire. Et quidem, ſi impedimentum eſt perpetuum, ſimpliciter; ſi temporaneum, ad reincidentiam, cum cautione iuratoria, vt ceſſante impedimento Romam proficiſcatur. Neque enim tenetur impetrare abſolutionem à Sacra Pœnitentiaria per litteras, vt docuit Theſaurus *in pr.de pœn.p.1.c.24.9.Reſpondeo 3.T.10.Reſ.23.*

At hæc facultas non viget in locis, in quibus Cõcilium non eſt receptum.

17 Petes: An hac facultate vti poſſint Epiſcopi, vbi Concilium Tridentinum nõ eſt receptum? Negatiuè reſpondeo; quia vbi non ſeruatur quoad leges onerosas, rationabile non eſt, vt ſeruetur quoad fauorabiles. Ità Amicus *de iuſt. & iure, diſput.6. ſect.3. numer.50.* & alij. Sed, ſi alicubi quoad aliquam legem, vel onus non eſt receptum, Sanchez *in ſum.tom.1.lib.2.c.11.n.3.* exiſtimat poſſe. Sicut ſi vbi totaliter receptum fuit, decurſu poſtea temporis contraria conſuetudine abrogaretur quoad onera, remanens in robore quoad fauores. Quia ſtat, legem quoad partem eſſe receptam, & quoad partem non; & ius acquiſitum ad fauores non amittitur per conſuetudinem circa alia introductam. conſuetudo enim non aliud ius abrogat, quàm illud, contra quod inducta eſt. *Reſ.2.*

EPISCOPI IVRISDICTIO in abſoluendo.

EPISCOPVS ergo abſoluere poteſt ab omnibus cenſuris.

18 † EPISCOPVS de iure communi abſoluere poteſt ab omnibus caſibus & cenſuris non reſeruatis Papæ. Ex indulto autem Tridentini, etiam à reſeruatis Papæ, ſi

ſint

ſint occulti, iuxtà ſuperius dicta: In foro tamen conſcientiæ, (Sed cenſuras non neceſſariò in Sacramento Pœnitentiæ. Vide *ſupra num.*11.) Et ab hæreſi per ſemetipſum; ab alijs autem cenſuris, etiam per Vicarium ſpecialiter deputatum †. Quæ verba Henriquez *lib.*6. *c.*14. *num.*7. ità interpretatur, vt ad alias cenſuras poſſit quidem in caſu particulari ſuam facultatem alteri delegare; non autem generaliter pro omnibus caſibus: ad hæreſim verò nullo modo. Ego verò exiſtimo cum Fagundez *de pr. eccleſ. pr.*2.*lib.*8.*c.*8.*num.*36. ad alias generaliter; ad hæreſim verò in caſu particulari delegare poſſe vicarium pro illa vice. Et ità interpretandum eſſe Concilium. Ipſum enim non concedit Epiſcopis nudum miniſterium, in quo caſu procedit doctrina cap. *vlt.* §. *fin. de offic. deleg.* ſed aduertit eam facultatem dignitati & officio epiſcopali in perpetuum, quo caſu poteſtas cenſetur ordinaria, & delegabilis, vt notat Nauar. *conſ.*15. *de ſent. excomm.* Nec cenſetur eligi induſtria perſonæ, cum perſonæ incognitæ delegatur, vt tradit Iaſon *in l. more maior. num.*65. *ff. de iuriſd. omn. iud. T.*2. *Reſ.*13.

Per ſe.

Et per Vicarium.

Ad alias generaliter.

Ad hæreſim ſpecialiter, deputatum.

19 Extenditur verò prædicta facultas etiam ad reſeruata Papæ per conſtitutiones editas poſt Tridentinum, niſi in aliqua conſtitutione appoſita fuiſſet clauſula ſufficienter derogans huic decreto Concilij, qualis eſſet clauſula expreſsè ipſius derogatoria. Non obſtante declaratione Gregor. XIII. apud Garziam *de benef. p.*11.*c.*10.*num.*122. de qua non conſtat authenticè. Nam, licèt Concilium vtatur verbo præteriti temporis; propter tamen legis naturam, quæ eſt, vt comprehendat futura, cap. *fin. de conſ.* & l. *Adriani C. de hæret.* extenditur etiam ad futura: nam Concilium Generale habet vim legis. Et cum eadem ratio ſit de futuris, ac de præteritis, & Concilium non diſtinguat, neque nos debemus diſtinguere. Præſertim quòd facultas abſoluendi, quæ datur in Iubilæis, extendatur etiam ad commiſſa poſt Iubilæum. Ità Bonacina *de cenſ. diſput.*1. *quæſt.*3. *punct.*2. *num.*1. & alij. *Reſ.*20.

Etiam à cenſuris emanatis poſt Tridentinum.

20 Eapropter Epiſcopi abſoluere poſſunt ab excommunicatione contracta ob delictum occultum duelli, non obſtante clauſula Clem. VIII. ibi; *Etiam prætextu quarumuis facultatum & indultorum, quibuſuis perſonis* &c. quia non exprimit Concilium. Ità Bonacina *vbi ſup.* quicquid contra aſſerat Marchinus *de ſacr. ord. tr.*1.*p.*9.*c.*3.*num.*8. Secus autem eſt, quando Pontifex concedit aliquod indultum ſpeciale contra diſpoſitionem Concilij;

Quales ſunt excõmunicationes incurſæ propter duellum.

 nam

Digitized by Google

nam clauſula derogatoria generalis tunc derogat etiam Concilio, quia ex vna parte Pontifex illud ferre cenſetur in pectore, & nõ ignorare: ex alia verò, tale indultum nihil operaretur. Et ità eſt de conceſſione Sixti V. Patribus Congregationis Oratorij S. Mariæ in Vallicella de Vrbe, vt eius Confeſſarij examinati & approbati in Vrbe, vbique cõfeſſiones audire valeant abſque examine, & cum ſola licentia Ordinariorum, quam Sacra Congregatio Interpretum declarauit derogare Concilio, apud Quarantam *in ſum. bullar. v. confeſſor. in fine. Reſ.* 21.

Et ingreſſum in monaſteria monialium.

21 Et ſimiliter abſoluere poſſunt à cenſura occulta, contracta ob ingreſſum in monaſteria moniali ũ, ex bulla Pij V. & Greg. XIII. contra Barboſam *de pot. epiſc. p. 2. alleg. 39. n. 45.* quia in prædictis bullis non reuocatur dicta facultas. Ità Boſſius *de iub. ſec. 1. caſ. 10. §. 5. nu. 154.* qui teſtatur de praxi. Declaratio autem Cardinalium apud Barboſam, non conſtat authenticè. *Reſ.* 22.

Non tamen ab hæreſi.

22 Imò etiam ab hæreſi occulta poſſe hodie abſoluere Epiſcopum, probabile putat Boſſius *vbi ſup. §. 2. n. 19.* non obſtante Bulla Cœnæ, quæ hæreſim abſolui prohibet vigore cuiuſuis indulti, etiam Epiſcopis conceſſi, per cuiuſuis concilij decreta. Nam optimè explicatur reuocatio hæc in bulla, ſi intelligatur pro abſolutione in foro exteriori. Ità enim ſaluatur congruus eius ſenſus, & vitatur corruptio iuris, quod quatenus poſſumus, efficere debemus. Et cum huiuſmodi reuocatio ſaltem non ſit euidens, non tenentur Epiſcopi reputare ſe ſpoliatos facultate prædicta. Eſto Doctores aliqui teſtentur de fama declarationis Summi Pontificis; quia de ea non conſtat authenticè.

Quia quoad hoc prædicta facultas derogatur per Bullam Cœnæ.

Verùm ego contrariam in hoc ſententiam teneo cũ Trullench *in decal. to. 1. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 11* quia clauſula derogatoria bullæ facit expreſſam mentionem Conciliorum, nec aliud Concilium eſt, in quo Epiſcopis facultas huiuſmodi, etiam pro foro interno, nedum pro externo, concedatur, præter Tridentinũ. quod proinde niſi derogaret, reuocatoria illa eſſet futilis & ſuperflua. in quo caſu derogatio generalis cenſetur ſpecifica & indiuidua, l. 2. *ff. de lib. & poſth.* præſertim quòd Põtifex nõ potuit veriſimiliter hoc Tridentini decretum ignorare, cum omnia gerat in pectore. & de eius mente ſatis conſtat ex tot viuæ vocis oraculis, & reſponſis Sacræ Congregationis, *T. 2. Reſ.* 23.

Digitized by Google

In diſpenſando.

23 EPISCOPVS ex Tridentini decreto *ſeſſ.24. c.6. de reform.* diſpenſare poteſt in omni irregularitate & ſuſpenſione proueniente ex delicto occulto; de quo *ſup.num.*12. excepto homicidio voluntario. non ſolùm extrà Sacramentum Pœnitentiæ, ſed etiam pro foro externo. quià limitatio illa *in foro conſcientiæ*, appoſita eſt facultati abſoluendi, non diſpenſandi. Ità Boſſius *de iub.opſ.19.ſec.1.§.7. num.1.* & alij contra Ricciullum *de iur.perſ.lib.5.cap.16.num.2.T.2.Reſ.10.à §.Sed affirmatiuam.* Quam poteſtatem ad caſus particulares delegare poteſt; quia poteſtas, quæ conceditur alicui dignitati vel officio in perpetuũ, cenſetur ordinaria & delegabilis. Limitatio enim illa, *per ſe*, refertur quoque ad poteſtatem abſoluendi, non diſpenſandi. Et conſentaneum ſanè fuit, vt talis facultas Epiſcopis delegabiliter concederetur; cum Sacerdotes, qui indigent huiuſmodi diſpenſatione, Epiſcopos, propter varia impedimenta, perſonaliter adire non poſſint, & diſpenſatio vt benè impêdatur, indigeat cauſæ diſcuſſione. Et ità habet vſus. Sanchez *in ſum.to.1 lib.2.c.11.* contra Alterium *de cenſ.to.2.diſp.8.c.3.concl.4. Reſ.12.*

EPISCOPVS etiam diſpenſare poteſt in omni irregularitate delicti occulti,

Et per alium.

24 Et in primis (etiam per alium, & extrà diœceſim, vt Villalobos *to.1.tr 21 diff.9. num.13.* contra Ricciullum *de iur.perſ. lib.5.c.16.num.3.Reſ.12.§.Et tandem*) diſpenſare poteſt in irregularitate contracta ob delictum occultum hæreſis, poſt peractam pœnitentiam, & obtentam abſolutionem excommunicationis à Summo Pontifice. Non ſolùm quoad vſum Ordinum antea ſuſceptorum, quod poterat ante decretum Tridentini, ex cap. *Saluberrimum*, & cap. *conuenientibus* 1. q. 7. ſed etiam ad nouos recipiendos, vigore Tridentini *decreto cit.* quod, licèt reuocetur per Bullam Cœnæ, quantum ad abſolutionem, non reuocatur quantum ad diſpenſationem; quia id non exprimitur, nec ex vno infertur aliud, cum ſint poteſtates & actus diuerſi, & ex diuerſis non fiat illatio. Ità Marchinus *de ſacr.ord.tr.1.p.8.c.2.nu.11.* & alij multi, contra Suarez & alios. *Reſ.25.*

Etiam hæreſis.

25 Deinde diſpenſare poſſe in irregularitate, ſeu potius inhabilitate contracta ob ſimoniam occultam, reddendo ipſum ſimoniacum capacem, non ſolum aliorum beneficiorum, ſed etiã obtenti per ſimoniam abſque alia collatione, docet Henriquez

Sed non in inhabilitate contracta per ſimoniam occultam.

lib.3.

lib.3. cap.55. num.1. & probabile putat Leſſius *lib.2. cap. 35. dub. 25. num.140.* non obſtantibus declarationibus Cardinalium, quibus nec neceſſario ſtandum eſt, & quæ explicari poſſunt, quãdo ſimoniacus per ſententiam beneficio ſpoliatus fuiſſet. Quia nimirum inhabilitas huiuſmodi eſt ſpecies irregularitatis. Quam opinionem practicari poſſe ab Epiſcopo, etiam ſi fuerit complex in ſimonia, docuit Sanchez apud Machadum *tom.1. lib.3. par.5. tr.6. doc.2. num.3.* Ego verò hanc inhabilitatem in decreto Concilij minimè comprehendi exiſtimo cum communi, quam in praxi receptam teſtatur Theſaurus *in pr. de pœn. par. 2. cap. 23. §. 6. & cap.30. quæſt.3.* Tum quia non eſt cenſura, nec irregularitas, ſed quædam pœna vindicatiua. Tum quia Sacra Congregatio, vt refertur *vol.4. deciſ. Rotæ per Farinac. in §. ex delicto occulto*, ſic declarauit: *Epiſcopus, & ſi in ſimonia occulta diſpenſare poſſit, non poteſt tamen ſimoniacum rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, neque ad ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obtinet.* Sed vide Baunium *tom.2. tr.8. quæſt.24.* & Marchinum *par.9. c.3. num.71. Reſ.36.*

Vel ex defectu natalium.

26 Tertiò, probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum vigore prædicti decreti diſpenſare in irregularitate orta ex defectu nataliũ; quia hæc irregularitas non ex delicto, ſed ex defectu prouenit; aut ſaltem ex delicto alieno, non proprio. Et ità cum communiori docet Marchinus *par. 10. cap 1. diff.3. num. 14.* Sed ibi contrariam ſententiam immeritò falſam appellat. Eſt enim probabilis, & eam docet nouiſſimè Machadus *tom.1. lib.1. part.3. tr. 17. docum.2. num.4.* etiam quoad Ordines maiores, & beneficia. *Reſ.24.*

Et bigamia interpretatiua.

27 Quin probabiliter etiam cenſet Machadus, idem dicendũ eſſe de irregularitate bigamiæ interpretatiuæ; quia hæc etiam ſecundum Sanchez, & alios ortum habet ex culpa. additque, in vera bigamia poſſe Epiſcopum diſpenſare ad receptionem, & vſum minorum Ordinum, & beneficiorum ſimplicium capacitatem; ſaltem ſi adſit vrgentiſſima cauſa. Ità ille *vbi ſup. docum. 4. nu. 2. Reſolut. 35.*

Quid poſt ſuſceptionem Ordinum bona fide?

28 Nota autem hic ex Baunio *tom.2. tr.11. quæſt. 15.* quòd ſi illegitimus Sacros Ordines bona fide ſuſcepiſſet, poſſet cum eo Epiſcopus defectu cognito diſpenſare quantum ad vſum. Imò ex Cœleſtino III. *in decretali, niſi cum, 10. de renunciat.* etiam ſi mala fide. licet aliqui diſſentiant. *Reſ. 24. §. Notandum eſt.* Et *quæſt. 59.* idem docet de bigamo vero. ſi bona fide Sacerdotium

ſuſce-

ſuſcepiſſet, & abſque famę iactura abſtinere non poſſet à celebrã-do; quia in ſimili neceſſitate, cùm non eſt facilis ad Papam recurſus, videtur Epiſcopo omnis facultas diſpenſandi conceſſa, quam ad animarum bonum, & commodum habet Summus Pontifex in toto orbe, niſi Papa id ſibi ſpeciali iure reſeruauerit. reſeruatio autem cap. *nuper*, & cap. *extremo, de bigamis*, & aliorum iurium non ità amarè intelligi debent, vt vergant in animarum exitium. *Tr* 11. *Reſ*.43.

n. 29 Controuerſum ſimiliter eſt, an in dicta facultate comprehendatur irregularitas ex homicidio, quam contrahunt miniſtri iuſtitiæ ex morte reorum. Nam Barboſa apud Machadum *vbi ſup. tom.*1. *docum.*8. *num.*2. affirmat; quia ab ea ſolùm excipitur homicidium voluntarium; at homicidium hoc non eſt voluntarium, ſeu potius non eſt verum homicidium, quod ex D. Auguſtino eſt *factum iniuſtum, lege humana, & diuina prohibitum*. Hanc opinionem probabilem cenſet Baunius *tom.* 1. *tr.* 11. *queſt.* 59. *§ dico ſexto*. Suarez verò, & alij apud eumdem negant. non quia excipiatur nomine homicidij voluntarij; ſed quia non cõprehenditur inter irregularitates prouenientes ex delicto, de quibus diſponit Concilium. oritur enim ex defectu lenitatis. Vtraque ſententia eſt probabilis. *Tr.*2. *Reſ.*26. — Non homicidij commiſſi à miniſtris iuſtitiæ.

Sicut etiam circa irregularitatem contractam ex homicidio in bello iuſto, quam Caſpenſis *tom.*2. *tr.*25. *diſp.*5. *ſect.*12. *numer.*84. non poſſe, alij, poſſe ab Epiſcopo vigore præſentis decreti diſpenſari, contendunt. *Reſ.*27. — Vel bello iuſto.

30 Aduerte autem circa exceptionem prædictam, primò, non eſſe exceptam irregularitatem ex mutilatione, ſed ſolùm ex homicidio voluntario, ac proinde illam eſſe diſpenſabilem ab Epiſcopo, quia eſt irregularitas abſolutè, & ſimpliciter ex delicto, & in illius pœnam conſtituta. Ità Villalobos *tom.* 1. *tr.* 21. *diff.* 21. *num.*2. contra Sanchez *lib.*1. *oper. mor. cap.*10. *num.*49. *Reſ.*28. — Poteſt tamen in irregularitate mutilationis.

31 Aduertè ſecundò, non cenſeri homicidium voluntarium in decreto Concilij exceptum, quod committitur in defenſionẽ propriam, licèt excedatur moderamen, & incurratur irregularitas: hoc enim potius neceſſarium dici debet, licèt non omninò, quatenus vitandę mortis ergo committitur. Et expreſsè conceditur à Tridentino, dum concedit Epiſcopo facultatem diſpenſandi cum eo, qui alium in vitę ſuę defenſionem occidit. loquitur enim de eo, qui exceſſit moderamen; nam cum debito moderamine non incurritur irregularitas. Ità Barboſa *de pot. Epiſc.* — Homicidii neceſſarii ſine debito modaramine.

*par.*2.

lib.3. cap.56. num.1. & probabile putat Leſſius *lib.2. cap. 35. dub. 25. num.140.* non obſtantibus declarationibus Cardinalium, quibus nec neceſſario ſtandum eſt, & quæ explicari poſſunt, quādo ſimoniacus per ſententiam beneficio ſpoliatus fuiſſet. Quia nimirum inhabilitas huiuſmodi eſt ſpecies irregularitatis. Quam opinionem practicari poſſe ab Epiſcopo, etiam ſi fuerit complex in ſimonia, docuit Sanchez apud Machadum *tom.1. lib.3. par.5. tr.6. doc.2. num.3.* Ego verò hanc inhabilitatem in decreto Concilij minimè comprehendi exiſtimo cum communi, quam in praxi receptam teſtatur Theſaurus *in pr. de pœn. par. 2. cap. 23. §. 6. & cap.30. quæſt.3.* Tum quia non eſt cenſura, nec irregularitas, ſed quædam pœna vindicatiua. Tum quia Sacra Congregatio, vt refertur *vol.4. deciſ. Rotę per Farinac. in §. ex delicto occulto*, ſic declarauit: *Epiſcopus, & ſi in ſimonia occulta diſpenſare poſſit, non poteſt tamen ſimoniacum rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, neque ad ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obtinet.* Sed vide Baunium *tom.2. tr.8. quæſt.24.* & Marchinum *par.9. c.3. num.71. Reſ.36.*

Vel ex defectu natalium.

26 Tertiò, probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum vigore prædicti decreti diſpenſare in irregularitate orta ex defectu nataliū; quia hæc irregularitas non ex delicto, ſed ex defectu prouenit; aut ſaltem ex delicto alieno, non proprio. Et ità cum communiori docet Marchinus *par. 10. cap 1. diff.3 num. 14.* Sed ibi contrariam ſententiam immeritò falſam appellat. Eſt enim probabilis, & eam docet nouiſſimè Machadus *tom.1. lib.1. part.3. tr. 17. docum.2. num.4.* etiam quoad Ordines maiores, & beneficia. *Reſ.24.*

Et bigamia interpretatiua.

27 Quin probabiliter etiam cenſet Machadus, idem dicendū eſſe de irregularitate bigamiæ interpretatiuæ; quia hæc etiam ſecundum Sanchez, & alios ortum habet ex culpa. additque, in vera bigamia poſſe Epiſcopum diſpenſare ad receptionem, & vſum minorum Ordinum, & beneficiorum ſimplicium capacitatem; ſaltem ſi adſit vrgentiſſima cauſa. Ità ille *vbi ſup. docum. 4. nu. 2. Reſolut. 35.*

Quid poſt ſuſceptionem Ordinum bona fide?

28 Nota autem hic ex Baunio *tom.2. tr.11. quæſt. 15.* quòd ſi illegitimus Sacros Ordines bona fide ſuſcepiſſet, poſſet cum eo Epiſcopus defectu cognito diſpenſare quantum ad vſum. Imò ex Cœleſtino III. *in decretali, niſi cum, 10. de renunciat.* etiam ſi mala fide, licet aliqui diſſentiant. *Reſ. 24. §. Notandum eſt.* Et *quæſt. 59.* idem docet de bigamo vero. ſi bona fide Sacerdotium ſuſce-

ſucepiſſet, & abſque famę iactura abſtinere non poſſet à celebrã-do; quia in ſimili neceſſitate, cùm non eſt facilis ad Papam recurſus, videtur Epiſcopo omnis facultas diſpenſandi conceſſa, quam ad animarum bonum, & commodum habet Summus Pontifex in toto orbe, niſi Papa id ſibi ſpeciali iure reſeruauerit. reſeruatio autem cap. *nuper*, & cap. *extremo de bigamis*, & aliorum iurium non ità amarè intelligi debent, vt vergant in animarum exitium. *Tr.* 11. *Reſ.* 43.

29 Controuerſum ſimiliter eſt, an in dicta facultate comprehendatur irregularitas ex homicidio, quam contrahunt miniſtri iuſtitiæ ex morte reorum. Nam Barboſa apud Machadum *vbi ſup. tom.* 18. *docum.* 8. *num.* 2. affirmat; quia ab ea ſolùm excipitur homicidium voluntarium; at homicidium hoc non eſt voluntarium, ſeu potius non eſt verum homicidium; quod ex D. Auguſtino eſt *factum iniuſtum, lege humana, & diuina prohibitum.* Hanc opinionem probabilem cenſet Baunius *tom.* 2. *tr.* 11. *quæſt.* 59. *§ dico ſextò*. Suarez verò, & alij apud eumdem negant: non quia excipiatur nomine homicidij voluntarij; ſed quia non cõprehenditur inter irregularitates prouenientes ex delicto, de quibus diſponit Concilium: oritur enim ex defectu lenitatis. Vtraque ſententia eſt probabilis. *Tr.* 2. *Reſ.* 26.

Non homicidij commiſſi à miniſtris iuſtitiæ.

Sicut etiam circa irregularitatem contractam ex homicidio in bello iuſto, quam Caſpenſis *tom.* 2. *tr.* 25. *diſp.* 5. *ſec.* 12. *numer.* 84. non poſſe; alij, poſſe ab Epiſcopo vigore præſentis decreti diſpenſari, contendunt. *Reſ.* 27.

Vel bello iuſto.

30 Aduerte autem circa exceptionem prædictam, primò, non eſſe exceptam irregularitatem ex mutilatione, ſed ſolùm ex homicidio voluntario, ac proinde illam eſſe diſpenſabilem ab Epiſcopo, quia eſt irregularitas abſolutè, & ſimpliciter ex delicto, & in illius pœnam conſtituta. Ità Villalobos *tom.* 1. *tr.* 21. *diff.* 21. *num.* 2. contra Sanchez *lib.* 1. *oper. mor. cap.* 10. *num.* 49. *Reſ.* 28.

Poteſt tamen in irregularitate mutilationis.

31 Aduerte ſecundò, non cenſeri homicidium voluntarium in decreto Concilij exceptum, quod committitur in defenſionẽ propriam, licèt excedatur moderamen, & incurratur irregularitas: hoc enim potius neceſſarium dici debet, licèt non omninò, quatenus vitandę mortis ergo committitur. Et expreſsè conceditur à Tridentino, dum concedit Epiſcopo facultatem diſpenſandi cum eo, qui alium in vitę ſuę defenſionem occidit. loquitur enim de eo, qui exceſſit moderamen; nam cum debito moderamine non incurritur irregularitas. Ità Barboſa *de pot. Epiſ.*

Homicidii neceſſarii ſine debito moderamine.

par. 2.

Digitized by Google

Commiſſi in ſubita rixa,

par.2. alleg.39. à num.53. Reſ.29. Et idem dic de homicidio non præmeditato, ſed commiſſo in ſubita rixa. hoc enim homicidiũ caſuale eſſe, docet Caſpenſis *ſec.17.* cum non ex conſilio, & matura deliberatione factum ſit, quod ad voluntarium requirit Cõcilium in illis verbis: *Cum, qui per inſidias, aut per induſtriam occiderit proximum, de altari euelli debeat.* Et iterum: *Si verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, &c. Reſ.32.* Idem de irregularitate mandantis verbera, ſi mandatarius mandatum excedens, hominem interimeret: quia hoc ſimiliter homicidium, reſpectu mandantis non eſt voluntarium, ſed caſuale culpabile. Marchinus *de ſacr. ord. tr.1. par.9 cap.1. diff.3. num.6.* Imò idem dicendum, ſi mandans vellet interimi Petrum, & mandatarius interimeret Paulum. Barboſa *num.52.* Idem dic de irregularitate, quã contraheret percutiens grauidam abſque abortus, qui ex ea percuſſione ſequitur, intentione. Marchinus *vbi ſup.* contra Nauarrum *in man. cap.27. num.240. Reſ.30.* († ſed hic non incurrit irregularitatem. Vide V. *Abortus, num.17.* †.) Irregularitatem autem voluntarij abortus Epiſcopus diſpenſare non poteſt; quia abortus fætus animati voluntarius, eſt voluntarium homicidium; Leo *de cenſ. recoll. num.58.* contra Nouarium *in ſum. bull. tom.2. tit. de abortu, num.21. Tr.5. Reſ.21.*

Caſualis,

Etiam publici.

32 Aduerte tertiò, Epiſcopum diſpenſare poſſe cum homicida caſuali, etiam publico: quia id poterat ante Tridentinum per cap. *continebatur,* & cap. *ad audientiam, de homic.* & Tridentinum, quoad hoc nihil innouauit. præſertim quòd ex tali homicidio nulla oritur infamia: Ità Marchinus *num.9.* contra Garziam *de benef. par.7. cap.11. num.27. Reſ.31.*

Et voluntarii occulti ad retinēda beneficia.

33 Aduerte quartò, quòd licèt Barboſa *num.61.* exiſtimet, Epiſcopum non poſſe cum homicida voluntario occulto diſpenſare, nec ad Ordines, nec ad beneficiã, ſiue ſimplicia, ſiue curata, ex verbis eiuſdem Concilij ibi, *Nec illis aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum, conferre liceat: ſed omni Ordine ac beneficio & officio Eccleſiaſtico perpetuò careant.* Nihilominus Marchinus *vbi ſup. num.3.* exiſtimat, diſpenſare poſſe quoad retinenda, tam curata, quàm ſimplicia beneficia, dummodo per aliud illa exerceat. Et Concilium non loqui de retentione beneficij, ſed de collatione. *Reſ.34.* Imò Enriquez *lib.14. capit.14. num.1. & lib.13. cap.1 num.1.* etiam conferri ab Epiſcopo poſſe cenſet homicidæ beneficium ſimplex, & cum eo quoad vſũ minorum Ordinum diſpenſari: quia Concilium ſolùm videtur prohi-

prohibere promotionem, & vſum maiorum Ordinum, qui ſoli dicuntur ſacri; nec abſtuliſſe Epiſcopis facultatem, quam habebant ex cap. 20, *de cler. pugnant. in duello*, conferendi duellantibus, & homicidis ſimplicia beneficia. Sed, cum vſus minorum Ordinum ſit officium Eccleſiaſticum, videtur mihi homicidæ, expreſsè in prædictis verbis interdictus. Ideo id negandum eſt, cum Marchino *vbi ſup. num.2. Reſ.55.*

34 Petes hic circa poteſtatem Epiſcopi in diſpenſando. An ſi quis voueat non ludere verb. grat. ſub pœna, vt non poſſit abſolui, vel diſpenſari, niſi à Summo Pontifice, is poſſit nihilominus ab Epiſcopo diſpenſari? Affirmatiuè reſpondeo cum Trullench *in decal. tom.1. lib.2 cap.11. dub.5. num.2*, quia hoc votum non eſt de reſeruatis Pontifici, nec vouens poteſt illud cum præiudicio Epiſcopi reſeruare, *Tr.9. Reſ.59.*

EPISCOPI IVRISDICTIO in Regulares.

35 EPISCOPVS non habet in Regulares exemptos iuriſdictionem ordinariam. Habet tamen delegatã à Summo Pontifice in aliquibus caſibus, in quibus eos contumaces punire poteſt: nam delegata iuriſdictione alicui, illi intelliguntur conceſſa ea omnia, ſine quibus expleri non poteſt, cap. *præterea 5. in fine*, cap. *prudentiam 21. in fine, §. ſexto.* & iuriſdictio contentioſa adiunctam ſemper habet coactionem. cap. *paſtoralis 28. initio de off. deleg.* vbi Gloſſ. *v. ſi coerctionem* dicit, nullam eſſe iuriſdictionem ſine coertione per l. *fin. ff. de off. eius, cui mand. eſt iur.* & cap. *ex literis 29. eod.* Poterit ergò Epiſcopus contra Regulares, in caſibus prædictis inobedientes, procedere ad pœnam depoſitionis, recluſionis in monaſterio, vel alias temporales, vt de mente Hoſtien, Ancharani, & aliorum, docet Villalobos *tom.2. tr.35. diff.5. num.17.* Imò Bordonus *in conſ. regul. reſ.7. quæſt.6. num.9.* exiſtimat, procedere poſſe etiam ad cenſuras, quia cenſuræ ſunt arma, & iuris remedia, quibus vtitur iudex Eccleſiaſticus: quare illis vti poterit, vbi ei conceditur compellere Regulares remedijs iuris, & ex paritate rationis etiam in alijs, nam vix poſſet Epiſcopus alijs pœnis regulares compellere, quod ante ipſum docuit Nouarius *in ſumm. bull. par. 1. titul. de proceſſ. num.6.* Sed ego exiſtimo, procedere ſolùm poſſe ad pœnas tempora-

EPISCOPVS in certis caſibus poteſt Regulares tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus cogere

Pœnis temporalibus.

Non cenſuris.

porales, vt docet etiam Lezana *in ſumm. tom. 1. cap. 11. numer. 14.* Imò P. de Bellis *in alleg. Hiſp. par. 1. §. aſſunto à num. 1.* nec ad iſtas procedere poſſe permittit, ſi expreſsè in delegatione illi non conceditur; quia auctoritas delegata eſt odioſa, & non debet extendi ad non expreſſa. Gloſſ. *in cap. edoceri, de reſcript.* quod enim expreſsè conceſſum non inuenitur, intelligitur eſſe prohibitum. cap. *illa, ne ſed. vac.* præſertim in caſu noſtro, cum exemptio Regularibus conceſſa ſit in odium Ordinariorum, qui religioſis nimis infeſti erant. Rebuff. *reſp.* 142. Vbald. *tr. de can. epiſc. cap. 3. quæſt. 6. num. 9.* Tuſchus *v. exemptio concl. 566. num. 6.* & alij. ac etiam in fauorem Sedis Apoſtolicæ, cuius intereſt habere multos ſubditos immediatos, cap. *paſtoralis, de re iud.* Vnde exemptio ampliari debet in fauorem Regularium, & Sedis Apoſtolicæ, & coarctari delegatio reſpectu Ordinariorum. Maximè quia ex vna parte iuriſdictio delegata generalis non trahit ſecum auctoritatē coercitiuam, niſi ſpecialiter committatur, cap. *licet, de off. vic.* cap. *attendentes, de ſtatu mon.* & cap. *dilectus 1. de reſcript.* ex alia verò, in priuilegijs Sixti IV. conceſſo Dominicanis, & aliorum Pontificum alijs Religionibus, dicitur, *quoſcunque proceſſus, quaſuis pœnas, & ſententias generales, & ſpeciales continentes, promulgatas contra fratres, & domos eorum, nullius roboris, & momenti eſſe.* Quod in caſibus, in quibus regulares Epiſcopo ſubijciuntur, locum habet; nam in alijs, id Epiſcopo prohibitum erat per priuilegia exemptionis. Sed quoad pœnas temporales diſſentio à P. de Bellis. *P. 7. T. 12. Reſ. 29.*

Niſi prædicent in alienis Eccleſiis, ſine licentia, &c.

36. Poteſt tamen Epiſcopus coercere, etiam per cenſuras, Regulares prædicantes in alienis Eccleſijs abſque licentia, & in ſuis abſque petita benedictione Epiſcopi, vel eo contradicente, ſtante Bulla Gregorij XV. *Inſcrutabili.* Lezana *tom. 1. cap. 20. num. 3.* & Gauantus *in man. v. concio ſacra, num. 17.* Sed P. de Bellis *in alleg. citat.* citat Bullam Vrbani VIII. *ſub die 15. Maij 1625.* derogantem Bullam Gregorij; & confirmantem quoddam decretum S. Congregationis Concilij, in quo ſtatuitur, Regulares prædicantes vt ſupra, puniendos eſſe à Prælatis ſuis Regularibus. Cuius quidem Bullæ Vrbani non meminerunt Lezana, & Gauantus, Romæ ſcribentes. & Nouarius, qui eius meminit *in ſumm. Bull. par. 1. tit. de exempt. priuil. num. 51.* ait, eam videri localem, nimirum latam pro ciuitate, & diœceſi Giennenſi; ac proinde non fauere Religioſis vbique exiſtentibus. *Tr. 12. Reſ. 25.*

37 Sed circa dictam licentiam aut benedictionem, obſeruat Bordonus *in conſ. reg. reſol. 7. quæſt. 11. num.* 15. debere prædicatorem pro illa perſonaliter ſe Epiſcopo præſentare. Sufficere tamen benedictionem petitam, licèt non obtentam, niſi Epiſcopus vellet per ſe, vel per alium coram ſe, prædicare ſolemniter, iuxtà *Clem. Dudum, de ſepult.* Notat etiam, vſu receptum eſſe, quod Regulares non petant benedictionem ab Epiſcopo pro prædicando in ſuis Eccleſijs extrà Aduentum, & Quadrageſimam. Sed Concilium loquitur generaliter: & Congregatio declarauit apud Gauantum *vbi ſup. num.* 16. petendam eſſe pro omni tempore, de contrario etiam vſu dubium habeo. *Tr. 12. Reſ.* 24. — Quæ peti debet perſonaliter. — Et pro quouis tempore.

38 Aduertè hic primò, poſſe Epiſcopum denegare Regulari benedictionem pro concionando, ſi nollet coram ipſo profeſſionem fidei emittere. Gauantus *vbi ſup. num.* 20. *Ibid. in fine.*

39 Aduertè ſecundò, Epiſcopum ſuſpendere poſſe Regulares jam concionatores à concionibus, ſex de cauſis, quarum tres habentur in Concilio Lateranen. *ſeſſ.* 11. & ſunt: Si prædicent falſa miracula vel incerta; ſi prædicent propheſias, quæ non habentur in ſacris litteris: ſi contra Epiſcopos aut ſuos prælatos obmurmurent. & tres in Concilio Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. & ſunt: ſi prædicarent propoſitiones erroneas: ſi ſcandaloſas: ſi temerarias. Vnaquæque ex his cauſis eſt ſufficiens, vt Epiſcopus tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, Concionatorem Regularem ab officio concionandi remoueat. Alijs verò de cauſis id ſecundum P. de Belli *vbi ſup. aſſunt. vlt.* efficere non poteſt, ex rationibus ſupra adductis; quia nimirum hæc iuriſdictio eſt delegata, & odioſa, atque adeo extendi non debet ad non expreſſa, quando enim pœna inuenitur in iure expreſſa, non remanet arbitrium iudici aliquid innouandi, cap. *de cauſis, §. illis autem, de off. deleg.* Nam ſi Concilium permittere voluiſſet Epiſcopis determinationem cauſarum dictæ ſuſpenſionis, non determinaſſet ipſum met. præſertim aduertendo, ne calumnioſè, vel ex falſis delationibus aliquem ſuſpendant. quod ſæpe etiam fecit Sacra Congregatio Interpretum. que, ſi quando aſſeruit, Ordinarium ſuſpendere poſſe licentiam concionandi Regularibus ex iuſta cauſa, intelligi debet de cauſis expreſſis in iure. Verùm Epiſcopi aſſerunt ſe habere talem auctoritatem etiam in alijs caſibus, ſtante decreto Congregationis apud Barboſam *in coll. ſt. v. prædicatores, numer. vlt.* Et Regulares prædicare volentes examinant, vt obſeruat Bordonus *num.* 17. *cit.* licèt id aſſerat procedere de facto, non de iure. *Tr. 12. Reſ.* 30. — Et reuocari poteſt iuſtis de cauſis.

3 An autem auctoritas Epiſcopi in caſibus prædictis tranſeat ad Vicarium Sede Vacante, vide V. *Vicarius*.

EXCOMMVNICATIO.

COMMVNIcare cum excommunicato in ciuilibus, an mortale ſit?

1 † EXCOMMVNICATIO denunciata, & non tolerata priuat hominem fidelium commercio, tã in his, quæ pertinent ad ſalutem, quàm in ciuilibus, & politicis. nec enim licet cum excommunicato non tolerato orare, nec ſacramenta illi conferre, vel ab eo recipere; nec illum alloqui, vel ſalutare, niſi iuſta cauſa intercedat ex illis, quæ recenſentur in eo verſu: *Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe* †. Et verò, cum cõmunicatio prædicta in rebus prioris generis ſit lethalis; in politicis tamen, quę nobis cum infidelibus ſunt communia, ſecundùm Baunium *par.2. diſp.6. quæſt.5.* eſt ſolùm venialis; propterea quòd eſt materia leuis, atque adeò non coniuncta cum contemptu clauium vel Eccleſiæ; quæ proinde, cum ſit prudentiſſima mater, non cenſetur laqueum pedibus filiorum parare voluiſſe, prohibendo cum talibus colloquia, ad quæ homo natura ſua eſt valde procliuis. Ità ille & citat multos alios. *Tr.11. Reſ.47.*

FAMVLVS.

FAMVLVS an licitè fugere poſſit à domino, vel artifice?

1 FAMVLVS obligatus ob ſtipendium, vel cauſa addiſcendi artem aliquam cum domino, vel artifice, ad aliquem annorum numerum, ſi ante tempus fugiat ex aliqua cauſa rationabili, vt ſi ille ſit aſperæ conditionis, eumque malè tractet, vel non eum benè officium doceat, vel is meliorem conditionem inueniat, non peccat; quia non tenetur ſtare contractui cum ſuo damno de nouo illi emergente. Peccat verò mortaliter, ſi ex fractione contractus conſurgat domino damnum notabile, teneturque ſe domino reſtituere. Secluſo domini damno, & iuſta cauſa ex parte ipſius famuli, peccabit venialiter ob fractionem fidelitatis. Trullench *in decal. tom.2. lib.5. cap.2. dub.6. num.8. Tr.7. Reſ.10.5. Non deſeram.*

2 An famulus teneatur ex iuſtitia cuſtodire à furibus res domini ſui, vide V. *Seruorum, num.3.*

FILIVSFAMILIAS.

1 FILIVM FAMILIAS laicum (nam de clerico, præſertim Epiſcopo, expreſſi iuris eſt, teſtari poſſe, etiã de bonis, quæ intuitu perſonæ ſuæ acquiſiuit, quia reputantur quaſi caſtrenſia, *auth. presbyteros, & diaconos, C. de epiſc. & cler.* An autem ſolemnitates adhibere teneatur, vide V. *Teſtari, n.* 13. *Tr.*12. *Reſ.*2.) teſtari poſſe ad pias cauſas de bonis aduentitijs, quorum vſus acquiritur patri, patre ipſo conſentiente; de alijs verò etiam non conſentiente, putauerunt aliqui. Alij è contra, poſſe de aduentitijs, in quibus non quæritur vſusfructus patri, ſi pater conſentiat, de alijs non poſſe. Tertia opinio cenſet, filiosfamilias omninò inteſtabiles de quibuſcunque bonis, ad quamcunque cauſam, etiam de patris conſenſu. — FILIVSFAMIlias ad pias cauſas teſtari poteſt.

Communis tamen ſententia tenet, filiumfamilias, non conſentiente patre, teſtari non poſſe, etiam ad pias cauſas, & de bonis, quorum vſus ad patrem non pertinet; conſentiente verò, teſtari poſſe ad pias cauſas de quibuſuis bonis ſine diſcrimine; nõ tamen ad prophanas. Quare, ſi in teſtamento pio prophanum legatum inferat, non valebit, valebit tamen teſtamentum, & legatum tranſibit ad heredes ab inteſtato, ac ſi legatum non fuiſſet. Ità Clarus §. *teſtamenti, quæſt.* 5. *num.* 7. & 8. & Bald. *in l. ſenium in fine C. qui teſtam. fac. poſſ.* Vide etiam Hunnium *in encyclop. iur. par.*4 *tit.*3. *cap.*1. *num.* 17. & Eminentiſſimum Lugo *de iuſt. tom.*2. *diſp.*24. *ſec.*4. *num.*67. *Tr.*6. *Reſ.*6. — Patre conſentiẽte

2 Filiusfamilias ſecundum Hurtadum *de iuſt. diſp.* 8. *diff.* 8. poteſt moderatam aliquam pecuniæ ſummam, quæ attenta ſui ſtatus ratione, prudentum arbitrio congrua cenſeatur, ludo exponere, etiam ſi pater expreſsè diſſentiat; præſertim ſi verſetur in aula, vel ſtudijs: ludus enim pertinet ad neceſſitatem humanæ vitæ, ſuper qua pater tenetur filio prouidere. *Tr.*9. *Reſolut.* 5. & *Reſ.*10. §. *Notandum eſt*. Quod autem ille exponere poteſt, poteſt colluſor ab eo lucrari abſque onere reſtitutionis. Salas *de ludo, dub.*10. *num.* 1. *Reſ.*6. — Et moderatè ludere, etiam repugnante.

3 In ſpecie verò filiusfamilias, extra domum paternam moram ducens, de miſſis prouiſionibus quatuor, vel quinque pro centenario poteſt exponere ludo. Idque multo magis procedit, ſi voluntas patris adeſſe præſumitur, vt præſumi regulariter debet in caſu, quo daret determinatam ſummam pro certo tempore; — Præſertim de pecunia data in ſuſtentationem limitatè.

pore;

pore: tunc enim filius quicquid de victu, & veſtitu ſibi ſubtraheret, ludo exponere poſſet, ſicut etiam quicquid ſuo ſibi labore, vel induſtria compararet. Poteſtque hoc ipſum efficere in domo paterna, ſi plus labore ſuo acquirat, quàm pater in ipſo alendo impendit.

Aduertit etiam ex Molina Dicaſtillus *de iuſt. lib.* 2. *tr.* 18. *diſp.* 4. *dub.* 2. *num.* 7. quòd ſi filiusfamilias, in Academia agens, magnam prouiſionum partem amitteret, ſed reliquis ſibi ſuſtentaret, nulla noua moleſtia patrem afficiens, nec ipſe, nec colluſor, ad reſtitutionem teneretur. quia pater præſumeretur remittere, tam quia exceſſus exigi non ſolet, nec a filijs, nec à colluſoribus; tum quia mittendo ſummam magnam, prævidere potuit id poſſe contingere: tum denique, quia ſi eſt aliquod inuoluntarium, non tam eſt de ſubſtantia, quam de modo, conſumptionis. *T.* 9. *Reſ.* 5. §. *Ex his infertur.*

Et quicquid in ludo, vel alia induſtria ſibi acquirit.

4 Si quid autem filiusfamilias acquirit in ludo, illud in eodem ludo continuato exponere poteſt, ſimul cum illa quantitate, quã licitè propoſuit ab initio: nam in eodem ludo non debent colluſores priuari ſpe recuperandi amiſſum. Ità Dicaſtillus *vbi ſup. dub.* 3. *num.* 23. & 24. Vbi tamen negat id facere poſſe in alio ludo; quia finito ludo, pecunia illa acquiſita eſt patri, atque adeo non poteſt iterum proponi ſine eius conſenſu, qui ſolum præſumitur in modica quantitate. quæ opinio, ſtando in ſubtilitatibus iuris, vera eſt. Sed, habita æquitatis ratione, ego exiſtimo, quòd altero die poſſit totum illud lucrum cum eo colluſore, qui amiſit, exponere, vt hic ſibi compenſare poſſit amiſſum. imò ex tacito conſenſu patris, etiam cum quouis alio: nam eo ipſo, quòd pater, tacitè vel expreſsè, dat filio facultatem ludendi, cenſetur permittere, vt faciat periculum totius lucri, vt docet Bañez *in* 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 7. §. *reſpondetur.* Addit Hurtadus *diſſ.* 8. *citat.* filiumfamilias ſibi, non patri lucrari, ſicut ſibi, non patri amittit, qui non tenetur ſoluere, quod filius perdidit. *Ibid. Reſ.* 7.

In quibus caſibus colluſor non tenetur ad reſtitutionem.

5 Ex quibus infertur, quòd licèt ſecundùm aliquos filiusfamilias poſſit lucrari, & non perdere; & conſequenter cum illo ſcienter ludens cenſeatur donare quod perdit, nec compenſare ſibi poſſit; benè tamen docet Molina *tom.* 1. *diſp.* 519. quòd qui cum filiofamilias amiſit 100. poſſit in eodem vel altero ludo licitè lucrari ab eodem 100. ſi tamen illa non alienauit, ſed extent apud ipſum: quia animus ille donandi non cenſetur fuiſſe adeò abſolutus, vt non intenderit compenſationem in alio ludo, ſi poſſit.

Digitized by Google

ſit. Qui autem à filiofamilias lucratus eſt decem ver. gr. quę alienare non poterat, ſatisfaciet cum eodem, eadem in vno, vel pluribus ludis amittendo. *Reſ.9.*

6 Aliqui apud Sanchez *in opus tom.1. lib.1. cap.8. dub.7. nu.6.* exiſtimant, quòd quantitas moderata, quam filiusfamilias ludere poteſt toto anno, non poteſt ab illo amitti vnicâ vice; atque adeo, ſi quis ab illo totam illam vna vice acquireret, teneri reſtituere; quia intentio patris cēſetur, vt filius honeſtè recreetur per totū annū. Ipſe tamen contrarium ſentit; quia filius poteſt cedere iuri ſuo recreationis diuturnæ, & totam ſummam amittere vna vice. *Tr.9. Reſ.10.*

Etiam ſi quod perdere poteſt in toto anno, ſemel ab eo lucretur.

7 Qui autem à filiofamilias lucraretur maiorem ſummam ea, quam perdere potuiſſet in eo anno, ſiue ſolus, ſiue poſt alios, qui iam totam ſummam, vel maiorem eius partem lucrati fuerant; tenetur ad reſtitutionem. Et ſecundum Alcozer *de ludo, cap.10.* totius ſummæ; quia totus contractus vitiatur. Sed melius, ait Sanchez, tantùm exceſſus; quia in hoc ſolum vitiatur. Si autem dubitat, num ſit maior ſumma, & num aliàs idem filiusfamilias in eo anno amiſerit, & conſequenter, an totam ſummam ab ipſo acquiſitam amittere potuerit; tunc, adhibita diligentia, & non comperta veritate, poterit illam totam retinere; quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Ita etiam Sanchez *vbi ſup. Ibid.*

Secus ſi plus.

8 Ipſe verò filiusfamilias, ſi cum pecunia patris, quam alienare non poterat, lucratus fuerit aliquam ſummam à colluſore bonæ fidei, putante ipſum licitè ludere, tenetur ad reſtitutionem; quia cum ipſe non poſſet perdere, nec licitè lucrari poterat, vt ſit æqua conditio, & ex defectu cognitionis non præſumitur donatio. Imò, etiam ſi alter ſciat ſe perdere non poſſe, probabilius eſt teneri reſtituere; quia hic contractus exigit poteſtatem alienandi in vtroque colludente, ex cuius proinde defectu in alterutro vitiatur. ex contractu autem nullo nullum ius acquiritur. Ita Lopez *2. par. Inſtruct. conſcient. cap.16.* & alij plurimi. Sed contraria ſententia adeò arriſit Vaſquez, vt *in manuſcripto apud Dicaſtillum vbi ſup. dub.2. num.13.* docuerit, colluſorem huiuſmodi nec in eodem ludo poſſe ſibi compenſare, quod priori iactu cum filiofamilias amiſit; quia ex vna parte contractus licitus eſt, ſi ſciens colludit, & reuocatur ad donationem liberam; volenti enim, & ſcienti nulla fit iniuria; ex alia verò, quicquid filiusfamilias quocunque iactu acquirit, eo ipſo deuoluitur patri, cui acquirit. Probat etiam Nauarrus, contractum valere, ex *Inſtit.* de

Et ſi filiusfamilias ludat alienam pecuniam, tenetur reſtituere lucrum.

de inutilib. ſtipulat. §. pupillus, & cap. *ſi qua* 12. *quæſt.* 2. vbi habetur, quòd contractus factus cum minore aut Eccleſia, valet in præiudicium alterius, non in ſuum. Quæ omnia procedunt de omnibus minoribus, religioſis, vxoribus, &c. *Reſ.*8.

HERES.

HERES tenetur ſoluere legata pro animabus Purgatorij, etiam ſi laboret neceſſitate graui.

1 † HERES non efficiens inuentarium, ſecundùm aliquos gaudet beneficio ceſſionis bonorum, ſecundum alios non gaudet. Vide V. *Ceſſio bonorum*, *num.* 11. In conſcientia verò excuſatur à ſoluendis legatis ob ſuperuenientē paupertatem, etiam non extremam, ſi eandem legatarius non patiatur, aut in eam neceſſitatem non ſe ipſe coniecerit †. Quare, cum animæ Purgatorij ſint in extrema neceſſitate, heres tenetur ſoluere legatum pro illarum ſuffragijs, etiam ſi conſtitutus ſit in graui neceſſitate victus, aut mutationis ſtatus. & ità docet Mazuchellus *de caſ. reſer. diſp.* 2. *cap.*20. *quæſt.*2. *num.* 38. Qui etiam *cap.*13. *diff.* 4. *num.*19. docet, animas ſe purgantes venire nomine pauperum, ac proinde illis applicari poſſe eleemoſynas pauperibus largiendas. Sicut antea docuerat Suarez *de relig. to.*2. *lib.*4. *cap.* 30. *num.* 18. de reſtitutione fructuum à beneficiario pro Horarum omiſſione pauperibus facienda. *Tr.* 10. *Reſ.*14.

HORÆ CANONICÆ
A quibus recitandæ.

HORAS canonicas recitare tenētur

1 † DIXIMVS in *Summa* ſub hoc nomine *num.*2. Horas canonicas perſolui debere à clericis conſtitutis in ſacris, vel religioſis profeſſis vtriuſq; ſexus, & à beneficiarijs †.

Religioſi profeſſi etiam non promoti.

Nunc iterum aſſerimus cum Herrera *in deciſ. moral. deciſ.*8. *reſol.*2. regulares non promotos ad ſacros ordines aſtrictos eſſe ad penſum Horarum canonicarum. Quamuis tales Caramuel *diſp.*103. *reſ.*7. *num.*1351. *in reg. S. Bened.* nec ex præcepto, nec ex vi regulæ, nec ex conſuetudine in Religionibus recepta obligari cenſeat ad Horas canonicas. Nec admittimus, quod ait Bonartius *lib.*1. *cap.*3. *num.*12. tales dimittere poſſe officium bis vel ter in anno ſine mortali; quia non ità rigidè obligantur: nam officium diuinum eſt materia grauis, & obligat per ſingulos dies nouo præcepto, quare ſi ſemel omittentes non peccarent mortaliter, nec

morta-

mortaliter peccarent ſequenti die, nec tertia, & ſic deinceps. *Tr. 11. Reſ. 4.*

2 Stando autem in noſtra ſententia, docet Caramuel *diſp. 117. num.* 1443. tales non teneri ad penſum Horarum, ſi extra monaſterium viuant, cum, vel ſine licentia ad tempus, vel in perpetuum. quia conſuetudo, quæ ſola illos obligare poteſt, non eſt introducta pro habitantibus extra clauſtra, qui ſunt rariſſimi. Sed contrarium etiam in hoc tenendum eſt, alioqui enim profeſſi iuniores itinerantes non tenerentur Horas canonicas recitare. quare dicendum, conſuetudinem eos in clauſtris, & extra clauſtra obligare. *Ibid.* Etiam extra clauſtra.

3 Excuſatur autem ab Horarum recitatione in primis infirmus. quē, ſi recitare poteſt maiorem partem, ad illam teneri, diximus *in ſumma num. 64.* quod nouiſſimè tenet Trullench *in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 17. num. 5.* Sed Caramuel *loco cit. diſp. 115. num.* 1435. docet, quòd ſi non poteſt totum, ad nihil tenetur: quia totum officium diuinum ſub vno tantùm præcepto preſcribitur indiuiſibiliter; quare non impletur, niſi per recitationem integrã. ad quam ſi quis non ſufficit, ad nihil tenetur, quia nemo tenetur ad impoſſibile. *Tr 11. Reſ. 13.* Excuſatur autem infirmi.

4 Quòd ſi infirmus recitare poteſt cum ſocio ſe offerente, vt cœcus, ſecundùm Palaum *tom. 1. tr. 1. diſp. 2. punct. 6. numer. 13.* tenetur recitare cum illo; quia qui obligatur ad finem, obligatur etiam ad medium neceſſarium ſimpliciter, vel ex ſuppoſitione ad illum finem; ſed, ſtante infirmitate & impotentia, tale medium ad implendum præceptum eſt per ſe neceſſarium, & ordinatum: ergò. Sed contrarium tenet nouiſſimè Caramuel *diſp. 117. du. 1. num.* 1445. quia recitare cum ſocio eſt fauor vnicuique conceſſus, & nemo inuitus cogi poteſt vti fauoribus. aliàs eſſent onera. Vtraque ſententia eſt probabilis, vt diximus *loc. citat. numer. 66. Tr. 11. Reſ. 3.* Qui probabiliter non tenentur adhibere ſocium.

5 Qui habet officium, cum quo Horarum lectio non eſt cõpatibilis, ſecundùm Suarez, tenetur vel officium illud renunciare, vel diſpenſationem impetrare. Qui tamen Suarez admittit, poſſe quem dimittere aliquo die officium diuinum pro aliqua publica functione perficienda, quæ officium non compatitur, etiam ſi illam efficere velit in oſtentationem, ver. gr. ſuſtinere cathedram, & ſimilia: nam hæ occupationes non ſæpius occurrere ſolent, ſed ſunt neceſſitates repentinæ. quod etiam docet Palaus *tom. 1. tr. 1. diſp. 2. pun. 6. num. 2.* Sed Caramuel *diſp. 116. n.* 1438. Quid de occupatione temporaria Vel perpetua?

Digitized by Google

exiſtimat, non teneri quem officium (præſertim publicum, vt ſunt Regni adminiſtratio, ægrotorum cura, & ſimilia) legitimè ſibi iniunctum, & duodecim diei horas impedientem, renunciare; ſed pro illo exercendo dimittere poſſe officium diuinum absque diſpenſatione. Nam, ſi ex Suarez poteſt quis omittere officium diuinum, vt ſatisfaciat velleitati oſtentationis publicæ illud impedientis, potiori iure dimittere poterit in miniſteri um publicum. Deinde, nemo debet poſtponere priuata publicis, nec Summus Pontifex præſumitur contrarium velle præcipere. Et ſi homo poteſt dimittere Horas, ne ſint detrimento ſaluti corporis ſui, cur non etiam, ne ſint bono publico? Certè imprudentia foret, præcipere quòd Suarez nō ſcriberet illa tā fructuoſa volumina; vt cōfeſſarius nō audiret cōfeſsiones; vt ægrotāti quis nō ſubueniat, propter ſdis Horis canonicis. Verū Trull. *vbi ſup. dub.* 28. putat, hāc doctrinā procedere, cùm adeſt grauis neceſſitas ſuſcipiendi, vel non dimittendi tale munus, quamuis ſi illius officij occupationes, Horarum recitationem impedientes, rarò occurrerent, & ex improuiſo: tunc licitè omitti poſſit. Quod etiam docet Bonartius *lib. 1. cap. 39. num. 3. Tr. 11. Reſ. 1.*

HORÆ CANONICÆ
Sub quo onere recitandæ.

IN recitatione horarum datur parua materia.

6 DIXIMVS in *Summa, num.* 15. omnes obligatos ad officium diuinū, teneri ad illius recitationē ſub mortali, & beneficiarios prætereà ſub onere reſtitutionis. Niſi excuſet paruitas materię, quæ alia eſt pro peccato, alia pro reſtitutione determinanda. *Numero* autem 19. reprobauimus ſententiam Marchini, putantis, integram Horam paruam eſſe paruam materiam in ordine ad peccatum, ac proinde eius omiſſionem eſſe venialem.

De qua ſunt multæ opiniones.

Vide quid doceat Marcantius.

Sed hanc ſententiam ex multis conatur probare Marchantius *in ſuis reſol. paſtor. par. 2. tr. 7. cap. 2. quæſt. 1.* Nam (ait ipſe) ſi cui iniungatur pœnitentia orandi per ſeſquihoram, hic ceſſans orare per dimidium quadrantem, non peccabit mortaliter. Item, ſi iniungerentur 40. Pſalmi, non peccaret mortaliter, omittendo tres aut quatuor breuiores: quæ comparatio currit inter Horam paruam, & totum Officium. Deinde non peccat mortaliter, qui pro Officio Dominicæ recitat Officium duplex, & tamen exceſſus

ſus illius ſupra iſtud Officium eſt maior, quàm ſit vna parua Hora. Quòd ſi dicas, hunc ſatisfacere præcepto, quia illud implet quoad ſubſtantiam, licèt variet qualitatem, quod non contingit in eo, qui omittit integram Horam: Reſpondet, non valere conſequentiam; *Omittitur vna Hora; ergò peccatur mortaliter*. Secus, eſſet mortale, omittere Veſperas Sabbati Sancti conſtantes ex Pſalmo *Laudate Dominum omnes gentes, & Magnificat*, & oratione: quod non videtur rationabile. Ità ille. *Tr. 10. Reſ. 15.*

Quid Caramuel.

7 Sed circa hanc materiam ſic philoſophatur Caramuel *diſp.* 111. *num.* 1408. Supponit ex *diſp.* 4. *num.* 47. totum morale, vt phyſicum, octo partibus conſtare: quare, quemadmodum calor conſtat octo gradibus, quorum pars non dicitur pars caloris, ità etiam dicendum eſſe de materia præcepti, vt octaua ejus pars ſufficiat ad peccatum mortale: Sexageſimaquarta, quæ eſt octaua octantis, nullam partem eſſe; atque adeo, licèt ſit aliquid phyſicum, nihil tamen eſſe morale. Conſequenter ad hæc principia aſſerit, quod eſt minus octaua parte officij diuini non ſufficere ad culpam lethalem, quod autem eſt minus octaua octauę, ſeu ſexageſima quarta totius, nec ad veniale. Quod ſi petas, an vna Hora parua Officij Romani, aut Benedictini ſufficiat ad culpam grauem, reſpondet diſtinguendo. Aut totum Officium diuiditur in octo Horas tamquàm in partes inæquales, vt aliqui opinantur; & in iſtorum ſententia ſufficit. aut in octo partes æquales entitatiuè, & in hac ſententia, vna parua Hora in Officio Romano, & duplex in Benedictino non ſufficit; quia nec Tertia ver. grat. eſt octaua pars phyſica Officij Romani, nec Tertia, & Sexta ſimul, Benedictini. Contra verò, in prima ſententia decem Pſalmi ex Matutino non ſufficiunt ad mortale, quia ſunt pars octauæ; in ſecunda ſufficiunt; quia attingunt octauum phyſicum. Ità ille. Sed nemo adhuc docuit, decem Pſalmos non eſſe partem notabilem Officij diuini. *Tr. 11. Reſ. 2.*

HORÆ CANONICÆ

Qualiter recitandæ.

HORAE recitari debent voce ſenſibili.

8 QVANTVM ad modum recitandi Horas Canonicas: primò, communior & verior opinio, quam adduximus in *ſumma num.* 53. requirit vt voce adeo ſenſibili recitentur, vt ſaltem audiantur à recitante. Azorius verò, & nouiſſimè

Caramuel *diſp.* 168. *ar.* 2. *n.* 1381. exiſtimant, ſufficere motum labiorum, etiam ſi ab eodem non audiatur: nam hoc ſufficit ad eſſentiam vocis, quæ nihil eſt aliud, quàm reſpiratio facta & articulata motu prædicto, ad quem neceſſariò ſequitur anhelitus. *T. n.* 18. *Reſ.* 16.

Abſque ſyllabarũ abſciſſione.

19. Addit quoque Caramuel *vbi ſup. concl.* 2. 4. *&* 5. abſcindentem notabiliter ſyllabas, dummodo ſignificationem non corrumpat, implere præceptum quoad ſubſtantiam, licèt peccet venialiter ex accidente. Sociumque cum tali diuinum officium perſoluentem ſatisfacere etiam ipſum, & peccare tantùm venialiter. Denique recitantem cum ſocio non teneri illum audire, ſed ſolùm legere ſuos verſus correctè, & ſocium expectare: quia nullum eſt præceptum de auditione, ſed tantùm de expectatione.

Etiam recitantur alternatim, expectari & audiri debet verſus alterius chori.

Verùm hoc vltimum communiter non admittitur, & expreſsè improbatur à Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 7. *diſput.* 2. *punct.* 13. *num.* 7. quia alteriùs oratio & recitatio in tantùm poteſt eſſe tibi communis, in quantum illum percipis. Quòd ſi vnus chorus facit quod in ſe eſt, vt alterius chori partem audiat, & audire non poteſt, Palau exiſtimat teneri ſupplere, quam non percepit, & ſic diſtributiones percipere. Sed Paſqualigus *in decif. mor. num.* 20. tenet, non teneri ſupplere, quia iam verè aſſiſtit choro, & communicauit alijs ſuam partem, per que ipſum non ſtetit, quin & aliorum partem audiret, & ſuam efficeret, quæ ſunt conditiones requiſitæ ad ſatisfaciendum officio alternatim: conditio enim adimpleta cenſetur, quando non ſtat per eum, qui adimplere debet. reg. *cùm non ſtat, de reg. iur. in* 6. *Reſ.* 6. (*ex errore.*)

Non debet variari officium.

10. Secundò quoad qualitatem, qui mutaret officium præſcriptum in aliud, ſatisfaceret præcepto quoad ſubſtantiam, atque adeo peccaret ſolùm venialiter, vt diximus in *ſumma numer.* 39. *Reſ.* 7. Socius verò obligatus ex munere recitare officium cum Cardinali, Epiſcopo &c. nec venialiter quidem peccat: quia ſiue hic habeat, ſiue non habeat cauſam rationabilem mutandi officium (& piè credi poſſunt habere, ſi contrarium euidenter non conſtet) ſocius ſemper habet cauſam rationabilem, cum nõ habeat auctoritatem decernendi qualitatem officij recitandi. Caramuel *diſp.* 107. *dub.* 3. *num.* 1391. *Reſ.* 8.

[illegible] notabiliter breuis.

11. Docet porrò Caramuel *diſp.* 109. *num.* 1387. poſſe diebus ſingulis recitari officium Reſurrectionis ſine mortali. Dubitatque id vſui fuiſſe Suarez, qui ſtudebat diebus ſingulis octodecim ho-

ris,

ris, laudatque viros occupatiſſimos ſimiliter facientes. Sed ego in hoc habeo magnam difficultatem; propter notabilem exceſſum Officij quotidiani ſupra officium Reſurrectionis, quod Eccleſia ex iuſtiſſimis motiuis adeo breue præſcripſit ſolum per illã hebdomadam. Alia autem eſt ratio de officio de Sancto pro officio Dominicæ, aut feriæ; quia fere ſeruatur æquipollentia. *T. 11. Reſ. 7.*

12 Poſito, quod vnum ſit præceptum de recitandis octo Horis canonicis diebus ſingulis, ait Caramuel *diſp. 110. num. 1403.* non ſatisfacere præcepto, qui eodem die recitaret aliquot Horas de Sancto v. g. & aliquot de feria: quia non recitaret vnum officium, ſed duo dimidia officia, quæ non poſſunt ita connecti, vt vnum officium diuinum conſtituant, approbatum à Sede Apoſtolica. *Reſ. 1. n. 1101.* Sed mihi ardua videtur hæc opinio; nec video, cur totum officium mutare poſſint, & non aliquas Horas: ſemper namque mutatio eſt accidentalis; & ex illis duobus ſemi-officijs conſurgit vnum integrum, & ſubſtantialiter approbatum, licet accidentaliter heterogeneum. — Præſertim quoad partem.

13 Petes: An Religioſi habentes proprium Breuiarium, vti poſſint Romano, vel alterius Religionis, ſine peccato? In hac re Caramuel docet primo *diſp. 109. num. 1392.* Carmelitam recitantem extra chorum cum Breuiario Ciſtercienſi peccare ſolum venialiter, propter variationem accidentalem. Deinde *diſp. 99. ar. 4. num. 13.* [illegible] aſſerit, omnibus Religionibus permiſſum eſſe vti Breuiario Romano, poſſeque vnamquamque priuata auctoritate eo vti: quia melius eſt ſe conformare cum Eccleſia Romana, quam ab illa differre, ſublato ſcandalo, & reliquis inconuenientibus. Tertio, Auguſtinianum communitatem [illegible] peccare ſolum venialiter, ſi mutaret officium [illegible] pro eius Breuiario Ciſtercienſi. Et denique [illegible] communitatem aliquam recitantem vnum officium pro alio eiuſdem Breuiarij ſine cauſa, non peccare mortaliter, ſed venialiter. Ego verò exiſtimo, Religioſum quemlibet in priuata recitatione vti poſſe Breuiario tantum Romano, quia vt aſſerit Bonacina *diſp. 1. q. 2. punct. 1. num. 5.* reprehendi non debet, qui ſe conformat Eccleſiæ Romanæ matri omnium Eccleſiarum, licèt Lezana *p. 1. c. 21. num. 18.* probabiliter contrarium aſſerat de alio quocumque Breuiario. habeo difficultatem, quia prædicta ratio non militat. Deinde, Religiones non poſſe propria auctoritate proprium Breuiarium dimittere; quia illi ſub grauiſſimis pœnis adſtringuntur, vt patet ex Bullis Ponti-

An mutari ritus vnius Eccleſiæ cum alio?

Præſertim Romanæ.

ii

tifi-

tificijs initio dictorum Breuiariorum appoſitis. Denique, ſingulos Religioſos teneri perſoluere Horas canonicas iuxta Breuiarium pro ſua Religione approbatum. vide cap. *de his*, & cap. *placuit diſt.* 12. quod à fortiori procedit quoad communitatem. Vide Leganam *vbi ſup. Tr.* 11. *Reſ.* 8. De ſæculari autem presbytero, quòd poſſit recitare cum Carmelitano v. g. ad præſcriptum Breuiarij Carmelitani, docet idem Caramuel *diſp.* 107. *num.* 1366. Sed tu cogita. Nam Sacerdos ſæcularis non poteſt relinquere ſuum Breuiarium, & licèt officium pro officio valeat, id tamen intelligi debet de officijs, quæ in Breuiario vniuſcuiuſque continentur. Palaus *punct.* 2. *num.* 2. Non peccare tamen mortaliter, ſi ſemel aut iterum id efficiat, aſſerunt Nauarrus & alij apud ipſum *Tr.* 1. *Reſ.* 9.

Non debet inuerti ordo Horarum, & mutari tempus.

14 Denique, quoad tempus & ordinem recitandi, præceptũ non obligat ſub mortali, tam quoad priuatam, quàm quoad publicam recitationem. Ita Caramuel *diſ.* 101 *num.* 1320. Si autem ſine cauſa inuertatur ordo, vel varietur tempus, erit peccatum veniale, etiam in recitatione priuata; non ratione præcepti, ſed congruitatis & decentiæ. nam ideo dicuntur Horæ canonicæ, quia ſtatis horis ſecundum canones perſolui debent, præſertim, quòd in ſingulis fit mentio temporis, quo recitari præcipiuntur; quare temporis mutatio eſt violatio modi rationabilis in præſtãdo obſequio Deo, iuxta Apoſt. *ad Rom.* 12. atque adeo eſt venialis culpa, quæ ſecundum D. Thomam 1. 2. q. 88. *ar.* 4. *ad* 2. committitur non obſeruando modum rationabilẽ in implendo præcepto. Satis denique probant id ſine veniali non fieri, exemplũ illius Eremitæ apud Ioannem And. *in cap.* 1. *de celebr. miſſ.* cui diuinum officium tempeſtiuè, præproperè, aut tardè, diuinum officium recitanti, Angelus maturas, acerbas, aut putreſcentes vuas ferebat, & narratio Abbatis, poſtea Victoris III. Romani Pontificis de S. Seuerino Epiſcopo Colonienſe, qui grauiter in Purgatorio punitus fuit ob recitatas Horas omnes de mane, non ſeruatis temporum interuallis. Secus verò, ſi alicubi contraria vigeret conſuetudo legitimè præſcripta. nam in hoc caſu procederet contraria opinio Caramuelis *diſp.* 112. *num.* 1411.

Etiam priuatim.

Sine cauſa rationabili.

15 In omnibus autem locis excuſat à peccato veniali inuerſio ordinis, & mutatio tempore diuini officij, cauſa rationabilis, qualis eſſet occupatio ſtudendi, prælegendi, concionandi, graue aliquod & temporarium negotium expediendi, opus ad publicam vel amicorum vtilitatẽ pertinens præſtandi, &c. Quòd

ſi

Digitized by Google

ſi cauſa non ſolùm honeſta vel vtilis, ſed & legitima interueniat, ob etiam veſperę mane recitari poſſunt ſine peccato. cap. *presbyterum de celeb. miſſ.* imò addit Caietanus, etiam conſuli à iure, præueniri tempus, vt quietiùs & deuotiùs perſoluatur officium, quod viri pij ſine vllo ſcrupulo ſeruant; vt ordinaria impedimenta, quæ certis horis emergere ſolent, præueniant. qui vſus ſufficit ad iuſtificandam in omnibus anticipationem. Nota hic, non placere opinionem Doctoris cuiuſdam apud Sanchez *in opuſc. to. 2. lib. 7. c. 2. dub* 37. quòd matutinum diei craſtinæ recitari poſſit poſt hodiernum meridiem, ſaltem in Quadrageſima, quando veſperæ ante prandium recitantur. Et ſic non placuit Trullench *in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 7. dub. 18. num. 8. Tr. 11. Reſ. 12.*

Et cum cauſa rationabili an debeat?

16 Aduerte primò, quòd cum temporis mutatio in recitandis Horis canonicis ſit præter ius, non debere quem ad illam obligari, docet P. Candidus *tom. 2. diſp. 14. art. 28. dub. 34.* in caſu v. g. quo illi horis ſtatutis impedimentum aliquod contigiſſet, aut videatur ſuperuenturum inuoluntarium, qualis eſt infirmitas periodica, v. g. tertiana, vel quartana. Secus ſi eſſet voluntarium, etiam ſi eſſet legitimum & neceſſarium; tunc enim præueniri debere, aut poſtponi. Certè, ſi in dubio ſuperuenturæ infirmitatis quis ab officio alicuius diei diſpenſationem obtinuit, vti poterit diſpenſatione, etiam ſi infirmitas non veniat, vt ait Caramuel *diſp.* 115. *num.* 2429. nam, ſecus diſpenſatio nihil iuuaret. *Tr.* 11. *Reſ.* 14.

In choro Regulares tenentur in communi, non in particulari. An ſatisfiat per ſolos nouitios?

17 Aduerte ſecundò, quòd obligatio recitandi diuinum officium in choro, reſpectu regularium, tangit communitatem, non particulares. Impletur autem, ſi ſaltem tres interueniant. Et probabiliter, etiam ſi ſint nouitij, dummodo communi ſigno vocati ſint. nam, ſicut nouitij gaudent Religioſorum priuilegijs, ità eorum onera videntur poſſe perſoluere; licèt, ſi nolint, non teneantur. Et licèt adhuc non ſint incorporati Religioni; ſunt tamen aliquo modo pars illius communitatis. Et ità tenent aliqui, quos tacitò nomine citat Caramuel *diſp.* 101. *dub.* 6. *Tr.* 11. *Reſolut.* 5.

IEIVNIVM.

IEIVNIVM naturale an frangatur per ſaccharũ ſero in os immiſſum, poſt mediam noctem deglutitum?

1 IEIVNIVM naturale ad Communionem requiſitum, ſecundùm communiorem ſententiam, quam nouiſſimè docet Eminentiſſimus Lugo *de Sacr. Euchar. diſput.* 15. *ſec.* 2. *num.* 37. frangitur, ſi quis aliquid poſt mediam noctem deglutiat

de

de ſaccharo in os ſerò immiſſo pro temperandis diſtillationibus capitis; quia eſt quædam continuata comeſtio. Sed negatiuam ſententiam Tabienæ & Bartholomæi à S. Angelo, nouiſſimè Amicus *tom. 7. diſp. 27. ſec. 1. num. 5.* cenſet non eſſe improbabilem; quandoquidem talis liquor videtur in ſtomachum deſcendere per modum ſaliuæ. *Tr. 12. Reſolut.* 10.

Ieiunare vouens religioſus, an poſſit ieiunare more monaſtico, vide *V. Dubius, num. 3.*

IGNORANTIA.

IGNORANTIA, etiam ſolius pœnæ, excuſat à cenſuris latis contra dantes & promittẽtes &c.

1 IGNORANTIA tam facti, quàm iuris, etiam ſolius pœnæ, etiam affectata, excuſat à cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, latis contra præſumentes aliquod delictum committere, quales feruntur in Bulla Greg. XIII. *de datis & promiſſis in Romana Curia*, quas proinde Mazuchellus *de caſ. reſer. diſp. 2. q. 2. diff. 5. num. 16.* tenet ab illas ignorante non incurri. *Tract. 4. Reſ.* 14. Et tales ſimiliter feruntur in Bulla Sixti V. *contra procurantes abortum ſcienter*, quas benè etiam Bonacina *tom. 3. diſp. 2. pun. 10. q. 2. num. 10.* dicit non incurri à procurante abortum cum ignorantia ipſarum; quia verbum illud *ſcienter*, excludit omnem ignorantiam, modo cum ingenti temeritate coniuncta non ſit, *T. 5. Reſ.* 11.

Et contra procurantes abortum.

IMMVNITAS ECCLESIARVM.

IMMVNITAS Eccleſiæ ſuffragatur

1 † IMMVNITATE loci ſacri gaudet reus ad illum confugiens in omni crimine, præter aliqua excepta in Bulla Gregorij XIV. de quibus in *Summa ſub hoc eodem nomine* dictũ eſt. Computantur autem inter excepta, homicidium proditoriũ, & crimen læſæ maieſtatis in perſonã Principis. Et nomine homicidij proditorij diximus *ibid. nu. 28.* non venire abortum fœtus animati; quia in infante qui non eſt doli capax, non cadit proditio †. Id quod nouiſſimè docet Theſaurus *in pr. p. 1. c. 1. n. 3.* vbi benè aduertit, quòd, ſtando in contraria ſententia Farinaccij, pœnam præcedere debet ſententia iudicis eccleſiaſtici, vt ſtatuit de omnibus delictis exceptis in Bulla prædicta. *Tract. 5. Reſol.* 24.

Etiam in abortu.

Et occiſione Generalis Religionis.

2 † Nomine verò Principis, cuius læſionem ab Eccleſiæ protectione excipit Bulla, intelligitur ſolum Princeps ſupremus,

non

Digitized by Google

non cognoſcens ſupra ſe alium Superiorem in temporalibus; minimè verò Duces, Comites, Marchiones & alij feudatarij, etiam ſi habeant merum & miſtum imperium. † Vnde, cotra Nouarium *in ſum. p. 2. tit. de immun. Eccleſ. n. 67.* dicendum eſt, gaudere debere immunitate Religioſum, qui ſuum Generalem occidiſſet; quia Generalis Religionis eſt ſubiectus Papæ, & in aliquibus Capitulo Generali. *Tract. 11. Reſ. 37.* † dummodo tamen confugiat ad aliam Eccleſiam ab ea, in qua, vel prope quam homicidium perpetrauit, per dicta *in Summa l. c. n. 14.* †

3 Seruus, qui aliquod delictum commiſit, & timens domini ſæuitiam, fugit ad Eccleſiam, gaudet immunitate; ità vt eum nõ debeat iudex eccleſiaſticus domino reſtituere, niſi præſtito iuramento immunitatis, vt decidit Innocent. III. in cap. *inter alia, §. ſi verò ſeruus, de immun. Eccleſ.* Si quidem delictum nullum, aut adeo exiguum ſit, vt iuratoria cautio ſufficere videatur ad ſerui ſecuritatem. Nam, ſi delictum ſit grauius, maior exigi debet. vel potius cogi illum vendere. Gloſſ. *in l præſenti, verſ. aut propter delictum, & in auth. de mand. Princ. in §. publicorum, verſ. vel propter maleficium.* & pluribus firmat Farinacius *in append. de immun. cap. 4. num. 69.* Quæ quidem procedunt de ſeruis fidelibus. De infidelibus verò, quam immunitatem habeant in Eccleſia, tam reſpectu dominorum, quàm reſpectu iudicis laici, vide Peregrinum *de immun. c. 5. nu. 13.* & Palaum *to. 2. tr. 11. diſp. vn. pun. 7. n. 5. T. 7. Reſ. 59.* — Etiam ſeruo fugienti ſæuitiam domini.

IMMVNITAS ECCLESIASTICA.

† DE Eccleſiaſtica immunitate plura diximus ſub hoc Verbo in *Summa* ex ſex Auctoris partibus deprompta. quæ cum iterum in Septima contra Rabardeum de integro ponat, & ſolidè firmet, hic etiam nos †. — IMMVNITAS Eccleſiaſtica.

1 Dicimus primò, immunitatem eccleſiaſticam, quoad perſonas eccleſiaſticas & eorum bona, eſſe de iure diuino. Probatur primo ex ſacris litteris: nam *Geneſ. 47.* Ioſeph, cum totam Ægyptum vectigalem & tributariam Regi feciſſet, terram Sacerdotum excepit, & voluit eſſe liberam. *1. Eſdr. 7.* Sacerdotes & leuitæ excepti ſunt à lege ſoluendi tributa Regi Perſarum. *Nu. 3.* leuitas templi miniſterio dicatos, Dominus ſubiecit Aaroni, ibi: *Dabis dono Leuitas Aaron & filijs eius, quibus traditi ſunt à filijs Iſrael: Aaron autem & filios eius conſtitues ſuper cultum Sa-* — Eſt de iure diuino. — Vt patet ex ſacra Scriptura.

O cerdo-

cerdotij. & *num.45.* ibi, *Earumque Leuitæ mei. Ego Dominus* &c. 8. *Statueſque leuitas in conſpectu Aaron & filiorum eius, & conſecrabis oblatos Domino; ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael, vt ſint mei. & poſtea ingredientur tabernaculum fœderis, vt ſeruiant mihi, ſicque purificabis & conſecrabis eos in oblationem Domini; quoniam dono dati ſunt mihi à filijs Iſrael*. Ex quibus liquidò patet, leuitas non alteri, quàm Aaroni & ſucceſſoribus eius fuiſſe ſubiectos. Fuiſſe autem exemptos ab exactionibus & militia, habetur *Exodi* 1.47. & 30.12. Et quoad tributa euidenter id docuit Chriſtus Dominus *Matth.*17. dum ſic locutus eſt Petro: *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis?* & reſpondente Petro, *Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergò liberi ſunt filij. vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare* &c. Denique in *Pſalm* 104. dicitur: *Nolite tangere Chriſtos*, ideſt vnctos, *meos*, quales ſunt Clerici. Ad quæ loca quamuis aduerſarij reſpondere nitantur, nihil faciunt. Vide Vigianum *de Eccleſ. immun. diſput.* 4. *concl.*2. Bozzium *de iur. ſtat. lib.4.d.c.3.* & Azorium 2.1. *lib.5.c.12. queſt.*1. qui eorum reſponſiones eneruant.

Dices primò: Apoſtolus Paulus *Act.* 25. appellauit ad Cæſarē, aitque, ſe ab illo iudicari debere. Reſpondeo, Paulum id feciſſe coactum, & quis enim in illis exordijs immunitatem ipſius, & Petri iuriſdictionem credidiſſet, ratamque habuiſſet? malè ergò Apoſtolus rei chriſtianæ conſuluiſſet, ſi tribunal Cæſaris recuſaſſet. fuitque melius illi, ſequi exemplum Chriſti, qui ad vitandum ſcandalum ſoluit tributum pro ſe & Petro. Id quod fuit appellare ad Cæſarem de facto, non de iure, vt loquitur Franciſcus del Caſtillo *in.3.to.2.diſp.16.q.12.n.7.*

30. Dices ſecundò: Idem Apoſtolus *ad Roman.*13. dixit: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*. vbi Gloſſa: *omnis anima*, inquit, *nullus excipitur, nec excluditur*. & Chryſoſtomus: *Iſta imperantur omnibus, & ſacerdotibus & monachis, non ſolùm ſecularibus*. & paulo infra: *Omnis homo, ſiue ſit Euangeliſta, ſiue Propheta, ſiue Apoſtolus, ſiue quis tandem ſit*. Reſpondeo, ità eſſe, & quemcunque ſuo ſuperiori deferre debere. Sed in ſua Hierarchia. Ergò eccleſiaſticos non eſſe extrà poteſtatem, ſed ſub poteſtate, non tamen laicorum, ſed ſuorum Prælatorum. Vide Bellarminum *in reſponſ. ad duos libell. Venet. fol* 8. Comitolum *in reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.*93. *num.*25. & Gretſerum *lib.3. conſid.4. T.1. Reſolut.*2.

2 Probatur ſecundò, nam ità in Sacris Concilijs & canonico

iure

iure deciſum eſt: quibus omnino ſtandum eſſet, etiam ſi nullus ſacræ Scripturæ locus adduci poſſet, vt docet Iuſtus *in defenſ. libert. eccleſ. fol. 31. & 32.* Sermarinus *in confut. 2. anaſt. propr. 1. fol. 16.* & alij. nam nõ totũ ius diuinum habetur in ſacris litteris, ſed partim in illis, partim in traditionibus Apoſtolorum, ex quibus Summi Pontifices & Concilia definitiones ſuas eliciunt, omnino credendas. *Ibid. à ſ. 9.*

Conciliis.

Ergo in Synodo Romana IIII. ſub Symmacho, *can. 3.* ità habetur: *Cauendum, ne exempla remaneant præſumendi quibuslibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus, in quacunque ciuitate, quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis Sacerdotibus diſponendi indiſcuſſè à Deo cura commiſſa docetur.* In Concilio generali Lateranen. ſub Innocent. III. *cap. 43.* dicitur: *Nimis de iure diuino eos laicos vſurpare, qui viros eccleſiaſticos, nihil temporale detinentes, ab eis ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramenta compellunt.* In Concilio generali Lateranen. ſub Leone X. *Seſſ. 9.* dicitur: *Cum à iure, tam diuino, quàm humano, laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes & ſingulas conſtitutiones, felic. record. Bonifacij VIII. quæ incipit, Felicis, & Clement. V. quæ incipit, ſi quis ſuadente, necnon quaſcunque alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem libertatis Eccleſiaſticæ & contra eius violatores quomodolibet editas,* &c. In Concilio Colonien. *par. 9. cap. 20.* dicitur: *Immunitas eccleſiaſtica vetuſtiſſima res eſt, iure diuino & humano introducta.* In Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 20. de reform.* dicitur: *Eccleſiæ & eccleſiaſticarum perſonarum immunitas Dei ordinatione & canonicis ſanctionibus conſtituta* &c.

Ex Summis verò Pontificibus Clemens Romanus Synchronus Apoſtolorum *epiſt. 1. de iudicijs eccleſiaſticis* ex D. Petri traditione aſſerit, *diuinis legibus repugnare, vt maiores à minoribus iudicentur.* quibus etiam temporibus D. Dionyſius Areopag. *epiſt. 8. ad Demophilum monachum* aſſerit, *ordinem à Deo conſtitutum peruerti, ſi quis inferior Sacerdotem iudicare præſumat.* Bonifacius VIII. *in capit. quanquam, de cenſ.* expreſsè aſſerit, *Eccleſias eccleſiaſticaſque perſonas ac res ipſarum, non ſolum iure humano, quinimò & diuino, à ſæcularium perſonarum exactionibus eſſe immunes.* Ioannes VIII. *in can. ſi Imperator 96. diſt. Non à legibus publicis* (inquit) *non à poteſtatibus ſæculi, ſed à* Pontificibus *& Sacerdotibus Omnipotens Deus Chriſtianæ Religionis Clericos, & Sacerdotes, voluit ordinari & diſcuti, recipique de errore remeantes. Imperatores Chri-*

Summis Pontificibus.

ſtiani ſubdere debent executionis ſuae eccleſiaſticis Præſulibus, non praeferre. Gelaſius *in cap. Sylueſter 11. q. 1.* cum videret immunitatem eccleſiaſticam in perſonis quorumdam clericorum læſam fuiſſe, hoc factum fuiſſe inquit, *contra leges diuinas & publicas.* Denique Eugenius Pōtifex ſcribens ad Franciſcum Foſcari Ducem Venetiarum, dixit, *omnia diuina & humana iura diſponere, miniſtros Dei ab oneribus & exactionibus immunes eſſe debere, ſicut fuerunt apud Patres veteris legis.* Adde, quod magnum eſt in hac re, teſtimonium Sanctiſſimi Imperatoris Conſtantini, in Concilio Nicæno ſic Epiſcopos alloquentis, apud Ruffinum *lib. 1. c. 2. Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari.*

Friuolæ autem ſunt reſponſiones ad allatas auctoritates, quòd loquantur de cauſis ſpiritualibus tantùm, quòd nomine iuris diuini intelligant ius canonicum, vel poteſtatem ipſam eximendi, eſſe de iure diuino, non ipſam exemptionem. Nam aliqua ex citatis locis apertè loquuntur etiam de exactionibus & tributis, aliqua de cauſis merè ciuilibus, & ipſum Tridentinum præſertim de illis cauſis, in quibus vt plurimùm à Chriſtianis Principibus læditur. Deinde, ius canonicum impropriè diceretur ius diuinum, cum ſit humanum. Adde, plerumque poni tamquam diſtincta, præſertim in Tridentino, quod (fortè nè ſic exponi poſſet) ait, immunitatem eccleſiaſticam *Dei ordinatione & canonicis ſanctionibus* ſtatutam eſſe. quem locum rectè expendit Rota *in vna Albanen. Gabellæ die 28. Iunij 1630. coram Merlino.* Denique, ſi ſola poteſtas eximendi, non ipſa actualis immunitas, eſſet de iure diuino, quomodo Pontifex Symmachus ait, ſolis Sacerdotibus à Deo commiſſam poteſtatem diſponendi de eccleſiaſticis facultatibus? quomodo Concilium Lateranen. ſub Leone X. pronunciat, nec iure humano, nec iure diuino, vllam laicis poteſtatem eſſe tributam in eccleſiaſticos? Quod ſi dicas, non ſolum poteſtatem, ſed etiam neceſſitatem ex diuino præcepto Eccleſiam habuiſſe exemptionem ſtatuendi; iàm aſſeris ante vllum canonem Deum voluiſſe, vt eccleſiaſtici exempti eſſent. Sed præterea ſic vrgeo: Aut ſuppetebat Deo honeſta ratio, vt Eccleſiaſtici eximerentur, & tunc turpe fuiſſet eo ipſo à laicis iudicari: aut non ſuppetebat, & tunc nec id Eccleſiæ ſtatuendum committere debuiſſet. *Tr. 1. Reſ. 3.*

3 Pro-

3 Probatur tertiò ratione. nam indignum ac turpe eſſet, vt Ratione.
homines ſacri, qui ſæculares iudicare debent, eoſque errantes reprimere, & coercere, ijdem à ſæcularibus iudicarentur, hoc eſt, parentes à filijs, magiſtri à diſcipulis, ſuperiores à ſubditis. quid enim à recta ratione, & diuina lege excogitari poteſt exorbitantius? certè non tam abſonum erat, quòd primi Chriſtiani cauſas apud Ethnicos iudices diſceptarent, cùm poſſent ſibi iudices è fidelium cœtu deligere. quod tamen tam acriter reprehendit Apoſtolus 1. *Corinth.* 6. Quæ ratio vlterius explicatur & confirmatur: Officium clericorum eſt, doctrinam ſalutarem proponere, vitia arguere, virtutum officia commendare, & ſi opus ſit, imperare, item peccantes corrigere, contumaces plectere, pœnitẽtes abſoluere, obſtinatos ligare. Ad hæc autem efficaciter, & cũ decore præſtanda requiritur non ſolùm exemptio à poteſtate eorum, erga quos hæc munia exercere debent, ſed ſuperioritas. ſunt enim actus poteſtatis. & quamuis non requiratur poteſtas, niſi ſpiritualis & in foro animæ, tamen hæc cum ſuperioribus in foro fori languidè pręſtarentur & ab ipſis facilè contemni poſſent, tamquam à ſubdito, & cuius increpatio auctoritatem ipſis imminuere apud alios videretur. Ex quibus patet, ex ipſa natura ſtatus clericalis probari eorum exemptionem, atque adeò eam illis deberi ante omne ius poſitiuum. Hæc ratio mouit Conſtantinum Magnum ad proferenda aurea illa verba, quæ ſupra retulimus, & ſequentia apud Theodoretum *lib.* 1. *cap.* 11. *Sacerdotum vitia non ſunt populo aperienda, ne inde ille cauſa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur.* & quod *ſi ſuis oculis Epiſcopum alienæ vxori ſtuprum inferre fortè videret, facinus illud nefandum ſuo paludamento ſe obtecturum, ne facinoris aſpectus eos, qui idipſum cernerent vlla ex parte læderet.* Idem argumentum vrget Concilium Matiſconenſe 2. *cap.* 9. his verbis: *Nefas eſt enim, vt illius manibus Epiſcopus, aut iuſſione de eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat, & cui inuocato nomine Domini, ad ſalutationem corporis animæque Euchariſtiam ſæpe porrexit.* & Greg. VII. *lib.* 8. *epiſt.* 21. relatus in decreto *diſt.* 96. *c.* 9. ibi: *Quis dubitet, Sacerdotes Chriſti, Regum & Principum, omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri? Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubijcere, à quo credit non ſolùm in terra, ſed etiam in cælis ſe ligari poſſe, & ſolui? Tr.* 1. *Reſ.* 4.

4 Pro-

Quibus accedit communis DD. auctoritas.

IV. 4. Propter hæc igitur hanc doctrinam communiter amplexi ſunt Doctores, Theologi, & Canoniſtæ, & determinauit Rota Romana *in deciſ. Albanen. cit. & in noua Barchinonen. exemption. die 21. Iunij 1636. coram Coccino, & deciſ. 10. in antiquis. tit. de conſuetud.* & Senatus Pariſienſis apud Fagnanum *in reſpon. ſ. pro cenſuris Pauli V. fol. 8.* & contrariam Tannerus *in apol. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 17.* putat improbabilem, Sermarinus *in confut. 2. tractati prop. 5.* ſuſpectam, Podrezzanus *ad libellum Italicum prop. 5. & 8.* temerariam. *Tr. 1. Reſ. 5. & 19. §. 2.* Quare parui facienda eſt auctoritas Couarruuias, qui in hac materia voluit adulari Principibus, aut veritatis non admodum ſtudioſus fuit. Nihili verò Ferrarienſis, & Molinei impiorum virorum, & iuratorum Eccleſiæ hoſtium. Mediniæ denique qui credi poteſt, qui contra iura, etiam Imperatorum, docuit, ante Iuſtinianum Clericorum exemptionem non adfuiſſe? *Reſ. 6. numer. 1. 4. & 5.* Sed Rabardeus adducit etiam D. Thomam *lection. 1. ad Roman. cap. 13.* Innocentium Papam *cap. 2. de maior. & obed.* D. Gregorium *lib. 4. epiſt. 31.* & tandem aliquot leges Imperiales, in quibus Clericis libertas, & immunitas conceditur. Verùm nec his teſtimonijs ſuam ſententiam corroborat. Nam D. Thomas *lib. 3. de regim. Principum capit. 10.* relatus à Bouio *in reſponſ. ad conſider. Pauli Seruitæ par. 4. arg. 1.* aſſerit, exemptionem Clericorum eſſe de iure diuino. & licèt loco cit. à Rabardeo ſic habeat de tributo Regibus præſtando: *Ab hoc tamen debito liberi ſunt Clerici ex priuilegio Principum. quod quidem æquitatem naturalem habet, vnde etiam apud Gentiles liberi erant à tributis illi, qui vacabant rebus diuinis, &c.* his verbis aſſerit quidem, exemptionem Clericis conceſſam è Principibus, quod verùm eſt: non tamen negat, eſſe etiam de iure diuino: imò id ſignificat, dum dicit, id æquitatem naturalem habere. Innocentius verò expreſsè aſſerit, immunitatem clericorum, non ſolùm conceſſam eſſe à Summis Pontificibus conſentiente Imperatore; ſed etiam eſſe de iure diuino. & in hanc ſententiam illum citat Panormitanus *in cap. nimis, de iureiur.* Bellarminus *de exempt. clericor. cap. 1. in fine.* Tanneus, & alij. (*Reſ. 6.*) D. Gregorius loco citato, Mauritium Imperatorem admonet, *ſic illum debere Sacerdotibus dominari, vt debitam illis reuerentiam impendat.* quæ verba ex humilitate tantùm, ac etiam neceſſitate dixit Mauritio, qui Vrbem Romam Tyrannicè diuexabat. neque veram ſubiectionem præſeferunt; nam reuerentia ſuperioribus, non ſubiectis, debetur. adde quòd in illis verbis

com-

comprehendit ſemetipſum; vnde ſequeretur (vt hereticè ex hoc loco arguit Caluinus *lib. 4. inſtit. cap. 11. §. 12.*) etiam Summum Pontificem Imperatori ſubiectum eſſe. Denique ſatis ſignificauit, quid in his verbis prætenderit D. Gregorius, cùm Mauritium Imperatorem propter exercitam aduerſus Sacerdotes regiam poteſtatem, cum Nerone, & Diocletiano comparauit, apud Baronium *tom. 8. annal. 593.* Vide Gretſerum *in controuer. pro defenſion. Bellarmini tom. 2. lib. 8. cap. 28. & contra Theolog. Venet. libr. 3. conſid. 1. Reſ. 7.* Leges tandem imperiales, quas adducit, non ſunt conceſſiuæ, ſed ſubſidiariæ, quemadmodum integri tituli *de Trinitate, & fide Catholica, de Epiſcopis, & Clericis*, leges prohibentes adulteria, furta, homicidia, &c. quæ præcipiunt & prohibent ea, quæ ſunt iuris diuini. Quarè, quemadmodum ex eo, quòd iure humano prohibeatur furtum, non benè quis inferret, furtum eſſe ſolo humano iure prohibitum; ità de Clericorum exemptione. Ratio autem, cur ſuprà ius diuinum addatur humanum, eſt, quia homines plus timent homines, quàm Deum; & niſi magiſtratus eſſent, pauci ius diuinum ſeruarent. Vide Baſtidiam *in antidoto ad Paulum Venet. par. 2. argum. 57. Reſ. 8. & 7. ſecunda (quæ deberet eſſe nona) num. 9. & 19. num. 2.*

5 Dicimus ſecundò, inter Eccleſiam, & imperium, ſtatuentia, ſeu meliùs, confirmantia Clericorum exemptionem, longè prius ab illa, quàm ab iſto, decreta de hac re emanaſſe. Vt ſi hoc priuilegium eſſet iuris humani, non ab Imperatoribus, ſed ab Eccleſiaſticis Principibus, ortum habuiſſe dicendum foret. Probatur aſſumptum. Nam qui primi ex Principibus legem pro clericorum libertate tulerũt, fuerunt Valentinianus, & Theodoſius *ann. 387. in cap. continuat. 11. quæſt. 1.* Sed antè hos extat decretum Concilij Antiocheni *cap. 12. de ann. 340.* ſic ſtatuens: *Si quis à proprio Epiſcopo depoſitus, Presbyter, vel Diaconus, aut etiam ſi in ſynodo quilibet Epiſcopus fuerit exauctoratus; moleſtiam imperialibus auribus inferre non præſumat, ſed ad maiorem Epiſcoporum ſynodum ſeſe conuertat.* Anno 325. Concilium Romanum ſub Syluestro *cap. 16. Si quis clericus in curiam introierit, anathema ſuſcipiat, nũquam rediens ad Matrem Eccleſiam.* Ante annum 296. Marcellinus Pontifex *in epiſt. 2.* ſic ait: *Clericum cuiuslibet Ordinis, abſque Pontificis ſui permiſſu, nullus præſumat ad ſæculare iudicium attrahere, nec laico quemlibet clericum liceat accuſare.* Anno 283. Caius itidem Pontifex *in epiſt. ad Felicem: Nemo vnquam Epiſcopum apud iudices ſæculares, aut alios clericos accuſare præſumat.* Denique

Poſt ius diuinum primò aceſſit ius canonicum:

Poſtea ciuile.

in

in ipſo naſcentis Eccleſię initio ſanxit hoc D. Petrus, vt auctor eſt Clemens Romanus *in ſua 1. epiſt. decretali*. hoc ipſum alij Apoſtoli, inter quos D. Paulus 1. *ad Timotheum* 5. præſcribit Epiſcopo formam iudicij aduerſus Presbyterum, dicens: *Aduerſus Præsbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus*. Vide Comitolum *in reſponſ. ſup. cit. lib. 1. quæſt. 93.* Suarez *contra Reg. Angliæ lib. 4. cap. 13. num. 10.* & Valboam in lect. Salmat. *tom. 2. ad cap. 2. de iud. à num. 35. Reſ. 7. (ſecunda cit.) & Reſ. 19. num. 3.*

Et ſine dubio id Summo Pontifici licuit.

6 Dicimus tertiò, iure potuiſſe Pontifices, etiam inuitis Principibus, ſtatuere immunitatem, quando non eſſet de iure diuino. Quod docent communiter Theologi, & Canoniſtæ *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. & in cap. 2. de maior. & obed.* etiam illi, qui libertati Eccleſiaſticę infenſi ſunt, vt Couarruuias apud Sermarinum *in confut. 2. tractat. propoſ. 5.* Et ratio eſt euidens; quia ex vna parte exemptio hæc eſt valde conueniens, imò & neceſſaria ad ſacrorum munerum miniſterium, vt ſupra explicatum & probatum eſt. ex alia verò Chriſtus Dominus dedit Petro abſolutam poteſtatem ligandi, & ſoluendi in omnibus, quæ ad bonũ Religionis, & conueniens Eccleſiæ regimen pertinent, directam in ſpiritualia, indirectam in temporalia, quatenus ad diuinum cultum, & finem ſpiritualem referuntur, vt docet D. Thomas *lib. 3. de regim. & in 2. 2. quæſt.* 10. D. Bonauent. *de Hierar. Eccleſ. par. 2. cap. 1.* Alenſ. *3 par. quæſt* 40. *mem.* 5. *& par. 4. quæ.* 10. Henricus *quodlib. 6. quæſt. 23.* & omnes Theologi, & Canoniſtæ, antiqui & recentiores. Vnde falsò docet Rabardeus, accedere debuiſſe conſenſum Principum; & ſic de facto Summ: Pontifices in ſuis decretis, præcipuè in Bulla Cœnæ, illam præcipiunt ſeruari à quibuſuis Principibus ſub grauiſſimis cenſuris. Confirmatur hoc ex D. Thoma *quæſt. 10. cit. ar. 10.* vbi docet, eſſe in Eccleſia poteſtatem liberandi de poteſtate dominorum ethnicorum ſeruos illorum conuerſos ad fidem, ratione periculi ſubuerſionis, & deſpectus fidei apud illos, qui mores chriſtianorum oculis parum pijs inſpiciunt. quæ rationes cum æquè militent cum poteſtate Principum ſæcularium ergà Eccleſiaſticos, vt ſupra dictum eſt, maiori ratione Eccleſia poterit eos ab illis eximere, quia Principes Chriſtiani ſunt Eccleſiæ ſubditi, Ethnici non item: & regulariter quiſque faciliùs ſtatuere poteſt circa ſubditum, quàm circa non ſubditum, vt ait Apoſtolus 1. *Corinth. 5. Quid mihi de his, qui foris ſunt, iudicare? Tr. 1. Reſ. 12.*

7 Dici-

Digitized by Google

7 Dicimus quartò. Dato, quòd exemptio hæc primariò ortum habuerit à laicis Principibus, non ob id eos poſſe, à tiò vnquam potuiſſe, illam tollere, aut limitare. Contrà verò, Papam reuocare quandocunque validè poſſe facultatem Principibus cõceſſam cognoſcendi aliquas cauſas clericorum, etiam in vim cõtractus. & ſi ratio ſuppetat, licitè id efficere. Prima pars probatur primò, quia, quod Eccleſiæ conceditur, non poteſt amplius reuocari, vt patet de bonis, quæ Eccleſia poſſidet ex Principum largitate. Salonius *in 2. 2. quæſt. 67. ar. 1. contr. 1. concl. 5.* Secundò, quia hoc priuilegium conceſſerunt in remunerationem pro beneficijs ſpiritualibus, vnde reuocari non poteſt, etiam propter ingratitudinem. Tiraquellus *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus* num. 13. *C. de donation. reuocand.* & alij I. C. & ex Theologis multi, quos citat, & ſequitur Palaus *tom. 1. tr. 3. diſp. 4. pun. 15.* §. 2. *n. 4.* Tertiò, quia orbis chriſtianus, à quo Principes ſuam auctoritatem acceperunt, in hanc conceſſionem conſenſit. Sanchez *in opuſ. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num 2.* Quartò, quia eſt priuilegium conceſſum non ſubditis, quod tranſit in contractum, & eſt irreuocabile, iuxtà regulam l. *ſicut ab initio, C. de action. & oblig.* & tradunt DD. *in l. fin. C. de leg. & conſtit. Principum.* & in ſpecie de priuilegijs conceſſis Eccleſiæ per Imperatores, Gloſſa *in reg. Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum, de reg. iur. in 6.* & canoniſtæ communiter. Et quando Princeps non poteſt reuocare priuilegium, nec illud minuere poteſt; l. *quod de bonis* §. *fin. ff. ad leg. falcid.* & l. *ſi optio ff. qui & à quibus, de pactis.* nam tollere & minuere, eiuſdem eſt poteſtatis. Maulius *de homag. tit. 9. num. 113.* ex Surdo *conſ. 419. poſt num. 45.* Quòd ſi Principes quãdoque priuilegia huiuſmodi reuocarunt, aut minuerunt, id proceſſit de facto, non de iure: & tales reuocationes ſunt irritæ, & inanes. Vide Suarez *contra Reg. Angliæ lib. 4. cap. 30. num. 12.* & alios apud ipſum.

Et ſi ſolùm proceſſiſſet à Principibus, non proptereà ab illis reuocari, aut minui poſſet.

Licèt Papa poſſit reuocare iuriſdictionem Eccleſiaſticam quomodocunque Principibus conceſſam.

Quia illi habuerunt ſuam poteſtatem à Populo.

Secunda pars etiam probatur; quia Summus Pontifex ſemper retinet ſupremam poteſtatem de iure diuino, quam à ſe abdicare non poteſt. Et ideo, etiam abſque iuſta cauſa validè recedere poteſt à quauis conceſſione, quomodocunque facta. Si autem interueniat iuſta cauſa, vt ſi jam priuilegium vergere incipiat in ignominiam ſtatus clericalis, tunc reuocabit etiam licitè, compenſando Principi damnum, ſi quod forte ob non ſeruatum cõcordatum pateretur. Nam Princeps reuocare poteſt priuilegium

Papa à ſolo Deo.

ſubdito conceſſum, etiam in vim contractus, ſi publico regni bono ità expediat. Et ratio eſt, quia hæc conditio ſemper in huiuſmodi contractibus ſubintelligitur, præſertim in materia juriſdictionis, præcipuè Eccleſiaſticæ, in qua quicquid remittitur ex parte Eccleſiæ, ordinariè liberaliter, & ſine compenſatione remittitur, magiſque bonum commune ſtatus clericalis, quàm vlla cum temporali Principe facta conuentio, attendi debet. Ità Suarez *vbi ſup. cap. 34. num. 24.* Dicaſtillus *de iuſt. & iure libr. 2. tr. 1. diſp. 4. dub. 18. num. 327. & 329. T. 1. Reſ. 8.* (*ſecunda ex duabus, quæ in ordine deberet eſſe decima*).

SVFFRAGAtur Clericis immunitas in quocunis delicto.

8. Dicimus quintò, priuilegium exemptionis clericorum à foro laicali in quocunque caſu locum habere, præter duos, de quibus infra. Probatur primò authoritate cap. *cum non ab homine, de iud.* ibi: *ſiue in furto, ſiue in homicidio, ſiue in alio crimine, & c.* cap. *at ſi clerici, eod.* vbi dicitur, Clericos non ſolum non poſſe pro crimine à iudice ſæculari condemnari, verùm etiam acta coram tali iudice, etiam ſi in eis clericus conuictus ſit, vel confeſſus, nihil ei nocere: cap. *clerici*, vbi dicitur, *Sacros canones imitari leges generaliter ſtatuentes, ut de omni crimine Clericus debeat coram Eccleſiaſtico iudice conuenire*. Concilij Lateranen. ſub Leone X. ibi: *Laicis nullam in Eccleſiaſticas perſonas poteſtatem attributam eſſe, idque iure tam diuino, quàm humano*. & aliorum iurium, & Conciliorum, vniuerſaliter, & abſque vlla exceptione loquentium. quæ confirmata fuerunt, & ſeruari præcepta à Regibus Hiſpaniarum in ſuis legibus *par. 1. leg. 69. tit. 6.* Secundò ratione; quia non poteſt aſſignari diſparitas, & cum exemptio conceſſa ſit intuitu perſonæ ſacratæ Deo, in quibuſcumque caſibus ſuffragari debet. Quæ regula adeò generaliter procedit, vt Clericus in criminalibus nec per viam reconuentionis ad ſæculare iudicium trahi poſſit, vt ex illis verbis cap. *qualiter & quando, de iud. Omnino prohibemus*, tenet Valboa *tom. 2. ad cap. 2. de iud. num. 69. & ſeq.* Gretſer. *contra Theolog. Venet. lib. 2. conſid. 12.* Gambacurta *de immun. lib. 7. cap. 14. num. 2.* vbi citat multos, quibus adde Suarez, Carthariium, Bonacinam, Farinacium, & alios communiter, firmantes vniuerſaliſſimam regulam, quòd clericus non poſſit à iudice laico puniri pro quocumque crimine, etiam grauiſſimo & atrociſſimo. Nec etiam exilio, eo modo, quo filius aut ſeruus clericus, à patre & domino expelli poteſt à domo. Nã hæc etiã pœna eſt, quæ imponi non debet, niſi à legitimo iudice: eſt enim diſcrimen inter expulſionem clerici è domo, in qua non habet

ius

Digitized by Google

ius habitandi, & expulſionem eiuſdem è patria vel ciuitate, in qua habet ius commorandi tamquam ciuis, & nouo iure tamquam Eccleſiaſticus, deputatus à Summo Pontifice Chriſti Vicario ad paſcendas oues ſuas, & exhibenda fidelibus ſpiritualia miniſteria. Vnde Sacra Congregatio Cardinalium ſpecialiter deputata per ſœl. rec. Vrbanum VIII. *die 9. Aprilis* 1641. declarauit, regios miniſtros Sardiniæ incurriſſe in cenſuras, ob expulſionem Epiſcopi Algarenſis: & *anno* 1642. *die* 11. *Iunij* Sacra Cõgregatio Indicis prohibuit librum Ioannis Lopez de Bayſo, qui prædictam expulſionem defendere conatus fuerat. Et ità hanc ſententiam docet Baunius *in Theolog. mor. par.* 1. *tr.* 11. *quæſt.* 57. *dub.* 11. & alij communiter. *Tr.* 1. *Reſ.* 9.

2 Nec ex caſibus priuilegiatis Galliæ, in quibus à curia ſæculari puniuntur clerici, trahitur argumentum contra prædictam aſſertionem; ſed imò potius pro illa; nam caſus illi non dicuntur priuilegiati ex eo, quòd excepti fuerint à Regibus in conceſſione exemptionis ab ipſis facta; ſic enim potius dici deberent excepta, & non priuilegiata; ſed, quia circa illa Rex Chriſtianiſſimus habet priuilegium Summi Pontificis, vt docuit Baſtidia *in antid. ad conſid. Pauli Veneti par.* 2. *num.* 63. Bellarminus *de pot. Pontif. cap.* 35. & alij multi. Quod quidem priuilegium, & alia alijs Principibus conceſſa, Vaſquez *in apol. manuſcript. pro immunit. Eccleſ. diſp.* 1. *cap.* 2. Sauta *in voto Platonis de primis inſtant. fol.* 48. §. 1. & alij dicunt, eſſe reuocata per Bullam Cœnæ: Azorius, Palaus, Baſtidia, Bellarminus, & alij, non eſſe reuocata: quod nouiſſimè Baunius *in par.* 2. *tr.* 6. *diſp.* 7. *quæſt.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. ſapientioribus relinquit iudicandum. *Tr.* 1. *Reſ.* 16. Exempla verò Principum Chriſtianorum, qui in aliquibus caſibus contra Clericos proceſſerunt, aliqua excuſari poſſunt ex commiſſione Pontificum, vt iudicium Iuſtiniani contra Paulum Epiſcopum Alexandr. vel ex ignorantia iudiciorum Eccleſiaſticorum, vt excuſari ſolet factum Conſtantini dantis iudices Cœciliano, de quo ipſe poſtea à SS. Epiſcopis veniam petijt, teſte D. Auguſtino *epiſt.* 162. Vel dicendum eſt, proceſſiſſe de facto, non de iure: ac proinde non poſſe, aut debere ex illis argumentum pro exemptionis limitatione deduci. Vide Gretſerum *in confut. contra Theolog. Venet. lib.* 2. *conſid.* 8. 5. & 13. Bouium *in reſponſ. ad Paulum Seruitam par.* 4. *ad* 8. *argum.* & Suarez *lib* 4. *cap.* 30. *Reſ.* 17. Neque enim conſuetudo vllam contra exemptionem Eccleſiaſticorum præualere poteſt, vt dictum eſt V. *Conſuetudo*.

Etiam hæreſis.

9. Itaque clericus gaudet immunitate in crimine hæreſis. imò in hoc crimine non poſſunt laici, nec contra laicos quidem, procedere; quia ex obiecto eſt ſpirituale: vnde id illis prohibitum eſt in cap. *vt inquiſitionis officium, §. prohibemus, de hæret. in 6.* in conſtit. Iulij III. *Licèt ab initio*, in qua apponitur pœna excommunicationis papalis. Simanch. *cathol. inſtit. tit. 36. num. 1.* Et nõ ſolùm principaliter, ſed nec incidenter cognoſcere poſſunt, vt ex citato cap. *vt inquiſitionis*. Paris *lib. 4. conſ. 2. num. 107.* Nec aliquid ſtatuere. cap. *ſtatutum ciuitatis*; cap. *accuſatus §. ſacerdotes de hæreti. in 6.* licet multa ſtatuerint tamquam Protectores Eccleſiæ, quo etiam titulo poſſunt punire laicos hæreticos alijs pœnis præter canonicas, dummodò non ſint illis contrariæ, vt concedit Pennà *in direct. par. 3. quæſt. 86. comm. 135.* Vide Palaum *tom. 1. tr. 4. diſp. 8. pun. 14. num. 3.* & Duuallium *de Rom. Pontif. par. 3. quæſt. 2.* T. r. 1. *Reſ. 9. §. 6.*

Læſæ Maieſtatis.

10. Item gaudet in crimine læſæ maieſtatis, vt firmat Farinacius ex multis *quæſt. 8. à num. 28.* Valenzuela, Torreblanca, Maynardus, Marthæ, & alij penes ipſos. Vnde Reges verè pij, Ludouicus XIII. Galliarum, & Philippus III. & ante illum Philippus II. Hiſpaniarum, in contingentia rebellionum habuerunt recurſum ad Summum Pontificem, vt deputaret iudicem ad inquirẽdum contra Eccleſiaſticos. multa ex his exempla congerit Capponſius *ad Rempubl. Venet. par. 2. cap. 7.* & notanter de Henrico III. Galliæ Rege, qui, quoniam propter homicidium Cardinalis Guiſij in excõmmunicationem inciderat, miſit ad Summum Pontificem Oratorem pro impetranda abſolutione: & in hora mortis petebat illius delicti ab eodem Pontifice remiſſionem. T. r. 1. *Reſ. 10.* Quæ doctrina nouo titulo procedit in Epiſcopis; qui ratione ordinis Epiſcopalis ſunt pares Apoſtolis, & ex munere ſuo paſtores Principum. Vnde nullus hodie infra Papam poteſt Epiſcopum de quouis delicto cognoſcere, ſtante Bulla Pij IV. apposita in Bullario *tom. 2.* incip. *In ſuprema militantis Eccleſiæ*; in qua decernitur, vt Epiſcopus propter crimen perduellionis aut hæreſis, non ſolùm condemnari, ſed neque citari poſſit ad comparendum, per quoſcunque iudices ordinarios, aut delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, niſi de expreſſa ac ſpeciali commiſſione Papæ ſignata: quod etiam ſtatuit Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 5. de reform.* Et tamen crimina hæreſis, & perduellionis ſunt inter omnia grauiſſima, tamquam læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ: Idque adeo verum eſt, vt obſeruet Riccius *in praxi par. 4. reſ. 491.*

nec

nec Concilium prouinciale formare poſſe proceſſum contra Epiſcopum in grauioribus, ad effectum illum transmittendi ad Summum Pontificem. *Reſ.15. d. §. 5.* Adducere autem aliquas leges regias aliter diſponentes, vel aliqua facta Principum, in quibus ipſi in crimine rebellionis contra Eccleſiaſticos animaduerterũt, eſt deducere ad inconueniens. & reſpondetur facilè, improbando ſiue ſtatutum, ſiue factum: neque enim quæcunque ſtatuit aut facit Princeps, ſtatim iuſta, & licita ſunt, vt obſeruat Acacius *de privil. lib.3. cap. 6. num.*19. *Reſ.*13. §. 5. Vnde ſimile ſtatutum in Regno Neapolis, ex auctoritate & iuribus improbat Martha *de iuriſd. par. 4. cent 2. caſ.*133. *num.* 28. *Reſ.* 10. §. 5. Et improbari poteſt factum Salomonis, qui Abiathar Sacerdotem ab officio, & gradu ſuo priuatum, exulem miſit in Anathoth, propterea quòd conſpirauerat cum Adonia, aitque illi: *vir mortis es. ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini coram David patre meo &c. 3. Reg.* 2. quibus ſignificauit ſe habuiſſe poteſtatem in illum etiam necis. Quamquam id factum dici poſſit à Salomone, non vt à Rege, ſed vt à Propheta, & executore diuinæ iuſtitiæ proceſſiſſe, *vt impleretur ſermo Domini*, quemadmodum *loco cit.* ſacra Scriptura proſequitur, qui Heli 1. *Reg.* 2. inter alia mala domui ſuæ ventura, prædixit extinctionem Summi Sacerdotij, quod verificatum eſt in morte Abiathar. Et ità reſpondet Bellarminus *lib.2. de Rom. Pontiſ. cap.*29. & alij. *Reſ.*13. ... n. 11. Aduerte hic obiter, perperam allegari à Rabardeo factũ Ioas Regis Iuda, qui repreſſit rapinam leuitarum, exercens in illos iuriſdictionem. Nam reſpondetur, id illum Regem feciſſe, approbante Ioiada Summo Pontifice, & in hoc non iuriſdictionẽ, & vim coactiuam: ſed ad templi reſtaurationem ſtudium, & operam adhibuiſſe, vt tradit Pueronus *de Regul. Ariſtocrat. to.2. c.*12. *num.*57. Quòd ſi hæc ſolutio non ſufficit, non debere trahi exemplum a Rege iniquo, qui (vt aduertit Bouius *in reſp. ad Paul. Seruit. par.2. argum.*60.) deſcribitur in ſacra Scriptura pro idololatra, & tyranno, quòd Zachariam filium Ioiadæ Sacerdotis, à quo idololatriæ reprehenſus fuerat, occidi iuſſerit, ob quod, & ipſe à proprijs ſeruis interemptus, & regio funere priuatus fuit. Adde, quòd etiam ſi Sacerdotes veteris legis non fuiſſent immunes à regia poteſtate, non rectè idem inferretur de Eccleſiaſticis nouæ legis. nam illorum ſacerdotium erat carnale, & per carnalem propagationem continuabatur, ſummaque illius poteſtas erat terrena; at noſtrum Sacerdotium eſt ſpirituale, eiuſque poteſtas

ſtas

ſtas ſpiritualis, & omninò illud excedit, vt res ſuam figuram. Duuallius *de Summo Pontif. par. 3. quæſt. 2. Reſ. 14.*

Etiam ſi ſint feudatarij.

12 Aduerte etiam, ſupradicta de exemptione clericorum a poteſtate laicali, etiam in crimine læſæ maieſtatis, adeo vera eſſe, vt procedant etiam cum clericis feudatarijs rebellantibus contra

Et alijsquibuſcũq.

Principem; quia dominus feudi non habet in vaſſallum clericum ratione delicti perſonalem diſtrictionem. Panorm. *in cap. verũ, num.* 17. 23. *&* 24. Barbatia, Baldus, Ioann. Andreas, & alij; *Reſ.* 10. §. 6.

Excepto aſſaſinio, & incorrigibilitate.

13 Cum igitur clericorum exemptio in omnibus delictis, etiam atrociſſimis, locum habeat; limitatur tamen in caſu aſſaſinij, vel incorrigibilitatis; in his enim iudex laicus pocedere poteſt contra Clericum, eumque punire abſque præuia degradatione ſolemni, ac ſi illi per Eccleſiaſticum iudicem traditus eſſet, quia de aſſaſſino id decernitur in cap. 1. *de homicid, lib. 6.* de incorrigibili in cap. *cum non ab homine, de iudic.* quæ iura vtpote pœnalia ad nullum alium caſum extendi debent. & error eſſet dicere, quod dicit Rabardeus, iudicem laicum poſſe abſque præuia degradatione procedere contra clericum in alio delicto à nominatis; quia contrarium expreſsè decernitur in ipſo cap. *cum non ab homine*, cap. *nouimus de verb. ſignif.* cap. *ad falſarior. de crim. falſi*, & cap. *ad abolendam, de hæret.* Quare hanc ſententiam tenent nõ ſolùm Valboa, Baunius, Farinacius, qui citat Scacciam, Deciarnum, Couarruuiam & alios; item Bonacina, Torreblanca, & omnes catholici; ſed etiam Ritherſuſius, & Thomas Michael, hæretici: ille *in Nouell. Iuſtiniani par. 1. cap. 6. num. 76.* hic *de iurifd. concl.* 5. Imò Palaus *tom. 2. tr. 12. diſp. vn. pun. 6. num.* 8. ex Farinacio docet, clericum incorrigibilem non eſſe degradandum, ſi ſit in minoribus; ſecus, ſi ſit in Sacris. Vbi aduerte, adhoc, vt aliquis ſit incorrigibilis, multa requiri, de quibus in prædicto cap. *cùm non ab homine*, præſertim quod præcedere debet trina monitio. *Tr. 1. Reſ.* 11. *&* 15.

Si præcedat ſententia iudicis Eccleſiaſtici.

14 Verùm, & ſi iudex laicus cognoſcere poſſit de clerico aſſaſſino, vel incorrigibili, abſque præuia degradatione: attamen non poteſt procedere abſque præuia declaratione iudicis Eccleſiaſtici ſuper aſſaſſinio, vel incorrigibilitate. Nam qualitas, quæ iuriſdictionem defert, ante omnia diſcuti, & probari debet: tum quia ſic decernitur in cap. *ſi iudex, de ſent. excomm. in 6.* tum quia eſſe, vel non eſſe exemptum, eſt res ſpiritualis, atque adeo ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat. Ità de aſſaſſino Albanus *conſil.* 13. Farinacius

cius *quæſt.*8. *num.*85. & alij: extatque de hac re Bulla Clement. VIII. quæ incipit, *Æqua & circumſpecta, ſub die* 18. *Decemb.* 1595. & pater, nam aliàs clericus amitteret priuilegium fori ex ſola imputatione aſſaſſinij. De incorrigibili verò, Valboa, Palaus, Suarez, & Dicaſtillus *de iuſt. & iur. lib.*2. *tr.*1. *diſp.*4. *dub.*19. *n.* 354. Vnde aduertant Epiſcopi, quòd ſi ſæcularis iudex in caſu clerici aſſaſſini aliquo pacto præueniat, illum pœnis Eccleſiaſticis cogant ad desiſtendum. *Reſ.* 11. *cit.* §.4. 9. & 10.

Qui non debet Clericos degradari, niſi ſint incorrigibiles.

15 Petes: An clerici propter enormia crimina ab Eccleſiaſtico iudice degradari, & brachio ſæculari tradi debeant, abſque eo quod ſint incorrigibiles? Affirmatiuè reſpondent aliqui apud Farinacium *quæſt.*8. *num.*81. quorùm opinio ſi admittenda eſſet, procederet præmiſſa licentia Summi Pontificis, vt ipſe obſeruat, & multoties practicatum teſtatur Felicianus *de depoſ. & degrad. cap.*14. & practicatum eſt Florentiæ in caſu clerici banniti, *apud Caballum caſ.*60. *num.*23. Hiſpali in caſu religioſorum interficiẽtium ſuum Prouincialem, *apud Diaz in pract. crim. cap.*97. & Papiæ in caſu clerici aſſaſſini, *apud Maceratenſem var. lib.*3. *reſol.* 2. *Tr.*1. *Reſ.*15. §.2. Nam, ſecluſa licentia Papæ, degradari non debent, & tradi curię ſęculari, vt benè probat Decius *in cit. cap. cum non ab homine.* Et ratiò eſt, quia verba dicti textus ſunt generaliſſima per pronomen *quibuſcunque*, quod comprehendit omnem ſignificationem verbi, cui adijcitur, etiam ſi ſit improprijſſima, Bald. *in l.*1. *quæſt.*34. *ff. de rer. diuiſ.* Bart. *in l. generali*, §. *vxori*, *ff. de vſufruct. leg.* vnde dictum pronomen comprehendit omne delictum. Deinde dicit, Clericum deponendum eſſe à iudice Eccleſiaſtico. Et tandem ſubdit: *quod ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, &c.* quæ verba ad præcedentia referri debent, vt notat Decius *in l. Iulianus, ff. de hered. inſtit.* Confirmatur, quia in cap. *de liguribus* 23. *quæſt.*5. Romanus Pontifex contra rebelles Sedis Apoſtolicæ, & ſchiſmaticos, ceſſante incorrigibilitate ſolam pœnam excommunicationis imponit. item in cap. *Tuæ de pœn.* Innocent. III. reſcripſit, Clericos in latrocinijs, vel alijs magnis ſceleribus deprehenſos, à ſuis Ordinibus degradandos, & in arctis monaſterijs ad pœnitentiam peragendam detrudendos fore. Denique *in Clemen.*1. *in princ. de pœn.* Clemens V. aduerſus eos, qui ceperint, banniuerint, percuſſerint, aut interfecerint Epiſcopum, multas & graues pœnas conſtituit, & tamen non ſtatuit, Clericum huius ſacrilegij reum degradandum, & Curiæ ſæculari tradendum eſſe. textus autem cap. *ſi quis Sacerdotum* 11. *qu.*1.

locum

locum habet; quando clericus eſt incorrigibilis, vt tenet Gloſſa *ibi in verbo mox, & alibi.* Et ſupradicta ſententia non ſolum à Doctoribus Catholicis, quos citat & ſequitur Cartharius *deciſ. crim. 66. num.* 48. & alijs; ſed etiam ab auctore damnato, & eccleſiaſticæ libertatis aduerſario, Tobia Paumeiſter *lib. 2. de iuriſd. c. 9. num.* 101. ſuſtinetur. Quare Epiſcopi in delictis non exceptuatis caueant clericum degradare & tradere Curiæ ſæculari; ſed in caſu occurrente conſulant Summum Pontificem. *Tr.* 1. *Reſ.* 11. *§.* 5. *&* 6.

Etiam, ſi dimiſſo habitu & tonſura, ſe enormibus immiſcuiſſent.

16 Ex dictis refellenda venit opinio Hoſtienſis & Butrij *in cap. perpendimus, de ſent. excom.* quòd clericus, etiam in ſacris conſtitutus, qui dimiſſis tonſura & veſtibus clericalibus, varijs & enormibus delictis ſe immiſcuit, ipſo iure priuilegio clericali etiam fori, deſtitutus eſt, ita vt abſque alia degradatione poterit per iudicem ſæcularem puniri, non præmiſſa trina monitione. Et ità illam reprobat Ancharanus *in c.* 1. *de apoſtatis*, vbi ex mẽte Panormitani & Cardinalis aſſerit, talem clericum amittere priuilegium canonis, non fori. Idemque tenent Socinus, Syluester, Alex. Torreblanca, Dicaſtillus, & alij. Neque obſtat cap. *vnico, de vita & honeſt. cleric.* nam, cum illa conſtitutio ſit pœnalis, ad alios caſus extendi non debet. Et, dato & non conceſſo, quòd contraria opinio tenenda eſſet, nihilominus præcedere omnino deberet ſententia iudicis Eccleſiaſtici, vt ſupra, declarantis, clericum enormibus ſe immiſcere, ſine habitu & tonſura incedere; vel cum his, ter admonitum fuiſſe, ne enormia committeret. Et ſi abſque his contra clericum procederet iudex laicus, incurreret excommunicationem cap. *quoniam*, & cap. *fin. de immunit. Eccleſiaſt. in* 6. vt in caſu occurrente contra miniſtros Reipublicæ Venetæ declarauit Collegium Paduanum *in conſ.* 1. *poſt numer.* 11. *verſ. adhuc dicendum videtur, & num. ſeq. inter conſ. crimin. diuerſ. in magnis tom.* 1. *T.* 1. *Reſ.* 11. *§.* 7. *&* 8. Et improbandus omnino eſt Ripol. *in cap.* 11. *de regalib. num.* 70. vbi ex cap. 141. 2. *part. cauſ.* 2. *quæſt.* 7. in quo Summus Pontifex ſubmittit ſe Imperatori, infert non eſſe abſurdum, quòd ab eo permittatur clericus in aliquibus caſibus iudicari. Nam ibi Pontifex non ſubmittit ſe Imperatori tamquam Iudici competenti, ſed tamquam arbitro, & quoad vim directiuam, non coactiuam, vt rectè Bellarminus *de Rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 29. & Suarez *contra Reg. Angliæ lib.* 4. *c.* 7. *num.* 9. *T.* 10. *Reſ.* 3. *§. Quartò.*

IN-

INGREDI CLAVSTRA REGVLARIVM.

1 † INterdictus eſt mulieribus ſub pœna excommunicationis ingreſſus in monaſteria Regularium, per varias Bullas Summorum Pontificum †. Verum Pius V. viuæ vocis oraculo declarauit Cardinali Aldobrandino apud Rodriquez & alios, licere mulieribus ingredi clauſtra religioſorum ad effectum comitandi proceſſiones Roſarij, Corrigiæ, Cinguli S. Franciſci, &c. quod adhuc licere tenet Texeda *in contr. mor. tom. 1. lib. 2. tr. 1. contr. 17. num.* 8. vbi alios etiam caſus adducit. Sed quia illam declaratio Cardinalis Alexandrini eſt viuæ vocis oraculum, corruere videtur per Bullam Vrbani VIII. ex alia verò parte me torquet declaratio Sacræ Congregationis Rituum, *ſub die 3. Septembris* 1628. quam per extenſum apponit Nouarius *tom. 2. tit. de clauſ. ſuper Bullam Pij V. num.* 6. quæ aſſerit, id non licere abſque licentia Summi Pontificis. Nihilominus aliqui dubitant de hac declaratione, & ad eam respondet P. Leone *de cenſ. recollect. 4. litt. M.* tenetque licere. († certè oraculum Cardinalis non eſt reuocatum per Bullam Vrbani VIII. quia nõ eſt lex, vel indultũ, ſed atteſtatio de mente Summi Pontificis interpretantis legem ſuam †.) Vide Portellium *in reſponſ. moral. par. 2. caſ. 13. num. 13. Tr. 12. Reſ. 6.*

INGREDI an poſſint mulieres in clauſtra Religioſorum cauſa comitandi proceſſiones?

IRREGVLARITAS.

1 IRREGVLARITAS, quæ oritur ex delicto, non requirit, quòd delictum ſit notorium notorietate facti vel iuris; ſed ſufficit, ſi ſit externum & ſenſibile. Et contrariam ſententiam improbabilem exiſtimo cum Præpoſito *in 3 p. q. 5. de irreg. dub. 2. num.* 5. Quamuis probabilem cenſeat Baunius *par. 2. tr. 11. quæſt. 3. aſſert. 4.* cum exceptione tamen homicidij, & illorum delictorum, quibus excommunicatio eſt adnexa; nam ſi in ea celebratur etiam occultè, incurritur per ipſum irregularitas. *T. 11. Reſ. 48.*

IRREGVLARITAS ex delicto ſolùm requirit, vt delictum ſit ſenſibile.

2 Irregularitas ex mutilatione non incurritur ob mutilationẽ hominis iam mortui; quia membrum mortui non dicitur, nec eſt propriè membrum, eo modo, quo homo mortuus non dicitur

Non incurritur ex mutilatione cadaueris.

citur, nec eſt ſimpliciter homo. Toletus *lib. 1. c. 7. n. 11.* & Mazuchellus *de caſ. reſer. diſp. 2. cap. 7. quæſt. 3. num. 119. Tr. 2. Reſ. 28. in fine.*

Non per matrimonium cum ſtuprata à ſemetipſo.

3 Irregularitas ex defectu ſignificationis propter bigamiam, non contrahitur ab eo, qui duxit & cognouit vxorem, à ſe ante matrimonium ſtupratam: nam per nō hoc diuiſit carnem ſuam; cum nec ipſe diuiſerit carnem ſuam in duas, nec vxor in duos. quod ſufficit ad ſignificandum ſpirituale coniugium Chriſti cum Eccleſia, tamquam vnius cum vna. Ità D. Thomas 3. *p. in addit. quæſt. 66. art. 3. ad 2.* Syluius *v. bigamia nu. 11. verſ. 7.* & alij. *Tr. 12. Reſ. 19. §. Ad ſecundum.*

Licèt contrahatur per copulam cum vxore adultera, etiam ignoranter habita.

4 Contra verò, bigamus dicitur, & irregularis eſt, qui cognouit vxorem ſuam poſt adulterium ab ea perpetratum, etiam ſi ipſe ignorauerit adulterium vxoris. Et ratio eſt; quia hoc matrimonium non eſt amplius aptum ad ſignificandam coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, & ipſe verè diuiſit carnem ſuam. Hæc enim irregularitas non oritur ex delicto, quod debeat eſſe voluntarium, ſed ex defectu ſignificationis, qui conſurgit ex facto etiam inuoluntario. cap. *vn. 15. quæſt. 1.* Dices: Iuſtè occidens inuaſorem, non ſolùm eſt immunis à culpa, ſed etiam ab irregularitate ex defectu lenitatis. Deinde, actus inuoluntarius non eſt humanus, ergo ex eo non poteſt incurri irregularitas. Reſpondeo, eſſe diſparitatem de illo homicidio; quia in eo nullus lenitatis defectus inuenitur; at in caſu noſtro reuerà inuenitur defectus ſignificationis. Actus autem ille concubitus voluntarius eſt, atque adeo humanus, quamuis ignoretur corruptio vxoris. Ità Sanchez *de matr. lib. 7. diſp. 84. num. 15.* & Caſpenſis *tom. 2. tr. 25. diſp. 5. ſec. 14. num. 97.* Et ego exiſtimo contra Diaz *in pract. can. cap. 16.* quòd, etiam ſi talis bigamus ignoranter promotus fuiſſet, non poſſet Ordines exercere abſque diſpenſatione. Aduerte etiam hîc cum Caſpenſe *num. 98.* non eſſe improbabile, quod alibi *in Summa* docuimus, irregularitatem bigamiæ non contrahi, niſi ex vtriuſque ſeminis commiſtione. *Tract. 12. Reſ. 20.*

Contrahitur per ſeruitutem. Et tranſit per libertatem. Et conſenſum domini in ſuſcipiendis Ordinibus.

5 Seruus ratione ſtatus præſentis eſt irregularis; quia Eccleſiaſticus non debet eſſe ſeruus, niſi Dei. Poteſt autem dominus dare ei libertatem, & tunc poterit ordinari. Et ſufficit ſecundùm Villalobos *tom. 1. tr. 24. num. 1. & 2.* conſenſus tacitus in ordinatione, vt ſi poſt acceptos minores ordines, nō repugnet, &c. quod ſi cum tali conſenſu ſeruus ordinaretur, tunc dominus teneretur remittere illi opera ſeruilia & alia, quæ dedecent Sacerdotes

dotes. Marchinus verò *de ſacr. Ordin. tr. 1. p. 10. cap. 3. num. 1.* notat, quòd ſi ſeruus ordinetur, domino ignorante aut contradicente, deponitur. cap. *ſeruorum, de ſeru. non ordin.* cap. *ſerui*, cap. *nulli de ſeruili*, cap. *nullus Epiſcoporum, diſt. 54.* Quod ſic intelligendum: Si ſeruus domino ignorante aut contradicente, minoribus initietur, tenetur ſeruire vt prius; ſi autem maioribus, tunc habet ius ſe redimendi, datò pretio, vel alio ſeruo. Interim verò, ſi ſit Sacerdos, debet ſeruire in ijs, quæ ſuum ſtatum non dedecent. Nauarrus *in man. cap. 25. num. 103. §. 16.* Porrò ſi ſeruus, domino ſciente & non contradicente, ordinatur, conſequitur libertatem ſecundùm omnes. Id ipſum, ſi ſeruum Epiſcopus ſcienter ordinaret, domino inſcio, vel abſente; ſed tunc Epiſcopus tenetur domino ad duplum pretij. cap. *ſi ſeruus abſente, diſt. 54.* cap. *per venerabilem, verſ. præterea, qui filij ſint legitimi.* Vide Auilam *de cenſ. p. 7. diſp. 3. dub. vlt.* T. 7. *Reſ.* 53.

6 Irregularis eſt incapax beneficij & penſionis, ità vt ſaltem non poſſit licitè illa obtinere, vt diximus *V. Beneficium, num. 1.* Quod ſi diſpenſatur in irregularitate ad effectum vt ordinetur, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, etiam ſimplicia, vel etiam penſiones; quia hæc ſunt ſeparabilia; & executio vnius poteſt ſtare ſine executione alterius; & diſpenſatio eſt exorbitans; ac proinde ſtrictè interpretanda: vnde in cap. 1. *de filijs presbyt. in 6.* habetur, quòd ſi Pontifex cum illegitimo diſpenſet ad beneficium, virtute illius diſpenſationis non poterit obtinere, niſi vnū beneficium. Et ità habet communis ſententia cum Suarez. *de cenſ. diſp. 41. ſec. 3. num. 3.* & obſeruat ſtylus Datariæ & Cancellariæ. Quamquam Sanchez & alij, quos citat & ſequitur Sanctarellus *var. par. 1. quæſt. 38. num. 29. & 30.* cenſeant, diſpenſatum ad ordines, cenſeri etiam diſpenſatum ad beneficia ſimplicia; quia, licèt ordo & beneficium ſimplex diuerſa ſint; ſunt tamen quaſi inſeparabiliter annexa; cum non deceat quempiam ad ſacros Ordines promoueri abſque beneficij titulo, ex Tridentino *ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.* quamuis habeat patrimonium aut penſionem; niſi quaſi diſpenſatiuè, ratione neceſſitatis vel vtilitatis Eccleſiæ: vnde Epiſcopus, qui aliquem promoueret abſque titulo, teneretur illi beneficium conferre. cap. *accepimus, de ætat. & qualit. ordinand.* Et hæc opinio eſt ſatis probabilis. Nota tamen, quòd Auila *de cenſ. p. 7. diſp. 3. dub. 6. verſ. tertia nota dum*, docet, diſpenſatum ad beneficium ſimplex, non cenſeri diſpenſa-

IRREGVLARIS diſpenſatus ad Ordines, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, vel penſiones.

tum ad canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, niſi id exprimatur. *T.10.Reſ.61*

ITINERANTES.

ITINERANTES in diuerſorio quid poſſint?

1 ITINERANTES, & per diuerſoria tranſeuntes, in quibus pro certo pretio comeditur ad ſatietatem, vulgò *à paſto*, poſſunt cibos, quos ob famem præſentem forent manducaturi, ſibi reſeruare: nam parum intereſt hoſpiti, an hic, vel alibi comedant. Quos verò comeſturi non erant, negat Cardinalis de Lugo reſeruare poſſe *de iuſt. tom. 1. diſp. 31. ſect. 5.* niſi ob iuſtam compenſationem pretij euidenter iniuſti. *Tract. 7. Reſ. 38. §. Ex his.*

IVDEX ECCLESIASTICVS.

IVDEX eccleſiaſticus non peccat iudicando in peccato.

1 IVDEX Eccleſiaſticus iudicans peccatorem, in peccato mortali exiſtens, ſecundùm D. Thomam *in 4. d. 19. q. 2. ar. 2.* & alios, peccat nouum peccatum. Primò, quia id inquit Apoſtolus *ad Roman. 2. In quo enim alium iudicas, teipſum condemnas.* Secundò, quia actus poteſtatis eccleſiaſticæ eſt ſacer; atque adeo requirit ſanctitatem in miniſtro; alioquin, quantum in ſe erit, ponet obicem actui illi ſanctificanti. Sed contraria ſententia tenenda eſt cum Duuallio *in 2.2. tr. de carit. q. 9. art. 4.* & alijs, quia ſi ità eſſet, quilibet peccator in omni opere cuiuſcunque virtutis peccaret, atque ideo nullum bonum opus efficere deberet, niſi prius ſanctificaretur. patet conſequentia, quia non eſt maior ratio de actu iuſtitiæ in iudice eccleſiaſtico, & de quolibet actu alterius virtutis. Deinde, actus ille eſt ſacer remotè, quia eſt diſpoſitio ad ſanctitatem, ut actus concionandi, canendi Euangelium, &c. non autem formaliter ſanctificans, ut miniſtrorum Sacramentorum; quare, ſicut in prædictis ex communi ſententia non neceſſariò requiritur ſtatus gratiæ, ità nec in iudicio reſpectu iudicis Eccleſiaſtici. Ex quo patet ad ſecundum argumentum ſupra factum. Ad auctoritatem autem Apoſtoli reſpondetur, eum loqui de peccatore, qui, cum iiſdem ſceleribus inquinatus ſit, iudicat & condemnat alios priuatim; nam per hoc condemnat ſemetipſum: quemadmodum concionator, qui prædicans non furandum, furaretur. *T. 3. Reſ. 17.*

2 Iudex eccleſiaſticus eſt competens, quando dubium eſt, cui competat iuriſdictio; ſuntque hinc inde probabiles rationes, ad iudicandum quis iudicare debeat, & ad quem cauſa pertineat. tum quia materia talis iudicij eſt eccleſiaſtica, tum etiam, quia ipſe eſt dignior & ſuperior laico. Vnde id definitur in cap. *ſi iudex laicus de ſent. excomm. in 6.* & tenent DD. communiter, teſte Couarruuia *in pract. quæſt. cap. 33. num. 1.* & ex neotericis Suarez *contra Regem Angl. lib. 4. cap. 34. num. 2.* Dicaſtillus *de iuſt. & iur. lib. 2. tom. 1. diſp. 4. dub. 19. numer. 367.* Sanchez *in opuſc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 55. numer. 31.* & Portoles *in ſcholijs ad Molinum tom. 1. poſt §. clericus, tit. de la competencia de juriſdiciones ſor. 1. num. 9.* Nec valet dicere: Quando duo iudices ordinarij, vel delegati, contendunt de iuriſdictione, eligere debent arbitros. Angel. *in l. 2. num. 7.* Caſtrenſ. *num. 8.* Iaſ. *num. 27.* & alij. Vnde idem, ſi eccleſiaſticus & laicus, vt perperam docuit Vaſquez, alioqui vir doctiſſimus, *in apol. manuſcrip. pro iuriſd. eccleſ. diſp. 2. cap. 5.* nam hæc doctrina procedit, quando iudices ſunt pares; quia par in parem non habet imperium: at eccleſiaſticus iudex eſt dignior laico: quare potius hic locum habet doctrina cap. *ſanè, de offi. deleg.* quòd in competentia iuriſdictionis inter iudicē ordinarium & iudicem delegatum, ordinarius cognoſcere debet, an ſua ſit iuriſdictio; quia maior eſt delegato. Et ſanè, ſi eligi deberent arbitri, vt vult Vaſquez, hi deberent eſſe eccleſiaſtici, an laici? ſi laici, quomodo iudicare poterunt de materia ſpirituali? ſi eccleſiaſtici, erunt æquè ſuſpecti, ac ipſe iudex. & multa alia inconuenientia orirentur ex poſitione prædictæ ſententiæ in praxi. Neque iterum dicas: Nemo debet eſſe iudex in cauſa propria. cap. 1. & 2. *diſt. 4. q. 4.* Nam cauſa hæc non eſt propria illius iudicis, ſed communis Eccleſiæ, vt benè reſpondet Palaus *to. 2. tr. 11. diſp. vn. pun. 13. num. 7.* in qua proinde nullum eſt inconueniens, eccleſiaſticum iudicem iudicare, vt ex multis probat Marius Antoninus *var. reſol. lib. 1. reſ. 48.* Denique, ſi afferas conſtitutionem Caroli Regis Aragoniæ, quòd in tali competentia eligantur arbitri: Reſpondeo, vel in illud ſtatutum conſenſiſſe Summum Pontificem, vel difficilè ſuſtineri poſſe; quia per illud non patet appellatio ad Papam, quæ certè per quoduis ſtatutum tolli non poteſt. Baldus *vol. 3. conſ. 86.* Barbatia *vol. 3. conſ. 44.* & alij communiter. *T. 10. Reſ. 5.*

IVDEX

IVDEX LAICVS.

IVDEX laicus non poteſt cognoſcere clericum, vt ſupradictum.

1 LAICVS iudex non poteſt vllo pacto cognoſcere clericum, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, quantumuis atrocibus, præter caſum aſſaſſinij & incorrigibilitatis, iuxtà formam præſcriptam ſupra V. *Immunitas eccleſiaſtica, numer. 2.* Trahentes autē ad ſua tribunalia vltra prædictos caſus, ſecundum Bañes *in. 22. q. 67. ar. 1. concl. 4.* & Salonium *ibid. contr. 1. concl. 5.* non ſolum incidunt in excommunicationem multorum canonum, & præſertim Bullæ in Cœna Domini; ſed etiam ſunt ſuſpecti de hæreſi lutherana, quòd clerici à laicis ſint iudicandi; quia facto ipſo confirmant illam falſam doctrinam, quam proinde mente approbare præſumuntur, quemadmodum eſſet ſuſpectus de hæreſi, qui ſanus ederet carnes diebus prohibitis; quia facto confirmaret hæreſim proteſtantium: & qui ſub vtraque ſpecie communicaret non ſacerdos, quia confirmaret errorem &c. Ex quibus Thomaſius Sacræ Rotæ Auditor apud Bellameram *conſ. 40. num. 35. verſ. imò quodammodo*, ait, contra iudices huiuſmodi à Quæſitoribus fidei inquiri poſſe, tamquam contra ſuſpectos de fide: quod etiam docuit Gueuara *in propugn. lib. eccleſ. aſſert. 2. §. 2. num. 21.* & alij. Eidem de Doctoribus, hanc pernicioſam doctrinam quoquo pacto docentibus, cenſuerunt Sacræ Rotæ Auditores *pro cauſa Veneta an. 1606. in aſſert. libert. eccleſ. circa finē.* Quod in praxi deductum eſt Granatæ an. 1632. apud Torreblancam *in pract. iur. ſpir. lib. 15. c. 4. num. 7.* vbi, cum quidam miniſter laicus allegationem pro conſuetudine trahendi clericos ad forum ſæculare in certis caſibus euulgaſſet, S. Officij Inquiſitionis cenſuram ſubijt, & à propria dignitate deturbatus fuit. Quando verò contra huiuſmodi iudices & Doctores in praxi procedēdum ſit, prudentiæ DD. Inquiſitorum relinquitur, penſatis circumſtantijs, ac impetrato etiam conſenſu S. Congregationis Romanæ, & in Regnis Hiſpaniæ, Supremi Inquiſitoris. *Tr. 1. Reſ. 28. §. 7.*

Et ſi cognoſcat, fit ſuſpectus de hæreſi.

Sicut Doctor hanc actionem defendens.

2 In ſpecie verò iudex laicus non poteſt concedere repreſſalias contra eccleſiaſticos, vt docuit Rippol. *de regal. cap. 27. nu. 42.* nam contrarium deciditur in cap. *ex ſi pignorationes, de iureiur.* & ſententiam Rippol. meritò refellit cum multis Marcha *de iuriſd. part. 4. cent. 1. caſ. 41. à numer. 26. Tract. 10. Reſolut. 3. §. Et tandem.*

Item non poteſt concedere repreſſalias contra eccleſiaſticos.

3 Item

3 Item non poteſt ſupplere defectum & negligentiam iudicis eccleſiaſtici, ſi clericus ad ipſum recurrat, vt voluit idem Rippol *cap.6.num.37.* quamuis contrarium deinde doceat *cap.* 12. *num.*98. Et ratio eſt; quia in caſu negligentiæ non acquirit iuriſdictionem de iure diuino vel canonico; nam hæc ſunt contraria. nec de iure cæſareo; nam hoc in materia immunitatis & in cauſis eccleſiaſticis nullius eſt roboris. Deinde, ſupplere negligentiam alicuius iudicis ſpectat ad eius ſuperiorem: at laicus non eſt ſuperior, ſed inferior eccleſiaſtico: ergò potius iudex eccleſiaſticus ſupplere poterit negligentiā iudicis laici, quam è contrà. Nec obſtant textus *in Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis coll. 9. & nouella 123. §. ſi quis autem perviciaria*, & alibi. nam hæ ſunt leges Imperiales, quibus clericorum exemptioni præiudicari non poteſt. cap. autem *filijs vel nepotibus 16. q.7.* præceſſit iuxta antiqui temporis conſuetudines: modò autem iam antiquatum eſt in cap. *qualiter & quando, de iud.* vt affirmat Abbas *ibid. n. 7. T. 10. Reſ. 3. §. Item iuncto, §. Nota verò.*

Supplere de fectu iudicis eccleſiaſtici.

4 Denique iudex ſæcularis vel Princeps, non poteſt procedere contra clericum feudatarium; etiam pro crimine læſæ maieſtatis, criminaliter, vt dictum eſt ſupra V. *Immunitas eccleſiaſtica, num.*10. imò nec etiam ciuiliter ad priuationem feudi. Sed ſolum id facere poterit iudex eccleſiaſticus competens ipſius clerici. Innocent. *in cap. nouimus num. 4. de immun. eccleſ.* Abbas *num.*17. Hoſtien. *num.*2. & alij communiter. Et ſi à ſententia per huiuſmodi eccleſiaſticum iudicem lata appellandum eſſet, non ad Principem, ſed ad iudicem eccleſiaſticum ſuperiorem, appellari deberet. Bero *conſ.82. num.*15. & Bellet. *diſquiſ. clerici. p.* 1. *tit.* 31 *§.* 1. *num.* 11. *T.* 1. *Reſ.* 1c. *§.* 6.

Vel procedere contra Clericum feudatarium.

5 Circa etiam cauſas matrimoniales ad ipſius ſubſtantiam pertinentes, quia pertinent ad Epiſcopum priuatiuè, cap. 1. 35. q. 2. cap. *multorum* 35. *q.* 6. cap. II. & cap. *non dubiat, de conſang. & affin.* cap. *ex litteris de ſponſ.* & ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *can. vlt.* non poteſt iudex laicus cognoſcere; nec ergò poteſt cognoſcere ſuper poſſeſſorio matrimonij, etiam ſi poſſet ſuper poſſeſſorio beneficij, decimarum &c. quod negamus. quia ratione Sacramenti excedit omnia alia ſpiritualia. Barboſa *de pot. Epiſc. p.*3. *alleg.*84. *num.*14. Neque dicas cum Rabardeo: cognoſci poſſe ratione contractus ciuilis; nam ſic per vnam viam concederetur, quod per alteram denegatur; contra l. *neo per ſe, C. de hered. inſtit.* & canonum prohibitio eludi poſſet. Ita D.D. communiter, etiam ini-

Vel in cauſis matrimonialibus vel alijs ſpiritualibus contra laicos.

inimici immunitatis eccleſiaſticæ, vt Bocerus *de iuriſd. c. 3. nu. 44.* & alij *T. 1. Reſ. 24.*

IVRAMENTVM.

IVRAMENTVM non repetendi amiſſum in ludo, an relaxari poſſit ſine conſenſu eius, qui acquiſiuit?

1 † IVRAMENTVM emiſſum in commodum & fauorem tertij abſque vi, fraude & dolo, non poteſt relaxari abſque conſenſu illius tertij, cui ius ob iuramentum acquiſitum eſt. Vnde quamuis in l. *alearum* concedatur actio repetendi amiſſa in ludo prohibito †; ſi quis tamen iurauit abſque vi aut fraude non repetere, ſecundùm Molinam *de iuſt. tom. 2. tr. 2. diſp. 515. num. 7.* non poteſt petere relaxationem iuramenti, niſi conſentiente colluſore, qui per illud iuramentum acquiſiuit ius, ne repetatur ab eo pecunia acquiſita. Sed contrariam ſententiam tenent communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Dicaſtillus *de iuſt. lib. 2. tr. 18. diſp. 3. dub. 3. à num. 29.* Nam, ſi iurauit ſolum ſoluere, clarum eſt, poſt ſolutionem poſſe repetere abſque relaxatione; quia qui ſe obligauit ſoluere, non ſe obligauit non repetere. Si autem ſe obligaſſet non repetere, cum hæc obligatio ſit contra legem, nec per iuramentum fuiſſet acquiſitum ius acquirenti: quia ſecundùm probabiliorem ſententiam, iuramentum cadens ſupra promiſſionem aut contractum nullum, non facit eſſe contractum validum in materia iuſtitiæ, quare per huiuſmodi relaxationem non fieret illi iniuria. Quod autem eã prætendere poſſit ante ſolutionem, etiam probatur: quia neque in hoc fit propriè præiudicium tertio, qui ob tranſgreſſionem legis expoſitus erat huic expoliationi, & ſic iſtans poſt ſolutionẽ repetere potuiſſet. Et licet Azorius *par. 3. lib. 5. cap. 24. quæſt. 7.* doceat, quòd ſi quis ſine iuramento liberaliter promiſit, ſe nunquam repetiturum amiſſa, non poſſit illa repetere, quia ceſſit iuri ſuo, & beneficio legis. Contrarium benè docet Rebellius *p. 2. de oblig. lib. 12. quæſt. 1.* quia ſimplex ceſſio non priuat hominem iure à lege conceſſo in bonum reipublicæ, alioqui omnis ferè lex redderetur inanis & fruſtratoria. *Tr. 9. Reſ. 26.*

LEX.

LEX obligat independenter à conſenſu populi.

1 LEX obligat independenter à conſenſu populi, vt dictum eſt in *Summa V. Lex, num. 26.* Sed ſtando in contraria ſententia non benè Caramuel *in reg. S. Benedicti diſput. 52.*

*num.*744. docet, quòd, licèt acceptata ſit à maiori parte, qui illam non acceptauit, violantem, ſecluſo ſcandalo, non peccare; quia hic acceptauit legem in communi, non in particulari, ad quod (ait ipſe) requirebatur vt ipſemet in indiuiduo acceptaret. Nam eo ipſo, quod à maiori parte acceptata eſſet, omnes & ſingulos eius cōmunitatis obligaret; vt docent DD. communiter. Sicut è contra, ſi maior populi pars legem non ſeruaret, ſinguli eximerentur. *Tr.* 11. *Reſ.* 23.

2 Quoniam verò omnis lex conditur ob publicam cauſam, certum eſt, obligationem eius ceſſare, quoties ceſſat adæquata cauſa in vniuerſum. Dubium tamen eſt, an ceſſet reſpectu alicuius particularis, ſi finis legis ceſſet in aliquo caſu reſpectu illius? Et probabilior opinio, quam nouiſſimè tenet Amicus *tom.* 5. *de iuſt. diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 30. tenet, non ceſſare. nam Princeps obligare poteſt ſingulos ad ſeruandam legem, etiam ceſſante eius cauſa in particulari, dummodo non ceſſet in vniuerſum. Hoc enim conducere poteſt ad bonum publicum promouendum, efficiendo, vt omnes ſubditi ex æquo leges obſeruent, & actibus virtutis, qui per illam præcipiuntur, aſſueſcant; nec facilè occaſionem arripiant illas tranſgrediendi, prætextu quòd eius cauſa in aliquo caſu non militat: id quod in paruam legum æſtimationem, & reuerentiam cedit. ergò præſumi debet velle obligare etiam in eo caſu. Probabilis tamen eſt opinio affirmatiua, quam *loco cit. num.* 18. docuimus, & illam tenet nouiſſimè Caramuel *diſp.* 5. *num.* 59. & tamquam probabilem admittere videtur Machadus *tom.* 1. *lib.* 3. *par.* 4. *tr.* 4. *docum.* 4. *num.* 2. *Tr.* 10. *Reſ.* 33. Vide etiam *Statutum.* Stante cauſa iuſta in generali.

LIBERTAS.

1 † LIBERTAS eſt naturalis facultas in homine libero ad faciendum, quicquid ſibi libuerit, niſi obſtet ius, aut cuiuſpiam fortioris potentia. Dicitur enim eſſe *facultas naturalis* †. nam, licèt natura inſtitutum ſit, vt hebetiores, & rudiores ſapientioribus honorem, & obſeruantiam præſtent, & ab illis gubernentur; ſicut etiam filij parentibus; ignobiles generoſis; iuniores ſenioribus, ac imbecilliores, fortioribus, & potentioribus obſequi debent; hæc tamen non eſt propria ſeruitus, quæ à Iuriſconſultis accipitur, per quam nimirum quis alterius poteſtati ſubijcitur, vt ſicut res qualibet ab illo vendi, & alienari poſ- LIBERTAS quid? Et an naturaliter omnibus competat?

ſit. Quæ de iure gentium eſt introducta, eaque homines alieno dominio contra naturam ſubijciuntur, cum omnes homines initiò, liberi naſcerentur, §. 1. *Inſtit. de iure perſon.* Quare in latiori illa acceptione locutus eſt Plato *dial.* 5. *de leg.* & Ariſtoteles *lib.* 1. *Polit. cap.* 3. *&* 4. *&* *lib.* 7. *cap.* 14. quamquam hic hallucinatus videatur, dum dicit, ſeruum eſſe inſtrumentum domini, cum inſtrumentum debeat eſſe alterius generis à cauſa, cuius eſt inſtrumentum. ex quo ſcapha non poteſt dici inſtrumentum nauis capacioris. *l. vlt. ff. de inſtructo, vel inſtrum. legat.* *Tr.* 7. *Reſol.* 1. Cum itaque libertas in ſeruitutem commutetur, de hoc quotuplicet fiat, dicemus V. *Seruitus*. hic dicendum quomodo acquiratur, vel reciperetur.

Acquiritur per manumiſſionem.

Iniquas tractationes,

Circumciſionem à domino infideli

Inſtitutionē, vel tutelā filij domini ſui,

Et prauum vſum ancillæ.

2 Acquiritur ergò libertas, primò, per domini manumiſſionem, ſiue ea fit ex conuentione aut pretio, ſiue omninò gratuita. Secundò, ſi dominus, vel eo ſciente, & non contradicente, alius ſeruum infantem exponat, vel ægrotum ſeruum derelinquat, eique deneget alimenta. cap. *vnicum, de infant. & languid. expoſitis.* l. 2. & 3. C. eod. & l. *vlt.* §. *ſed ſcimus C. de latina libert. tollenda.* Tertiò, ſi ſeruus à domino Iudæo, vel infideli circuncidatur. cap. *multa* 54. *diſt.* & cap. *pleriq; de conſecr. diſt.* 4. Quartò, ſi quis ſeruum ſuum heredem inſtituat, vel tutorem filio relinquat. *l. penult. in princ. C. de neceſſ. ſeru. hered. inſtit.* §. *idem quoque iuris Inſt. quibus ex cauſ. manumitt. non lic.* & ex princ. *Inſtit. qui teſtam. tut. dari poſſ.* Quintò, ſi dominus ſolutus ancillam ſolutam concubinam habuit vſque ad mortem, cum potuiſſet in vxorem accipere. tunc enim, ſi nihil de ancilla, & filijs ex ipſa habitis dixit, liberi manent. l. *vlt.* C. *communia, de manumiſſ.* Vide Machadum *tom.* 2. *lib* 6. *par.* 7. *tr.* 13. *docum.* 9. *per totum*. *Tr.* 7. *Reſ.* 16.

Item per matrimonium cum libera conſentiente domino,

Vel dotante,

3 Sextò, acquirit libertatem ſeruus eo ipſo, quòd perſonæ liberæ, ignoranti ſeruitutem, à domino in matrimonium traditur, vel etiam ab alio, ipſo ſciente, & non detegente ſeruitutem. *Auth. de nupt.* §. *ſi tamen ab initio*, & eſt communis. Idemque dicendum, ſi dominus tradat in vxorem ancillam ſcienti ſeruitutem, conficiendo illi inſtrumentum dotis. *l. unic.* §. *ſed & ſi quis domini, iuncta Auth. ad hoc. C. de lat. lib. tollenda*; & docet Machadus *vbi ſup. num.* 6. Notat tamen Rebellus *quæſt.* 13. *num.* 6. quòd ſi dominus in prædictis ea ſibi ſcienter gereret, vt inuincibiliter ignoraret, ſe amittere ſeruum, vel ſeruam, non teneretur in conſcientia condonare ſeruitutem. *Tr.* 7. *Reſ.* 14.

4 Septimò, libertas acquiritur adoptione. ſi enim dominus ſeruum adoptet, ſicut etiam ſi filium actis interuenientibus nominet, euadit liber. ſ. vlt. *Inſtit. de adoption.* Et ratio prioris caſus eſt, quia ſeruus à domino adoptari non poteſt, l. *vlt. ff. de ſtatu hom.* ſecundi verò, quia per nuncupationem illam non acquirit iura filij. ergò ſaltem libertatem. alioqui ea nihil valeret, contra vulgatum axioma, *Si id, quod ago, non valeat vt ago; valeat tamen vt valere poteſt:* & illud, *In ambiguis ea interpretatio capienda, quæ facit, vt actus valeat potius quàm pereat;* l. *quotiens* 12. & l. *vbi eſt* 21. *ff. de reb. dub.* Dices: Si naturalis filiatio non facit liberum natum de ancilla; qui poterit id præſtare adoptio, vel filij nuncupatio, quæ eſt minoris roboris? Respondet Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 6. *ſec.* 4. *num.* 36. quòd libertas eſt inſeparabilis ab adoptione, prout in iure ſtatuta eſt, quia ſeruus manens ſeruus non poteſt eſſe heres domini ſui. quare eo ipſo, quòd dominus ſeruum adoptat, cenſetur ei libertatem concedere, alioqui verè non adoptaret. Non ità eſt de filiatione naturali, cui de iure iura prædicta adnexa non ſunt. vnde non includit voluntatem ea conferendi, quam includit adoptio. *Tr.* 7. *R.* 15.

Per adoptionem domini.

Nuncupationem filij.

5 Aduerte hic, quòd legatum libertatis cenſetur pium. Idemque dicendum videtur de donatione. Sed Machadus *to.* 2. *lib.* 6. *par.* 7. *tr.* 13. *docum.* 9. *num.* 8. id limitat ad mancipia benemerita, & bonæ indolis, quæque ſuo labore viuere poſſunt. Secus autem, de ebrijs, & vitioſis, quæ otio dedita præſumi poſſunt vitam terminatura ſuſpendio. hanc enim donationem nec piam eſſe, nec vtilem. Quod etiam docet Sanchez *in opuſ. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 10. *Tr.* 7. *Reſ.* 35. † & idem dici debet de legato libertatis †.

LEGATVM libertatis an pium?

6 Aduerte etiam, quòd ſi dominus promitteret ancillæ, vel ſeruo libertatem, ſecundùm Sanchez *lib.* 7. *de matr. diſp.* 24. *numero* 2. teneretur eam manumittere; quia, licèt talis promiſſio non inducat obligationem ciuilem, inducit tamen naturalem, l. *ſi id quod dominus*, 64. *ff. de cond. indeb.* vbi Gloſſ. *v. in conditione*, & Bart. *in ſumma illius legis*. Aduertit tamen, quòd cum hæc ſit ſola promiſſio, priuſquam ſeruus manumittatur, non erit liber, & ſi ſit ancilla, filij non naſcuntur liberi. dominus tamen tenebitur etiam hos libertate donare, titulo damni ex fidei violatione emergentis. *Tr.* 7. *Reſ.* 54.

Et promiſſio an obliget in conſcientia?

7 Octauò, ſeruus domini infidelis, conuertens ſe ad fidem, euadit liber, etiam ſi poſteà conuertatur, etiam ipſe. Secus, ſi conuertantur ſimul. Sanchez *in opuſ. vbi ſup. dub.* 5. *num.* 4. *T.* 7.

Item acquiritur per conuerſionē ſerui ad fidem ante dominum.

Reſ. 41. Serui autem hæreticorum conuictorumq; ſecundum Dominicum *in cap. quicunq; §. illorum de hered. in* 6. addicuntur fiſco; quia veniunt nomine bonorum, l. *Rouler §. cola. ff. de pignora quæ tranſeunt ad fiſcum*; capacium ſecundum leges, *vt libertati in* 6. Ita ſeruat Inquiſitio Luſitana. Secundùm Fagundez *de Iuſt. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 13. liberi fiunt, juxta *l. 1. C. de Chriſt. mancip. l. Deo nobis §. hic autem, C. de Epiſ. & Cler.* & alias, id vniuerſim de ſeruis hæreticorum cenſentes. Et hæc opinio ſeruatur ab Inquiſitione Caſtellana, & magis fauet fidei. Imò Palaus *tom.* 1. *tra.* 4. *diſput.* 5. *pun.* 26. *num.* 18. exiſtimat, donandum fore libertate ſeruum, qui dominum apoſtatantē à fide bono zelo denunciaret. Vbi autem ſeruus libertatem acquirit, non redit amplius in ſeruitutem, etiã ſi domino reſtituantur alia bona, *l.* 1. & 2. *C. ſi aduerſus libertatem. T.* 7. *Reſ.* 17.

Per ſollicitationē eius ad turpia,

8 Nonò, ſi dominus ſeruum, vel ſeruam ſollicitaret ad turpia, & rogatus nollet deſiſtere, ſerua & ſeruus ſine peccato fugere poſſet, & Epiſcopi auxilium implorare, à quo libertate donetur, Cardinalis Lugo *vbi ſup. num.* 30. Si autem Epiſcopus libertatem non concelſerit, in hoc & alijs caſibus, in quibus iuſtè fugit, non acquirit perfectam, & perpetuam libertatem, ſed ſolùm ad tempus, & quamdiu durant circumſtantiæ fugam cohoneſtantes, & interim acquirit domino ſuo: niſi tanta eſſet inhumanitas eius, vt in pœnam mereretur omninò ſeruum amittere, vt in caſu *num.* 5. *ſed ſcimus cit. ſup. num.* 2. Ità Megala *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 3. *num.* 33. Excipe etiam caſus, in quibus ſeruus ſibi acquirere poteſt, de quibus V. *Seruorum iura T.* 7. *Reſ.* 13.

Per fugā ad ſuos, ſi ſeruus in bello factus ſit.

9 Decimò, ſerui bello capti, ſi ad ſuos fugiunt, vel ad Regna amica, libertatem recuperant, poſſuntq; licitè fugere, & ab alijs ad id hortari, & iuuari. non tamen vt diuagentur. Ita dominus habet ius ſeruos puniendi, donec ad ſuos peruenerint, vt dictum eſt V. *Dominus, num.* 6. *T.* 7. *Reſ.* 40.

Item præſcriptione,

Acquiritur etiam libertas præſcriptione, quæ inter abſentes requirit ſpatium 20. inter præſentes 10. annorum, bona fide. Sed ſi ſeruus fugiat, & diuagetur mala fide per annos 30. de iure ciuili præſcribit, de canonico nõ item; quamquam lata ſententia de libertate, quieſcere poſſit, *l.* 23. *tit.* 29. *part.* 3. & DD. communiter cum Nauarra *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 210. *Ibid. §. Notandum.* † Sed ego exiſtimo ſeruitutem computari debere inter bona mobilia, quæ triennio præſcribuntur, *Inſt. de vſucap. in princ.* †

10 Vnde

10 Vndecimò, ſerui libertatem acquirunt ob leges aliquorum locorum, vt in Gallia, & Romæ, ſi quos Vrbis Conſeruatores ad ſe confugientes libertate donauerint. ex Bulla Pauli III. & Pij V. quæ incipit, *Dignum & rationi congruum*, *in tom. 2. Bullar.* in qua decernitur, vt ſerui fiãt liberi effecti, pro liberis, & Romanis ciuibus vbique terrarum habeantur. Ità Cardinalis Lugo *num. 39.* qui tamen exiſtimat, hoc indultum Summi Pontificis extrà loca Pontificiæ ditionis ratum non haberi; idque ſibi à viris fide dignis relatum refert. *Tr. 7. Reſ. 18.*

Et beneficio Galliarum.

Et Romæ.

11 Denique, ſeruus fit liber ſe redimendo. Quibus autem modis ſeruus ſe redimere poſſit, vide V. *Seruorum, num. 22.*

LVDVS

An licitus, & quibus.

1 † LVDVS eſt contractus, quo victori certaminis res ab vtroque expoſita tribuitur. De iure naturæ non eſt illicitus. immò, ſi moderatè, & cum debitis circumſtantijs fiat, pertinet ad virtutem eutrapeliæ, præſcribentem hominibus affabilitatem, & iucunditatem in conuerſando †. Quia tamen ex circumſtantijs vt plurimùm vitiatur, ideo de iure ciuili, & canonico pariter eſt interdictus; nam *l. ſolent, ff. de aleæ uſu, & alea*, & *l. fin. C. de relig. & ſumpt. fun.* prohibetur ludus alearum, & taxillorum, & datur actio repetendi, quod his ludis deperditum fuerit. & in Regno Caſtellæ nonnulli ludi ſeuerè prohibentur. quamuis *l. quod in conuiuio, ff. eod.* concedatur, vt eſculenta, & poculenta omnes in quibuſuis ludis lucrari valeant. *Tr. 9. Reſ. 2.*

LVDVS quid?

Quo iure licitus?

Quo illicitus?

2 Quæ quidem leges ſecundùm Syluestrum *v. ludus, num. 4.* Toletum *lib. 5. cap. 27.* & alios, obligant ſub mortali. Sed meliùs Dicaſtillus *de iuſt. lib. 2. tr. 18. diſp. 1. dub. 1. n. 13.* & Cardinalis de Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 31. ſec. 1. num. 9.* exiſtimant, non obligare cum tanto rigore. quia vel pœnæ, quibus prohibentur, non ſunt adeo graues; aut ſi quæ grauiores ſunt, raro aut nunquam executioni mandantur. Ludus enim teſſerarum frequentiſſimus eſt militibus, & qui vulgò dicitur *bocarrett a*, etiam à Principibus, & miniſtris publicis publicè exercetur. quod ſignum eſt, has leges eſſe ſolùm comminatorias, aut merè pœnales. cap. autem *Epiſcopus 35. diſt.* vbi aleæ ſeruiens, communione priuari mandatur, ſaltem quoad laicos non eſt vſu receptum. Ex quibus

Et ſub qua culpa

Trul-

Digitized by Google

Trullench *in decal. tom. 2. lib. 7. cap. 27. dub. 1. num. 3.* tenet, laicum ludentem his ludis, per ſe nec venialiter peccare. *Tract. 9. Reſolut. 8.*

An perdens ludo teneatur in conſcientia ſoluere?

2. Stante tamen *extrauag. aleatum, C. de relig. & ſumptib. funer.* in qua habetur, vt contra eum, qui ludo perdidit, nulla ſequatur condemnatio, ſed ſolutum competentibus actionibus repetatur, perdens ludo non tenetur ſoluere quod perdidit, etiam in conſcientia. quia hæc fuit mens legiſlatoris, & id ſonant verba ipſius legis. quæ licèt ſit pœnalis, poteſt tamen executioni mandari abſque vlla ſententia, quia non requirit aliquem actum ex parte eius, qui puniri debet. Confirmatur, quia cui conceditur actio ad repetendum ſolutum, conceditur etiam exceptio, vt non ſoluat. l. *inuitus 95. qui damus, ff. de reg. iur.* l. *creditori, C. de pact.* & reg. *qui ad agendum, de reg. iur. in 6.* Ità Leſſius *lib 2. cap. 26. dub. 4.* contra Valentiam *tom. 3. diſp. 5. q. 6 punct. 5. dub. 8. T. 9. Reſ. 21. & 23.*

Et ludens habere animum ſoluēdi amiſſum, nec repetendi?

4. Verùm ludens, vt licitè acquirat, tenetur non habere animum non ſoluendi aut repetendi, ſecundum Dicaſtillum *dub. 3. num. 25.* nam ſecus non ſeruatur æqualitas, & colluſor non ſolueret, ſi ſciret colluſorem habere animum non ſoluendi, aut repetendi ſolutum. Sed ego teneo cum Hurtado *de contr. diſp. 8. diff. 9.* quia ſi habeat prælatam intentionem, habet intentionem vtendi beneficio legis, quam etiam alter habere poteſt. vnde nulla eſt inæqualitas. Adde ex Cardinali Lugo *to. 2. diſp. 31. ſect. 5. à num. 53.* quòd intentio ſoluendi, vel non repetendi deperditum non eſt neceſſaria ad valorem huius contractus, ſicuti nec voluntas adimplendi votum ad voti valorem: ſed ſufficit habere intentionem ſe obligandi eâ obligatione, cuius contractus eſt capax, ergò etiam ſi ludens non habeat intentionem ſoluendi, vel etiam habeat intentionem repetendi, contractus eſt validus, & ipſe acquirit ius ad lucrum. Secus, ſi ſignificauit, ſe nolle repetere, & hoc mendacio alterum ad ludendum attraxit, vt notat Hurtadus *T. 9. Reſ. 25.*

An acquirens ludo teneatur reſtituere?
Et perdens poſſit occultè compenſare?

5. Vbi autem perdens ſoluit, amiſit dominium. vnde nec lucrans tenetur in conſcientia ante ſententiam reſtituere, nec ſibi ille poteſt in conſcientia compenſare. Nihil enim refert, quòd ſit contractus illicitus, ſi non ſit nullus & irritus: vnde cum talis contractus nullo iure irritetur, non eſt, cur dominium non transferat: lex autem humana ſolum concedunt actionem ad repetendum in iudicio ſic deperditum. quare id ſolum per-

denti

denti ſic ſibi; & ad hoc ſolum tenebitur lucrans, poſtquam condemnabitur. Ita Dicaſtillus *vbi ſup. diſp.* 3. *dub.* 1. & Cardinalis *ſect.* 4. *numero* (& procedit etiam ſi credito lucratus ſit. Neque enim præſumitur in ſoluente opinio, quòd teneatur ſoluere, cum omnes ſciant, talem obligationem non eſſe, & ideo ſoluant, vt liberent ſuam fidem. Dicaſtillus *dub.* 4. *T.* 9. *Reſ.* 24.) Quòd ſi perdens haberet verecundiam repetendi in iudicio, non ob id compenſare ſibi poſſet occultè, quia non aliter habet ius ad illud recuperandum, quàm per iudicium. Sotus *de iuſt. lib.* 4 *quæſt.* 5. *ar.* 2. *T.* 9. *Reſ.* 23. Poteſt nihilominus minari, quòd repetet in iudicio & ſi ille timens reſtituat extraiudicialiter aliquid, illud recipere, non ſolum ſi verè habeat animũ repetendi in iudicio, vt docuit Molina *de iuſt. tr.* 2. *diſ.* 514. ſed etiã ſi non habebat, fingebatque ſe habere ad terrendum; talis enim dolus, & metus non eſt iniuſtus, ſed iuſtus; quia ſicut poterat repetitionem tentare, ità & minari: nec victor reſtituit præcisè ad deponendum animum repetendi, ſed vt reipſa non repetat, & iuri repetendi cedat, quod eſt pretio æſtimabile. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 26. *dub.* 5. *num.* 21. *Reſ.* 28. Quid dicendum, ſi quis iurauerit non repetere, dictum eſt V. *Iuramentum*. Vel falſo minari repetitionem in iudicio ad recuperandum extraiudicialiter?

6 Si verò victor impediat, ne iudex ipſum condemnet ad reſtitutionem lucri acquiſiti in ludo prohibito, Leſſius *num.* 21 putat debere reſtituere, ſiue id fraude aut vi, ſiue quomodocunque id præſtet; quia hæc actio non eſt criminalis ad pœnam, quam reus ſubterfugere poteſt, impediendo ſententiam; nam lucrum non applicatur fiſco; ſed reſtituitur actori, eſtque actio hæc ciuilis, vt reſtitutionis in integrum, in qua proinde conuentus rogatus tenetur veritatem fateri, etiam ſi occulta ſit. Ego verò exiſtimo cum Molina *vbi ſup.* hanc actionem eſſe criminalem, ac proinde ſecluſa fraude aut vi, poſſe negare veritatem nondum ſemiplenè probatam, & impedire ſententiam. *Tract.* 9. *Reſolut.* 27. Et an peccet victor impediens ſententiã iudicis?

7 VISO iam, quòd ludus per ſe eſt licitus, videamus modò quibusnam circumſtantijs vitietur. Et primò, quoad circumſtantiam finis, Sylueſter v. *ludus, quæſt.* 4. ait, eſſe peccatum mortale, ludere cum intentione lucrandi magnam quantitatem; quia eſt contra decimum præceptum decalogi, *non concupiſces rem proximi tui*; & eſt intentio inferendi damnum proximo. Nauar. *in man. cap.* 29. *num.* 3. ait, ludere principaliter propter lucrum, eſſe peccatum veniale; quia finis ludi eſt recreatio licita, NON eſt mortale, ludere cum intentione principaliter lucrandi, etiam multum.

non

non lucrum, alij, quia talis ludus eſt otioſus, vel continet auaritiam. Cardinalis Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 31. ſect. 1. num. 3.* & alij communiter negant, eſſe mortale, ludere cum intentione magni lucri; quia animus lucrandi medijs licitis non eſt malus, ſed indifferens, & ludens lucrari intendens, non intendit damnificare colluſorem, ſed acquirere, quod ſibi ex iuſtitia debebitur, ſi alea feliciter ei ſuccedet: vnde non facit contra decimum præceptum, quo nimirum prohibetur deſiderium rei alienæ per media illicita. Secus, ſi deſiderium eſſet adeo immoderatum, vt quis ea intentione paratus eſſet inferre notabilem iniuriam proximo, vel præceptum aliquod ſub mortali obligans violare; vt ſi vellet fraudes illicitas adhibere, vel omittere Sacrum in die feſto propter ludum. Cum ergò ex ſe intentio lucrandi non ſit mala, non eſt, cur ludus propter lucrum peccati venialis inſimuletur, vt ait Cardinalis *loco cit. T. 9. Reſ. 1.*

Eſt tamen ludus prohibitus Clericis,

8 Quoad circumſtantiam perſonæ, ratione dominij, & poteſtatis transferendi, videbimus *à num. 33.* nunc ratione honeſtatis, prohibetur Clericis ludus alearum, & taxillorum, quia dedecet eorum ſtatum: Imò non ſolùm ludere, ſed etiam colludentes inſpicere, prohibitum illis eſt, cap. *penult. de vita & honeſt. Cler.* ſub nulla tamen pœna. Damnari verò iubentur Epiſcopi, & Clerici, qui aleæ ſeruiunt, cap. *Epiſcopus 35. diſt.* & ab officio ac beneficio deponi cap. *inter dilectos, de exceſſ. Prælat.* Quas omnes prohibitiones innouat Tridentinum *ſeſſ. 22. cap. 1. de reform.* Verùm hæ prohibitiones ſtrictiùs obligabant antiquitus, quando populus maiorem ſanctitatem, & honeſtatem exigebat in Clericis, & magis ſcandalizabatur illorum relaxatione, quàm hodie, vt ait Molina: ex quo Eminentiſſimus Lugo *diſp. 31. ſect. 1. n. 11.* infert, huius obligationis grauitatem penſandam eſſe ex conſuetudine regionis, ex ſcandalo, ex frequentia, ex quantitate pecuniæ ludo expoſitæ, ex ludi qualitate, & alijs circumſtantijs, quæ facilè variari poſſunt. Ego verò pro certo habeo, quòd ſi lucrum ſit moderatum, abſit ſcandalum, &c. etiam Clerici licitè ludant, præſertim recreationis gratia; nam de iure naturæ non videtur repugnare cum eorum ſtatu, ſaltem grauiter. iura autem citata patiuntur expoſitionem; nam cap. *Clerici*, non videtur grauiter, & cum tanto rigore præcipere: alia autem loquuntur de publicis aleatoribus, aut de eo, qui aleis eſt nimiſ ùm deditus. Ità Dicaſtillus *diſp. 2. dub. 2. num. 17. T. 9. Reſ. 3.*

Et Religioſis.

9 Longè tamen indecentior eſt alearum ludus Religioſis, quàm

Digitized by Google

quàm Clericis ſæcularibus; quia arctiorem vitam profitentur, & maius ab his, quàm ab illis expectant ſæculares honeſtatis exemplum. Eoque indecentior erit, quo Religio erit arctior, & in obſeruantia viridiori, quod Cardinalis Lugo exemplificat in ſua Societate, Religione Capuccinorum, & Carmelitarum Diſcalceatorum. Tolerari autem vtcumque poſſet (ait Dicaſtillus *num.*21.) in alijs Religionibus, in quibus eiuſmodi ludi iam vſu recepti videntur & permiſſi, ſaltem cum aliqua moderatione, abſque prauo exemplo ſæcularium &c. addit Alcozer *de ludo cap.*11. licere etiam ob ſolam animi recreationem, vel ob leuandum aliquem infirmum, vel conuictum in carcerem, vel ſimile aliquod motiuum. *Ibid. Reſ.* 4.

10 Inſpicere autem colludentes ludo mortifero notabili tempore, ſecundùm aliquos eſt mortale Clericis & Religioſis, propter cap. *Clerici eſt 2. de vita & honeſt. Clerit.* ſecundùm alios non item, niſi ſint ludi cauſa, vel complaceant de ludo mortali, vel corrigere omittant, dum debent. in quo caſu peccarent etiam laici. **Si autem non gaudeant ludo**, ſed poſito ludo, gaudeant aſpiciendo induſtriam & fortunam ludentium, non peccant mortaliter, ait Sanchez *in opuſ. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 29. *&* 30. cum alijs. Verùm ab his diſſentit Fauſtus *in ſpeculo diſp.* 32. *q.* 29. *num.* 2. vbi ex Nauarro & alijs aſſerit, id Religioſis, & Clericis prohibitum eſſe per Bullam Pij V. ſub pœna excommunicationis, quæ ſupponit culpam lethalem. *T.* 9. *Reſ.* 40. Illicitus quoque erit ludus habenti votum de non ludendo. quod an ſit diſpenſabile, vide V. *Diſpenſare*.

Etiam illum aſpicere.

11 Ratione autem loci, indecens videtur ludus in Eccleſia. Sed ſi adſit cauſa rationabilis, vt ſi ibi ſint aliqui infirmi, vel Eccleſiæ refugio gaudentes, abſitque contemptus, ſcandalum, & actus indecentes, vel etiam ſi alibi ludere poſſent, ad Eccleſiam luſuri animo recreandi ſe, cum ſupradictis circumſtantijs accedant, non peccant mortaliter. Lopez 2. *par. inſtruct. c.* 31. Caietanus 2.2. *q.* 168. *art.* 3. & Trullench *in decal. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 27. *dub.* 1. *n.* 2. *T.* 9. *Reſ.* 38.

Illicitum etiam eſt ludere in Eccleſia?

12 Contrà verò, non licet tenere domum expoſitam ad ludendum ludo prohibito, ſubminiſtrare chartas, taxillos, candelas &c. nec etiam Principibus id permittere; quia ſemper concurrunt circumſtantiæ reddentes ludum mortiferum, blaſphemiæ, bonorum dilapidatio, fraudes, ludus minorum &c. Caſpenſis *tom.* 2. *tract.* 18. *ſect.* 3. *num.* 27. & ſupradicti non ſolum

Et tenere domũ ludo expoſitam.

S pec-

peccant mortaliter, ſed ſi admittunt eos, qui non ſunt ſui iuris, tenentur reſtituere; ſi quis aliquid acquirit à minore, qui perderei non poterat, & non reſtituit; quia ſunt cauſa iniuſtæ acceptionis, ſicut qui daret enſem ei, qui illum petit ad feriendū. Quod etiam procedit, ſi admittunt fraudulentos. Sanchez *vbi ſup. dub.* 21. *num.* 5. Quamquam aliqui apud Machadum *tom.* 1. *lib.* 3. *par.* 5. *tr.* 7. *docum.* 5. *num.* 6. exiſtiment, tales non peccare, quia miniſtrant indifferentia, quæ ſecundùm S. Thom. miniſtrari licitè poſſunt, etiam cum præcognitione praui vſus. *T.* 9. *Reſ.* 39. Vide in *Summa V. ludus, num.* 4.

L V D V S

Quid requirat ex parte contractus.

LVDVS iniuſtus eſt,

n. 13 † LVDVS, vt cæteri contractus, tres conditiones ad ſui validitatem requirit; prima eſt, vt nemo cogatur ludere; ſecunda, vt ſit æqua conditio colludentium; tertia vt abſint fraudes. requiritur etiam poteſtas diſponendi in colludente; ſed de hac dicemus *à num.* 55.

Si abſit libertas in colludente,

n. 14 Ergò quoad primam conditionem, ſi quis aliquem cogit ludere, peccat agendo illi violentiam †, & ſi ab eo lucratur, tenetur ſecundùm Cardinalem Lugo *diſp.* 31. *ſect.* 2. *§.* 2. *à num.* 28. reſtituere: nam omnis iniuſta læſio affert lædenti obligationem ſeruandi indemnem eum, qui iniuriam paſſus eſt, atque adeo reſarciendi totum damnum, quòd occaſione talis iniuriæ ei contigit. ſicut, ſi coegiſti aliquem vendere equum iuſto pretio, & ille deinde debuit alium cariùs emere, teneris ad exceſſum, & damnum illi ſecutum. *T.* 9. *Reſ.* 32. Imò Nauarrus *cap.* 16. *n.* 17. *& cap.* 17. *num.* 13. putat id verum eſſe, etiam ſi non cogas, ſed precibus importunis allicias; quia etiam hæ tollunt voluntarium, quod in omni contractu requiritur, præſertim in ludo. Sed reuera preces nunquam tollunt voluntarium, licèt minuant, niſi tamen ſit importunitas, vt quis mallet ſuam pecuniam perdere, quàm tantis moleſtijs affici, quod raró contingit. Vnde acquiſitum ex ludo à precibus inducto, non debet reſtitui. Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 27. *dub.* 2. *num.* 20. *T.* 9. *Reſ.* 34. Qui etiam probabiliter aſſerit, nec adeſſe obligationem reſtitutionis in primo caſu; quia licèt voluntarium ex metu non ſufficiat ad contractum gratuitum, ſufficit tamen ad onerosum, qualis eſt lu-dus, licèt auctoritate iudicis reſcindi poſſit. Con ergò contra-

ctus

Digitized by Google

ctus validus ſit, & damnum coacto ſecutum non ſit ex iniuria, qua ſtante poterat etiam lucrari, conſequenter non erit obnoxium reſtitutioni, donec contractus reſcindatur, vt in ſimili dictum *ſupra num. 4.* Aduertit autem Dicaſtillus *lib. 2. tr. 18. diſp. 5. dub. 2. num. 14.* quod ſi contractus non eſſet validus, non ſolùm cogens teneretur lucrum reſtituere; ſed etiam coactus, ſi lucraretur; quia non poteſt lucrari, niſi titulo contractus validi, & contractus non poteſt eſſe validus reſpectu vnius, & inualidus reſpectu alterius; quia debet ſeruari æqualitas. Niſi fortè tantumdem retineat, quantum cenſeatur valere iniuria coactionis, vel damna, quæ tunc temporis paſſus eſſet, *T. 9. Reſ. 32. à §. Sed licèt*, Veruntamen benè negat Cardinalis hanc conſequentiam; quia poteſt in ludo eſſe inæqualitas, culpa alterius colludentis; ſi quis enim ludat cum falſis chartis, illicitè lucratur; ſed colluſor licitè lucrum reportat; quia non apponit impedimentum ex parte ſua. *T. 9. Reſ. 33.*

15 Quoad ſecundam conditionem, DD. communiter apud Eminentiſſimum Lugo *ubi ſup. num. 44.* tenent, eum, qui colluſorem in ludendi peritia notabiliter excedit, teneri quod à colluſore, neſciente talem exceſſum, lucratus eſt, reſtituere. *T. 9. Reſ. 29.* Imò etiam quod lucratus eſt à ſciente, ait Alcozer *de ludo cap. 10.* (Quod Molina apud Cardinalem *num. 50.* tunc verum exiſtimat, quando lucrum eſt magnum; & non adſunt circunſtantiæ, ex quibus præſumi poſſit ſic ludens id, quod amittit, velle gratis, & liberaliter dare; quia tunc præſumi poteſt non crediſſe talem exceſſum. *Ibid. Reſ. 31.*) Ratio prioris partis ab alijs aſſignatur, quia in tali caſu deeſt æqualitas; ab alijs, quia interuenit error. *Reſ. 29. §. Neque.* Poſterioris partis aſſignatur à Molina; quia ſicut non ſufficit ad iuſtitiam venditionis, ſi rei vitium emptori manifeſtetur, dum tamen ipſe rei cupiditate ſoluit pretium exceſſiuum; quia non cenſetur gratis exceſſum donare, ſed rei ſuæ neceſſitate, ſiue cupiditate; ità in ludo. Sed Sanchez *in opuſ. tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 13. num. 6.* cum alijs multis, meritò in hoc ſecundo caſu contrarium tenet; quia volenti non fit iniuria, damnumque non tam ei datur, quàm ab eo ſponte ſuſcipitur. ſpontè enim ſe offert tali conditioni, vultque contractum fieri cum illa inæqualitate, nec omninò id cupiditati, vel cæcitati imputari debet, cum velle poſſit ludere cum conditione deteriori, vt perdendo pecuniam, acquirat dexteritatem, & peritiam in ludendo. *Reſ. 29. cit. in fine,*

Vel adſit in altero nimius exceſſus in ludẽdi peritia.

S 2 *& Reſ.*

& *Reſ.* 31. *d.* §. *Sed Sanchez.* Imò etiam in primo caſu Toletus *in ſum. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 6. & alij, negatiuam ſententiam tenent, quam probabilem exiſtimat Salas, & multis rationibus probat *tract. de ludo, dub.* 25. *num.* 2. Nam æqualitas in hoc contractu non debet ſeruari in induſtria vel notitia, ſed in legibus, & iure lucrandi, vel perdendi: & aliàs idem procedere, etiam ſi exceſſus eſſet modicus. Error item ſine dolo, & fraude non irritat contractum, nec facit, vt aberrante propria auctoritate reuocari poſſit. Et cum DD. communiter admittant, poſſe ludentem, certum de victoria augere ſponſionem, non debent negare ei, qui ex peritia ſecurus eſt de victoria, incipere poſſe ludum: nam ſi illud leges ludi permittunt, id etiam dici poteſt ad leges ludi pertinere, vt cuique proſit ſua peritia, & obſit imperitia: *Reſ.* 29. Addit Dicaſtillus *diſp.* 5. *dub.* 1. *num.* 8. quòd in ludo chartarum nemo tenetur ſuam peritiam alteri manifeſtare, poteſtque peritior non ſecus, ac fortunatior, iuſtè lucrari; quia in hoc ludo peritia, vel æquè cum fortuna concurrit, vel minus. *Reſ.* 31. §. *ſed Sanchez.* Et certè, ſi peritus bona fide cum imperito ludens, quem credit æquè peritum, lucratur, non tenetur reſtituere; quia abſque dolo ambo ſe expoſuerunt æquali periculo: & ſicut inuenit colluſorem imperitum, ità inuenire potuit peritiorem & perdere. Sed, vbi ſe longè peritiorem experitur, tenetur aut à ludo abſtinere, aut colluſori aliquam conditionem compenſatiuam concedere, vt notauit Medina *C. de reſtit. q.* 22. *Reſ.* 30. *d.* §. *Nota.* Quid verò dicendum, ſi quis appoſitè ſe ignarum fingat, vt colluſorem decipiat; vide *infra num.* 27.

An habens capitale minus, poſſit lucrari maius?

16 Non peccabit contra præſentem conditionem, qui exponens paruam ſummam, acquirent maiorem, ſciente colluſore, ſi tamen id contingit? (nam Eminentiſſimus Lugo *ſect.* 2. *n.* 51. negat.) quia volenti non fit iniuria: Sicut licitè ſponderi poſſunt reſtantia, patentia, vel in crumenis contenta, cum periculo æquali, quod alterutrum ſit minus, quando neutri conſtaret de veritate, vt docet Sanchez *in opuſ. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 18. *dub.* 18. *num.* 2. T. 9. *Reſ.* 35.

Et ludens pro ſe & pro alio, poſſit acquirere plus quàm ille?

17 Quando quis ludit pro ſe, & pro alio, eatenus poteſt licitè cum eo conuenire, vt ipſe ludens ſtet magis lucro, quam iacturæ, quatenus ludus eſt prohibitus, & non paciſcuntur inter ſe, de pœna in ſolidum ſoluenda, quæ à ludente tantum exigeretur, quia ſic ſeruatur æqualitas. At Cardinalis *num.* 52. putat, illam inæqualitatē compenſari poſſe opera, & induſtria ipſius ludentis, ſi adſit

ſi adſit proportio, & poſſe etiam procedere ab alterius liberalitate. *Tr.9. Reſ.36.*

18 Quoad tertiam conditionem, vt abſint fraudes, non ità ſtrictè loquendum eſt in ludo, ac in alijs contractibus; nam ipſis ludi legibus nonnullæ fraudes, & ſimulationes permittuntur. & hæ licitæ ſunt, dicendæque potius ludi cautelæ, & artes, in quas eo ipſo, quòd ludentes conueniunt, conſentire videntur; expreſsè, ſi illas ſciant, tacitè, etiam ſi neſciant, & non proteſtantur; quia præſumuntur velle contrahere conſueto modo. Et ſi qua inequalitas contingit in vno iactu particulari, ea compenſari poteſt ab alio in alio iactu, & ſic ſeruatur æqualitas in tota continuatione. Dicaſtillus *diſp.5. dub.3. num.19.* & alij. Quænam verò artes vel fraudes vſu receptæ ſint, ac proinde licitæ, ab ipſis ludi profeſſoribus meliùs ſciri poteſt: *Tr.9. Reſ.42.*

ALIQVÆ fraudes permittuntur in ludo.

Quæ nimirum vſu receptæ ſunt.

19 Eminentiſſimus Lugo *num.34.* has ſiue fraudes, ſiue ſimulationes enumerat tamquam licitas. Primò, habens maximum punctum, cum quo perdere non poſſit, poteſt augere ſponſionē; quia hæc eſt æqua conditio vtrique collundenti. Secundò, ſciens ſe inferiores chartas habere, poteſt ſponſionem augere, vt inijciat alteri metum, putanti ſe habere magnum punctum, & ſponte cedere, quod appoſitum erat. Tertiò, ſciens ſe habere meliores chartas, poteſt ſimulare formidinem, vt aduerſarius audaciùs prouocet. Quartò, videns ſocium plures chartas accipere, poteſt tacere, vt ab eo acquirat quod appoſitum eſt in pœnam ſolitam. Quintò, habens optimum ludum, poteſt dicere *tranſeat*, vt ſic aduerſarium prouocet ad augendam ſponſionem. Sextò, habens plura puncta, poteſt numerare pauciora, vt expreſſis punctis aduerſarij, veros promat, & vincat. *Reſ.43. cit. 5. Ex dictis.*

Et multæ hîc referuntur.

20 Septimò, docet Sanchez *in opuſc. tom.1. lib.1. c.8. dub.32. num.5.* quòd in ludo chartarum, qui vulgo dicitur *la primiera*, ſi ambo colludentes habeant maximum punctorum numerum, qui eſt 55. & is, qui manum habet, augeat ſponſionem, poteſt alter acceptare cum conditione, quod concedatur ſibi vnum pūctum, & ſi concedatur, lucrari. idque etiam multum dubitando, & ſimulando metum. *Tr.9. Reſ.46.*

AN habens in ludo primeræ maximum punctum & ſecundam manum, poſſit petere à primo tantum augente ſponſionem, vnum punctum?

21 Octauo, probabile exiſtimo, ſaltem vbi vſu receptum eſt, quod, ſi colluſor habeat plura puncta, & ex errore accuſet pauciora, ſocius non teneatur eum admonere, ſed poſſit vincere: nam alicubi ſtatutum eſt, vt quiſque ſuas partes agat, & attendat ſibi: imo etiam, vt ſi alter non ſignet creditum, vel non accuſet

An teneatur colludens ſocium monere, ſi erret in punctorum numero?

tempo-

Digitized by Google

tempore debito, & ſic ad aliquod ſpatium procedatur, non poſſit computare in lucrum. Sic Dicaſtillus *vbi ſup. num.* 5. Et minus ad id tenebitur inſpector, ſi non promiſerit, ſaltem ex iuſtitia. Nauarr. *vbi ſup. Tr.* 9. *Reſ.* 44.

Et poſſit vti inſpectione ſuarũ chartarum ad propriũ commodum?

22. Nonò, licèt ludentes non poſſint ſtudium adhibere ad videndas colluſoris chartas intrinſecùs; ſi tamen alteri alterius negligentia conſpicere eas contingat, vti poterit caſu in ſuum cõmodum, quia non adhibet fraudem. Trullench. *in decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 28. *dub.* 2. *num.* 4. Idemque procederet, obſeruat Cardinalis *num.* 37. ſi alter cognoſcat à tergo, non illas ſignando, ſed ſolùm obſeruando. Dummodo hæc peritia non ſit tanta, vt faciat inæqualitatem notabilem. *Tr.* 4. *Reſ.* 50.

Et ſocij contra ſocios ludentes, ſibi inuicem chartas oſtendere?

23. Decimò, quando ſocij contra ſocios ludunt, aliquando poſſunt ſibi inuicem chartas oſtendere ad petendum conſilium, vel ſignis ſe iuuare, occultis, vel manifeſtis; aliquando non poſſunt, ait Sanchez *vbi ſup. num.* 7. ideoque ſtandum eſt peculiaribus legibus huius ludi. *Ibid. §. Si inquiras.* Si autem quis extra ludum inſpiciens chartas vnius colludentis, ſignificet alteri illius puncta, hic non poteſt ea admonitione vti in ſuum commodum. Vnde ſi ille ſpondeat, & tu habito ſigno ſponſionem acceptes, & lucreris, non acceptaturus abſque ſigno, teneris ad reſtitutionẽ. Si autem ante ſignum dubius eras, an acceptare deberes, teneris ad partem lucri pro rata dubij. Molina *tom.* 2. *tr.* 2. *diſp.* 517. *n.* 3. *Tr.* 9. *Reſ.* 42.

Et fingere habere pecuniam, quã non habent?

24. Vndecimò, ſi ludus fiat præſente pecunia, & alter ludentium fingat ſe habere pecuniam in crumena, quam reuera non habet, nec habeat animum ſoluendi ſi perdat, poteſt nihilominus vincere, nam ſi perderet, reuera teneretur ſoluere, ac ſi perderet pecunia præſente, ſicut etiam ſi luderet pecunia adulterina, teneretur ſoluere bonam. Sanchez *num.* 2. *Tr.* 9. *Reſ.* ſula 25. §. *Aduertit.*

Et bona fide primam manum accipere?

25. Duodecimò, ſi quis bona fide arripiat priorem locum, vulgò *la mano*, quæ ei non competeret, etiam ſi ratione manus præcisè lucraretur, non teneretur reſtituere. quia talis eſt ludi conſuetudo. Si verò arriperet fraudulenter, tunc non ſolum deberet reſtituere id, quod propter illam fraudem acquiſiuiſſet, ſed duplum, nimirum id etiam, quod perdidiſſet; quia fraus totũ hoc damnum alteri intuliſſet. Quod ſi in hoc caſu non conſtet, an fraus certum damnum intulerit colluſori, reſtitui ei debet non totum lucrum, de quo dubitatur, ſed pars, ſicut quando com-

burun-

Digitized by Google

burſuntur ſegetes immaturæ. Villalobos *tom.2. tr.28. diff.4. n.15. Tr.9. Reſ.45.*

26 Porrò, certum eſt, non licere ſignare chartas, vel taxillos, vel artificiosè illos componere, vel ſuffurari, & ſimilia (imò addit Sanchez *num.10.* quod ſi quis ſit adeo ingenioſus, vt facilè cognoſcat chartas, & alter hoc eius ingenium ignorat, iniuſtè lucratur. Secus ſi in hoc ſint pares, vel chartæ ex nimio vſu factæ ſint omnibus cognoſcibiles. *Reſ.52.*) Qui verò huiuſmodi fraudes adhibent, tenentur non ſolùm reſtituere, quod ſic lucrantur, ſed etiam, quòd alter lucrari potuiſſet, quia totum hoc damnum inferunt. prudentum tamen arbitrio penſandum eſt, quanti valebat lucrum illud in ſpe. Si autem dubium ſit, vter illorum lucraturus eſſet ſeclusis fraudibus, probabile eſt, eum qui adhibuit, ad nihil teneri, propter poſſeſſionem: niſi maior probabilitas ſtaret pro aduerſario. in quo caſu reſtitui deberet rata pro exceſſu. ſicut è contra, ſi ipſe ob ſuam fraudem dubitet ſe lucratum eſſe, tenetur non accipere, vel reſtituere: quia poſſeſſio fauet aduerſario. Ità Hurtadus *de contr. diſp.8. diff.7. Tr.9. Reſ.48.*

NON licet ſignare chartas, vel taxillos.

27 Illicita quoque trauseſſet, accuſare plura puncta, vel primeram, quam non habet, ſi colluſor non inſpiciat; atque adeo reſtitui debet lucrum, &, quod amittendum erat inſpectis chartis. Quod etiam procedit, ſi quis ſoluat minus, quàm debeat, etiam ſi colluſor ex errore, vel inaduertentia putet, ſibi integrè ſatisfactum. Dicaſtillus *num.22. & 27.* Adde, quòd ſi ſolus ludens ſciat ſe perdidiſſe, tenetur reuelare, etiam ſi iudices exiſtiment illum lucratum fuiſſe; quia talis ſententia lata eſt ex falſa præſumptione. Niſi oppoſitum alicubi ſeruetur, aut ludẽtes inter ſe pacti eſſent. *Tr.9. Reſ.47. & 53.* Denique illicita fraus eſſet, ſi exercitatiſſimus in ludo, fingeret ſe ignarum, & vna vel altera vice ſe vinci fineret, vt deinde facilius vinceret. qui proinde peccaret mortaliter, & teneretur reſtituere, non totum lucrum, ſed partem, iuxtà proportionem periculi, quod ſubijt. Fauſtus *diſp.32. quæ.34. num.2. Reſ.30.*

Accuſare chartas, quas non habent.

Et fingere doloſè magnam imperitiam.

28 Petes primò. An obligatus reſtituere ex fraude, ſatisfaciat perdendo tantumdem cum eodem? Reſpondeo negatiuè. non ſolùm ſi perdas in alio ludo, nempe alio tempore: ſed etiam ſi in alio iactu eiuſdem ludi continuati: quia ſinguli iactus ſunt diſtincti contractus, qui perficiuntur finitis iactibus, & ſignatis rationibus; ac per conſequens ille, cui debebatur ex primo iactu, eo finito, habet nouum ius lucrandi in ſecundo. quare, ſi à te lucretur

OBLIGATVS ex fraude reſtituere, non ſoluitur per amiſſionem eiuſdem ſummæ.

tur in hoc ſecundo, non reſarcitur ius acquiſitum in primo. Confirmatur, quia ſi aliquam pecuniam furto ſubtraxiſſes, non liberaris à reſtitutione per illius amiſſionem. Quod autem ait Armilla *v. Ludus num.* 7. lucrum eſſe ſolum id, quod remanet in fine ludi, habet locum ſolummodo in filiofamilias, qui de conſenſu patris ludens, cenſetur habere facultatem exponendi ludo lucrū, donec omninò abſoluatur. Ità Eminentiſſimus Lugo *de Iuſt. to.* 2. *diſp.* 31. *ſec.* 2. §. 3. *num.* 39. *Tr.* 9. *Reſ.* 51. Ex quibus benè docuit Molina, non ſaluari ab onere reſtituendi quem propter fraudes illicitas, per hoc, quod nullum in fine ludi lucrum, vel etiam ſi iacturam, reportat. *Reſ.* 30. §. *Verùm.*

An debeat reſtituere, quæ impēdi ſolent pro expenſis ludi?

29 Petes ſecundò. An lucrans fraudulenter, teneatur reſtituere id, quod apud ſe habet ex lucro, & etiam ea, quæ expenſa ſunt pro lucerna, chartis, bellarijs, ludi iudice &c. Reſpondet Trullench *in decal. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 27. *dub.* 2. *num.* 7. negatiuè; quia hæc omnia data ſunt vtroque conſentiente, idque etiam procedere, quando is, qui perdit, non eſt ſui iuris, modo non excedatur quantitas, de qua diſponere poterat. Secus de attracto ad ludum per vim, quia non cenſetur conſentire. Et quæ dedit amicis, tenetur pariter reſtituere, quia neque in his præſumitur conſenſus. Vide etiam Sanchez *cap.* 8. *cit. dub.* 20. & Cardinalem *vbi ſup. num.* 14. *Tr.* 9. *Reſ.* 54.

Et an in ludo latrūculorum, *ſcacco di pedina* dicatur, *ſcacco con pedina fatta dōna?*

30 Petes tertiò. An in ludo latrunculorum victoria cum pedite facto Regina, ſit dicenda victoria cum pedite, itaut ſi quis promiſit dare *ſcacco matto di pedina*, lucrari poſſit, dando cum pedite facta regina? Panormitanus & alij affirmatiuè reſpondent in caſu, quo ſignatur calculus; vulgò *ſi promette matto di pedina ſegnata*. Sed oppoſitum tenendum eſt, etiam in hoc caſu, quia iam calculus ille non eſt amplius pedes, ſed regina, & vt talis ducitur, non vt pedes. Sanchez *dub.* 12. *num.* 16. & Molfeſius *in ſum. to.* 2. *tr.* 12. *cap.* 21. *num.* 47. *tr.* 9. *Reſ.* 49.

LVDVS

Quid requirat ex parte materiæ.

LVDO exponi poteſt

Etiam libertas.

31 † MAteria ludo exponibilis eſt omne id, de quo ludens habet dominium, & facultatem liberam diſponendi †. Atque adeo libertas ipſa hominis liberi, ſi propriæ vitæ, aut propinquis, vel alijs detrimentum non timeatur, ait

Azo-

Azorius *tom.2. lib.2. cap.31. quæst.3.* Vnde cum his circumſtantijs non peccant, qui ſuam libertatem ludunt, triremibus deſtinandi, ſecundùm ipſum. Ego verò exiſtimo, Principibus hunc ludum aperire non licere, niſi in neceſſitate inſtruendi triremes, cùm de ſunt mancipia, vel ſerui pœnæ; & concurrentibus circũſtantijs Azorij in perſonis, quas admittunt. *T.7. Reſ.*43. Licitum verò eſt, ludo exponere aliquod opus pium implendum pro victore, vet. gr. Salutationem Angelicam, vnam *Salue Regina, &c.* Nulla enim eſt irreuerentia, ſi deinde reuerenter recitetur, vel ſimonia, ſi proponatur in ludo licito & honeſto. Sanchez *dub.24. num.*15. contra Nauarrum *cap.20. num.7. T.9. Reſ.*41. — Opera ſpiritualia.

32 Item, non eſt mortale, exponere ludo quantitatem pecuniæ propriæ quantumuis magnam; nec proinde multum lucrans à vero domino, tenetur reſtituere. Niſi ex ea iactura notabile filijs, & familiæ detrimentum ſequatur, vel ex hoc fiat impotens ad ſoluenda debita. Nam, ſecluſis circumſtantijs, prodigalitas non eſt peccatum mortale. Quòd ſi is, qui frequenter ludit, & multum exponit, admittere ſolet fraudes, peierare, blaſphemare, cùm alea non benè cedit, iniurijs lucrantem afficere, aut ſimilia facere, non debet abſolui, donec deſiſtat. Sanchez *dub. 24. cit. à num.7. tr.9. Reſ.*37. — Et quantitas quãtumuis magna pecuniæ propriæ, per ſe loquendo.

33 Si verò quis exponat pecuniam alienam, fur vet. grat. vel vſurarius, vel famulus, tunc eatenus lucrum ſuum facit, quatenus habebat, quod traderet colluſori in caſu amiſſionis, nam ſecus, eſſet inæqualitas, cum colluſor lucrari non poſſet; & ſi ſciuiſſet pecuniam non eſſe ſuam, vtique non luſiſſet. Ità Eminentiſſimus Lugo *à num.*13. vbi etiam notat, quòd ſi ludens, deficiente ſibi in ludo pecunia, eam à colluſore ſurriperet, poſſet cum illa ab eodem lucrari, dummodo haberet, quod pro ſurrepta pecunia reſtitueret, ſi illam perderet. *T.9. Reſ.* 19. Quod ſi fur, vel famulus, id, quod aliena pecunia licitè, vt diximus, lucratus eſt, ludo exponat, victor non habebit ſcrupulum. Si autem amittat pecuniam alienam, victor tenetur ratione rei acceptæ reſtituere vero domino: ipſe vero tenetur victori ad euictionem. Amicus *tom 5. de iuſt. diſp.28. ſec.4. num.*31. *Ibid. Reſ.*20. — Quid de aliena?

34 † Dubium remanet de ijs, qui non ſunt ſui iuris, an, & quid ludo exponere poſſint, vt ab eis lucrans, retinere poſſit in conſcientia. Et quidem de filiofamilias dictum eſt V. *Filiusfamilias, à num.*2. Supereſt determinandum de minoribus, vxore, marito, ſeruis, clericis, equitibus, & religioſis †. — Ac proinde quid ludo exponere poſſit. — Filiusfamilias?

Digitized by Google

Minor?

35. Ergo quoad minores, Dicaſtillus *de iuſt. lib. 2. tr. 18. diſp. 4. dub. 5. num. 31.* & alij dicunt, quod, licèt contractus minorum, abſque tutoris aut curatoris licentia, de iure ciuili reſcindi poſſit, ipſo minore inſtante; priuſquam tamen vtatur legis beneficio, naturali obligatione tenetur, vt habetur *l. cũ illud §. ædes, ff. quãdo dies legati cedat,* & *l. ſi eius pupilli in principio, ff. ad Trebell.* & *l. 1. §. vlt. ff. de nouatio.* cõtractus autẽ eorũ oneroſi, ità nulli declarãtur, vt minor reſtituere teneatur quod accepit *l. 1. §. an in pupillũ ff. depoſiti,* & *l. 1. §. vl. C. de reputationib.* Vnde nõ eſt intẽtio legũ, vt minor sẽtiat cõmodũ, & non onus. Quare in contractu ludi, qui eſt oneroſus, non debet poſſe lucrari, & non teneri ſoluere, aut cũ eo ludentem teneri reſtituere. Sed probabiliſſimum eſt, contractũ huiuſmodi cum minore non valere; & quamuis multi cum Gabriele doceant, in tali caſu minorem lucrari poſſe, ludentem autem cum illo, non poſſe, ex *§. Inſtit. quibus alien. licet, §. at ex contrario, inſtit. de inutil. ſtipulat. §. pupillor.* ego nec minorem cogerem ad ſoluendum, ſi nollet, nec colluſorem ad reſtituendũ. Vide *in Summa V. Reſtituere, num. 29. Tr. 9. Reſ. 13.*

Vxor?

36. Quoad vxorem, exiſtimo, ludentem cum coniugata, poſſe ab ea lucrari in ſeptem caſibus. Primò, quando illa habet paraphernalia, quorum dominium, & adminiſtratio ad ipſam pertinet. Secundò, quando ei maritus concedit certam ſummam expendendam ad libitum. Tertio, quando concedit certam ſummam pro ornamentis, quibus illa parcè vtens, velit reſiduum ludo exponere. Quartò, quando maritus expreſsè illi permittit aliquid ludo exponere. Quintò, quando ea habet adminiſtrationem bonorum. Sextò, quando ſua priuata induſtria, & labore acquirit, & lucratur, poſtquam oneri ſuo circa gubernationem familiæ ſatisfecit. Septimò denique, quando ea acquirit, & perdit ludendo, eo modo, quo aliæ coniugatæ ſuæ conditionis, & ſtatus ludere ſolent. Quod ei maritus prohibere non poteſt, quia ob dotem, & bonorum ſocietatem, debetur illi congrua ſuſtentatio, quæ comprehendit ſumptus ad ea omnia, quæ fœminæ ſui ſtatus mediocres ſolent inſumere, etiam ad honeſtam recreationem. Vide Molinam *diſp. 520.* & Caſpenſem *tom. 2. tr. 18. diſ. 18. ſec. 3. num. 20. Tr. 9. Reſ. 41.*

Maritus?

37. Maritus quoque, ſecundum Villalobos *tom. 2. tr. 18. diff. 5. num. 18.* ludere poteſt moderatè, iuxta viros prudentes ſuæ conditionis. Sed ſi notabiliter excedat, cum damno familiæ, & domus, peccat mortaliter; & licèt in tali caſu non teneatur vxori reſti-

tuere medietatem integram, propter ſpem lucri, cui ſe expoſuit, ſed tantum ad partem iudicio viri prudentis: ipſe tamen exiſtimat, teneri ad totum, quia qui ordinariè ludit, ſemper perdit. Dicaſtillus verò *tr. 18. diſp. 4. dub. 10. à num. 6* ſuſtenet, ad nullam reſtitutionem teneri, etiam ſi experimento commonefactus fuerit, ſe ſemper amittere. Nam (ſalua dote, quam tenetur integrã cuſtodire) maritus tamquam adminiſtrator dotis, & bonorum communium, tenetur quidem concedere vxori medietatem, ſed tamen poteſt de aliqua parte ipſorum ſine conſenſu vxoris diſponere, dummodo non ſit exceſſiua, vel valde notabilis. In ludo autem hic exceſſus reperiri non poteſt; quia ſemper eſt aliqua ſpes lucrandi, & licet periculum perdendi præualeat, hic exceſſus nõ æquiualet exceſſiuæ diſtractioni aut donationi illorum bonorũ. Secus vero, ſi maritus ludo amittat bona dotis, nam, ſi hæc erãt in ſpecie conſeruanda, vxor poteſt illa repetere à lucrante. Si non erant conſeruanda in ſpecie, poteſt agere contra bona mariti, apud quemcunque reperiantur, quia videntur tacitè hypothecata pro dote. *Tr. 9. Reſ. 18.*

38. Quoad ſeruum, licèt Sotus *de iuſt. lib. 4. quæſt. 2. art. 2.* & alij dicant, eum abſque conſenſu domini, ſaltem probabiliter præſumpto, non poſſe aliquid ludere; quia caret bonis: ego tamen exiſtimo, ludere poſſe in his caſibus. Primo, ſi dominus expreſsè vel tacitè velit, vt ſeruus habeat aliquid ſuum, quod diſponat ad ſuum libitum. Secundò, ſi aliquid ſeruo donetur aut legetur, ea conditione, vt nullo modo ad dominum pertineat. Tertiò, ſi aliquid ei detur in compenſationem iniuriæ ſibi illatæ, & nullo pacto domino. Quartò, ſi abſque præiudicio ſeruitutis, ſua induſtria aliquid acquirit ludo, negotiatione, &c. Quintò, ſi aliquid ſibi ſubtrahit ex his, quæ poteſt liberè conſumere. Sextò, ſi quid ei detur in ſtipendium operis, præſtiti abſque præiudicio domini. Nam in dictis caſibus habet verum, & perfectum dominium dictarum rerum, poteſtque omnino abſque dependẽtia domini de eis diſponere, nec dominus ab eo auferre poteſt abſque iniuſtitia. Iura enim, decernentia, vt ſeruus domino acquirat, vel intelliguntur de acquiſitis per opera domino debita, vel iam ſunt abrogata per deſuetudinem. Hurtadus *de iuſt. diſp. 1. diff. 18. & de contr. diſp. 8. diff. 8. Par. 7. Tr. 7. Reſ. 55. & Tract. 9. Reſ. 12.* Aduerte etiam cum Dicaſtillo *diſp. 5. dub. 7. nu. 47.* quòd, ſi ſeruus, ludo intentus, omittat obſequia domino debita, ſolum tenetur reſtituere æſtimationem laboris, quo dominum fraudauit,

Seruus.

Digitized by Google

uit, & nihil aliud. *Tract. 9. Reſolut. 12. in fine.*

Clerici. 38 Quoad clericos, qui tenent, eos non eſſe verè dominos beneficiorum, dicunt non poſſe eorum fructus ludo exponere. Sed ego ex contrario principio contrarium teneo. vnde lucrantes ab eis prædictos fructus, non tenentur reſtituere. Stando autem in contraria ſententia, clerici exponere poſſunt ludo, non ſolum patrimoniala, acquiſita ex teſtamento, donatione, officio, v. gr. docendi Grammaticam, aduocandi, pulſandi organa, canendi, &c. vt docet Maior. *in 4. diſt. 24. quæſt. 17.* ſed etiam distributiones quotidianas, quę, acquirunt pro aſſiſtentia in choro, vt eſt communis ſententia, iuxtà cap. *vlt. de cler. non reſid.* Idemque dicendum de eleemoſynis miſſarum, & anniuerſariorum. Alcozer *cap. 38.* Idem de penſionibus eis collatis ex iuſta cauſa. Couarruu. *num. 6.* Idem de bonis Eccleſiaſticis factis iam ſæcularibus auctoritate Pontificis, qualia ſunt bona Templariorum, &c. vt docet Alcozet *ubi ſup. Tr. 9. Reſ. 16.*

Equites. 39 Quoad Equites religioſos, aliqui apud Dicaſtillum *dub. 8. num. 55.* tenent, habere quidem liberam adminiſtrationem bonorum, ſed cum hoc, vt expendant in vſus licitos ſuo ſtatui, nempe nobilium, & heroum. nam ſi expendant in vſus illicitos, peccare contra paupertatem; quia ad hoc nec ſuperiores, nec conſuetudo poteſt illis facultatem concedere. Quam opinionem ſatis probabilem eſſe, docet Dicaſtillus. Sed ipſe probabilius exiſtimat oppoſitum, quia votum non aliter eos obligat, quàm ſeruari in eodem Ordine conſueuit. Redditus autem commendarum probabilius eſſe non concedi titulo Eccleſiaſtico, ſed laico, nempe militari. atque adeo transferri ab eis poſſe abſque peccato, & onere reſtitutionis. *T. 9. Reſ. 17.*

Et religioſus de licentia expreſſa. 40 Denique quoad religioſos clauſtrales, Leſſius *lib. 2. cap. 26. dub. 5. num. 36.* & nouiſſime Amicus *de iuſt. tom. 5. diſp. 28. ſec. 4. num. 35.* repugnantibus Villalobos *tom. 2. tr. 28. diff. 5. num. 9.* & Dicaſtillo *dub. 6. num. 38.* docent, poſſe eos de licentia ſuperioris (quamuis fortè peccantis) expreſſa, validè lucrari; & perdere quantitatem notabilem: quia Religionum prælati habent facultatem celebrandi contractus validè. ergò etiam iſtum, qui æquè lucro expoſitus eſt, & iacturæ. *tr. 9. Reſ. 14. §. Notandum.*

Vel tacita. 41 Abſque autem expreſſa ſuperioris licentia, id ludo exponere poſſunt, in quo præſumi poteſt licentia. Vnde, non poſſunt exponere multum, vel ludo prohibito, & inhoneſto; quia in hoc ſuperioris voluntas nequaquam præſumitur. Poſſunt tamen modicum

dicum quid, & in ludo licito, gratia reficiendi animum. Sicut etiam in honeſto ludo id, quod ſibi ſubtrahunt ex portione deſtinata parcè viuendo: quia in his præſumitur licentia. Ità Dicaſtillus *vbi ſup.* Sed cum hac limitatione, dummodo non expreſsè id à ſuperiore, vel conſtitutionibus Ordinis prohibitum eſſet. quia tunc non eſſet locus interpretationi contrariȩ. Nec iuuare in tali caſu conſuetudinem, quia eſſet corruptela, & non haberet vim legis, vt colligitur ex cap. *inter dilectos, de exceſſ. prelat. T.* 9. *Reſ.* 14.

42 Quare, qui extra caſus explicatos aliquid à religioſo lucraretur, teneretur ad reſtitutionem. Quam quidem poſſet efficere eidem religioſo, quia non teneretur ponere rem in meliori ſtatu, quàm antea fuiſſet. Villalobos *tom.* 2. *tr.* 28. *diff.* 5. *num.* 10. Teneretur autem reſtituere, etiam ſi religioſus habuiſſet licentiam generalem expendendi illam pecuniam, vt idem Villalobos *ibid.* licèt Fauſtus *in ſpec. diſp.* 32. *quæſt.* 21. *num.* 5. probabiliter neget; quia in tali caſu, ait ipſe, quamuis ſuperior ſit inuitus quoad modum alienationis, ex quo religioſus peccat mortaliter, & eſt proprietarius; non tamen eſt inuitus quoad alienationem ſecundùm ſe. *Tr* 9. *Reſ.* 15.

Et à religioſo lucrantes an, & cui reſtituere debeāt?

L V X V R I A.

1 IN rebus venereis dari paruitatem materiæ, præter antiquos docent nouiſſimè Araujo *in* 1. 2. *D. Thom.* Laudmeter *in regulam D. Benedicti*, & Caramuel *in eandem diſp.* 69. *à num.* 1052. ex paritate de alijs materijs, & præceptis. Quod ſi vrgeas periculum, reſpondet, illud non ſemper adeſſe, vel non eſſe graue. & ſi ſit graue, actum fore mortalem extrinſecè tantùm ratione periculi, non etiam intrinſecè ratione materię, cuius grauitas ſecundùm Caramuelem metienda eſt à delectatione, quā ipſe cenſet tunc eſſe grauem, quando ocies multiplicata ſemen emitteret. Sed nos hanc ſententiam in *Summa* ſub hoc ipſo nomine *num.* 3. latè refutauimus. nec ei modò adhærere poſſumus, quia à multis cenſetur digna cenſura; præſertim à Saura *in voto Platonis de exam. propoſ. cap.* 13. quia licèt, ſpeculatiuè loquendo, habeat aliquam ſpeciem veriſimilitudinis; in praxi tamen, moraliter loquendo, non poteſt abſque grauis culpæ reatu executioni mandari. Vide Machadum *tom.* 1. *lib.* 2. *par.* 3. *tr.* 19. *docum.* 1. *num.* 4. & Texedam *tom.* 1. *lib.* 2. *tr.* 3. *contr.* 1. *num.* 11. *T.* 11. *R.* 28.

IN rebus venereis non datur parua materia.

METVS.

METVS.

METVS an dici debeant preces importunæ?

1 ✠ METVS, ſi grauis eſt, tollit, ſi leuis, minuit voluntarium. & metui leui comparantur preces importunæ, niſi tam moleſtæ ſint, vt reſpectu perſonæ, cui fiunt, præualeant præiudicio, quod ipſi inferri deberet; nam tunc comparandæ ſunt cum metu graui. Si metus grauis iniuſtus ſit, irritat omnem contractum, ſecus, ſi ſit iuſtus. Vide V. *Ludus*, *num.* 14. †.

MISSAM AVDIRE.

MISSAM audiẽtes in nocte Natiuitatis in Capella Papali ante mediã noctem, ſatisfaciunt.

1 IN nocte Natiuitatis Christi Domini, qui, Romæ exiſtentes, interſunt Miſſæ, quam de mandato Sanctiſſimi celebrat in Cappella Pontificia Cardinalis ante mediam noctem, ſatisfaciunt præcepto, ſicut ipſemet Cardinalis. Nam vel ex mandato Pontificis anticipatur dies pro eo tantùm effectu, vt Cardinalis celebret non ieiunus, & Miſſa illa valeat pro Miſſa noctis Natiuitatis, vt benè docet Auerſa *de ſacr. Euchar. quæſt.* 8. *ſect.* 8. & Eminentiſſimus Lugo *de ſacr.* item *Euchar. diſp.* 15. *ſec.* 2. *num* 56. contra Paſqualigum *tom.* 1. *deciſ.* 312. *num.* 4. Vel, ſi non anticipatur dies, de benigna mente Summi Pontificis præſumi debet, eo ipſo, quòd in tali loco & tempore, & cum dictis circunſtantijs facit coram ſe celebrare, quòd etiam velit, omnes, qui illi ſacrificio interſunt, præceptum implere. Alioqui etiam ipſe Cardinalis teneretur nouum ſacrum poſt mediam noctẽ audire. *Tr.* 12. *Reſ.* 12.

MISSARVM REDVCTIO.

MISSAS reducere priuata auctoritate an poſſit Sacerdos ipſe obligatus.

1 † MISSARVM reductio auctoritatiuè, & per diſpenſationem ſpectat ad Papam, & in Concilio Tridétino conceſſa fuit Epiſcopis in ſynodo, & Generalibus Ordinum in capitulo generali, vt dictum ſub hoc nomine in *Summa* †. Ex iuſtitia autem, & æquitate, docet Bordonus *tom.* 1. *conſ. reg. reſol.* 25. *num.* 37. Cui aſſentitur Auerſa *de Euchar. qu.* 11 *ſec.* 18. fieri poſſe ab eo Sacerdote, qui ad certum Miſſarum numerum cum iniuſto ſtipendio teneretur, ſiue quia ſtipendium Miſſæ tempore fundationis capellaniæ erat minus, ſiue quia fructus

Ex iuſta cauſa?

de ſti-

deſtinati ad tale ſtipendium decreuiſſent. Ita enim, celebrando tot miſſas, quot ad rationem currentis ſtipendij pro fructibus, quos percipit, reſpondent, non facit iniuriam teſtatori; quippe qui ab initio aſſignauit, vel ab heredibus aſſignari præcepit, habito reſpectu ad eleemoſynam, quæ ex ſtatuto vel vſu ſoluebatur tali tempore. vnde colligitur eius intentio fuiſſe, vt quantitas Miſſarum correſponderet quantitati ſtipendij currentis. Gratis enim dicitur à Genuenſe *de Eccleſ. T ricen. 6. quæſt.* 179. eius intentionem eſſe, vt augeatur pretium ab heredibus: tum quia regulariter teſtatores non intendunt heredes multum grauare. tum etiam, quia petere augmentum ſtipendij ab heredibus, eſſet mouere lites, & in illis inſumere ſtipendium quod acquiritur: ſeminare etiam diſcordias, odia, &c. Item ſic reducens non ſibi vſurpat auctoritatem Apoſtolicam; ſicut non vſurpat, qui ex rationabili cauſa votum ſibi propria auctoritate commutat. Sed huius dubij reſolutionem ad Sacram Congregationem remitto. *T r.* 12. *Reſolut.* 22.

2 Nota hic, quòd ſi teſtator dicat: *Iubeo vt meus heres curet, tot Miſſas annuas pro me celebrari*, & ſtipendium augeatur; Audraſ. *l. c.* ait, ab heredibus ſupplendum eſſe, vt omnino celebretur numerus Miſſarum præſcriptus. Secus, ſi dicat: *Iubeo vt meus heres eroget quotannis tantam pecuniam in miſſis pro me celebrandis.* *Ibid.* 6. *Nota tamen.* | Et vnde colligēda teſtatoris intētio?

M O R I B V N D V S.

1. AN moribundus nullum ſignum contritionis edens, abſolui poſſit à peccatis, diximus in *Summa* V. *Confeſſionis, num.* 27. Modò dicimus, abſolui poſſe à cenſuris, pro recipienda extrema vnctione & obtinenda ſepultura Eccleſiaſtica: quia licèt ſit neceſſarium ſignum contritionis pro abſolutione peccatorum; non tamen eſt neceſſarium pro abſolutione cenſurarum, quæ fit extrà Sacramentum, & etiam confertur abſenti. Sic Bolſius *diſcept.* 2. *num.* 8. & Caſpenſis *tom.* 2. *tr.* 15. *diſp.* 2. *ſect.* 13. *num.* 140. contra Nauarrum *in man. cap.* 27 *num.* 272. *T r.* 10. *Reſolut.* 10. | MORIBVNDVS abſolui debet à cenſuris, etiam ſi nullum ſignum contritionis oſtēdat.

Digitized by Google

MVNERA IN ROMANA CVRIA
Quæ, Quibus, & Quo titulo prohibeantur.

MVNERA in Romana Curia pro obtinenda gratia vel iuſtitia, ſub grauiſſimis pœnis prohibẽtur dari, vel promitti.

1 † GRegorius XIII. *in extrauag. edita de anno* 1574. excommunicationi ſubiecit eos, qui in Curia Romana aliquid paruum vel magnum dederint, promiſerint, acceperint, aut acceptauerint promiſſionem, pro iuſtitia aut gratia à Sede Apoſtolica obtinenda: à qua abſolui non poſſint ante realem reſtitutionem eorum, quæ pro tali gratia obtinenda accepta fuerint, extenditque ad audentes aliquod horum facinorum, dantesque illis auxilium, conſilium, vel fauorem. Circa hanc Bullam nonnulla diſcutienda ſunt. Primo quæ quantitas & quæ promiſſio ſufficit ad incurrendas pœnas prædictas. Secundò quibus & quo titulo prohibeatur dari, accipere &c. Tertiò verò, an & quo titulo aliquid dari & accipi poſſit †.

In illa quantitate quæ ſufficiat ad trahendum animum collatoris ad gratiam, vel iuſtitiam.

2 Ergò quoad quantitatem, Bonacina *tom.3. diſp.2. quæſt.3. pun.31. num.13.* putat, ſufficere quantitatem, quæ cenſetur notabilis in furto, quia Pontifex prohibet magnum & paruum, & ideo furtum cenſetur in tali quantitate notabile, quia eſt contra domini voluntatem: quare omne id, quod in hac materia dari & accipi æſtimatur contra voluntatem Summi Pontificis, cenſeri debet notabile. Sed his & alijs Bonacinæ argumentis non obſtantibus, quibus abundè ſatisfacit Dicaſtillus *de iuſt. lib.2. tr.1. diſp.5. dub.7. à num.263.* illam quantitatem exiſtimo notabilem pro incurrendis pœnis Bullæ, quæ hic & nunc ſecundùm prudentum æſtimationem allicere poteſt & peruertere voluntatem accipientium; atque adeo determinandam eſſe penſatis circumſtantijs dantis, accipientis gratiæ aut iuſtitiæ &c. vnde ait Nauarrus, contingere poſſe, vt vnus equus non ſit quantitas ſufficiens ad pœnas incurrendas, ſi nimirum non æſtimetur ſufficiens ad gratiam obtinendam. Et Leo *de cenſ. diſp. 4. litt. B. v. dantes*, docet ex Sanctarello, non incurri cenſuras ob largitionem duorum vel trium aureorum. Ratio autem eſt, quia finis Pontificis fuit, nè gratiæ aut iuſtitiæ venderentur. atqui per acceptionem rei non valẽtis allicere animum &c. non venditur gratia aut iuſtitia; ergò. *T.4. Reſ.6.* Et ex hoc etiam ſequitur, quòd ſi quid detur poſt impetrationem, etiam immoderatum, non violabitur Bulla; nam hæc dari prohibet pro gratia vel iuſtitia obti-

obtinenda, non pro obtenta. Baunius *par. 2. diſp. 5. tract. 2. quæſt. 12. Reſ. 10.*

3 Quantum ad PROMISSIONEM, ea poteſt eſſe vera, & ficta; verbis generalibus, & determinatis; acceptata, & non acceptata. Si quis fictè promittit, & alter verè acceptet, vterque ſecundùm Bonacinam *vbi ſup. num. 8.* peccat mortaliter. ille tamen pœnas non incurrit; de hoc autem dubitari poteſt. Ratio, quare vterque peccet, eſt, quia vnus inducit ad faciendum, alter facit, rem prohibitam: quare ille non incurrat pœnas; quia ficta promiſſio non eſt promiſſio, niſi externa, & in odioſis accipi debet ſtrictè pro vera promiſſione. quod alter videatur pœnas incurrere; quia quantum eſt ex parte ſua, acceptat promiſſionem, & illius intuitu gratiam, vel iuſtitiam concedit. Denique, quod etiam hic excuſari poſſit, quia non acceptat veram promiſſionem, cum ille non verè promittat, quamquam peccet ob conſcientiam erroneam. Sed Dicaſtillus *vbi ſup. num. 179.* licèt hanc opinionem quoad promittentem procedere exiſtimet, in quantum eius actus eſt promiſſio, & quatenus aduerſatur prohibitioni Bullæ de non promittendo; illum tamen in pœnas Bullæ ait incurrere, quatenus ſic promittendo dat conſilium, hortatur, & impellit ad acceptandam promiſſionem, & concedendam eius intuitu gratiam. *T. 4. Reſ. 4.*

Sed an incurrantur pœnæ, ſi promiſſio ſit ficta?

4 Similiter, ſi promiſſio non acceptetur, promittentem non incurrere pœnas, ait Bonacina *num. 9.* quia promiſſio non acceptata non eſt promiſſio, ſed pollicitatio. Secus ſi pollicitationibus quis eos ambiat, quos gratia præſtare arbitretur; nam tunc efficit actionem, principaliter & ſeorſim prohibitam in hac Bulla. Sed contra etiam Dicaſtillus *num. 182.* cenſet, ſic promittentem ſeu pollicentem, pœnas incurrere; tum quia talis pollicitatio eſt conſilium, vel auxilium ad faciendam actionem prohibitam, vt ſupra dictum eſt; tum etiam, quia in Bulla fit mentio eorum, qui etiam pollicitationibus ambiunt. *T. 4. Reſ. 5.*

Non acceptata?

5 Contra verò, ſi promiſſio fiat verbis generalibus, tunc eatenus excuſari promittentem exiſtimat Bonacina *num. 10.* quatenus ſolius vrbanitatis gratia promittit, abſque animo imponendi ſibi aliquam obligationem, etiam gratitudinis. nam in Bulla prohibentur quælibet pacta & promiſſiones, etiam generales, & occultæ; & perſonis, de quibus in Bulla, tam nihil debetur ex gratitudine pro gratia & iuſtitia, quàm ex iuſtitia; quia habent

Et verbis generalibus inducentibus obligationem ſolius gratitudinis?

ſuum

ſuum ſtipendium, & præſtant id, quod tenentur. Dicaſtillus verò *num.* 189. & difficile exiſtimat, verba promiſſoria in tali caſu proferri poſſe abſque intentione ſe obligandi, cum proferantur ad oſtentandam gratitudinem: & non cenſeri prohibita, niſi procedant ex intentione obligandi ſe ex iuſtitia: Dari enim in his caſibus gratitudini locum, quam Pontifex prohibere non intendit: titulos autem gratitudinis referemus infrà *à num.* 10. *T.* 4. *Reſ.* 2.

AN munera prohibeantur dari Summo Pontifici? Vel alijs de eius conſenſu? Miniſtris ipſius in iuriſdictione temporali?

6 Quoad perſonas verò, in primis non incurreret pœnas Bullæ, qui aliquam ex actionibus in ea prohibitis faceret cum Summo Pontifice, vel eius miniſtris & familiaribus, de expreſſo vel tacito ipſius conſenſu. nec eſſet ſimoniacus in his, quæ ſolo iure humano prohibentur. Dicaſtillus *dub.* 9. *num.* 235. *T.* 4. *Reſ.* 12. *in fine.*

7 Deindè, ſecundùm Nauarrum *num.* 29. & Molinam *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 92. non veniunt comprehenſi in dicta Bulla Gubernator Vrbis, Burgi, Iudices Capitolij, eorúmve delegati aut miniſtri, & ſimiles miniſtri Papæ, quatenus eſt Rex temporalis; ſed ſolùm Summus Pœnitentiarius, Camerarius, Vicarius Vrbis, Cubicularij, Secretarij, & ſimiles miniſtri Papæ, vt Vicarij

Cardinalibus?

Chriſti. (Vbi etiam tutius & probabilius eſt, comprehendi Cardinales, licèt non exprimantur; quatenus hæc prohibitio eſt de re mala, & de iure communi antea vetita in *extrauag.* Bonifacij VIII. Quamquam contrarium ſit etiam probabile. ſaltem quoad pœnas priuationis beneficiorum obtentorum, & inhabilitatis ad alia, & infamiæ. Dicaſtillus *dub.* 7. *num.* 236. *Reſ.* 7.) Quare illum Bullæ pœnas incurſurum, qui impetraret gratiam aut iuſtitiam ab iſtis, non autem ab illis. Et ratio eſt; quia nomine Sedis Apoſtolicæ intelligitur Romanus Pontifex prout habet iuriſdictionem ſpiritualem. At ſecundùm Azorium & Scortiam *in Bull. Pontif. epit.* 125. *theor.* 334. omnes comprehenduntur; quia mens Summi Pontificis fuit, à Romana Curia non tantùm ſimoniam, ſed etiam auaritiam, & ambitionem repellere. Et Leo *de cenſ. recoll.* 4. *lit. B. verbo dantes*, docet, à Clem. VIII. dictam excommunicationem ampliatam fuiſſe, etiam pro gratijs, quæ obtinentur à Papa, vt domino temporali. *T.* 4. *Reſ.* 3.

Et extrà Romanã Curiam?

8 Tertiò, ſecundùm Nouarium *in Bull. Pontif. p.* 1. *tit. de dato & promiſſo, num.* 12. præſens Bulla non habet locum extrà Romanam Curiam: vnde, ſi quid daretur Neapoli pro obtinenda gratia Romæ, non incurrerentur pœnæ. idque expreſsè indica-

tum

tum in Rota, ait Seraphinus *deciſ.* 825. & Baronius *p.* 2. *diſp.* 3. *ſt.* 2. *q.* 12. putat non ſpectare ad iudices delegatos citramontanos. *T.* 4. *Reſ.* 10. §. *Notandum*. Sed Leo *ubi ſup.* ait, à Clem. VIII. extendi ad quodcunque Tribunal Papæ, tam in Vrbe, quam extrà. *Reſ.* 3. *in fine*.

9 Denique extenduntur etiam ad dantes conſilium, auxilium, vel fauorem. & non requiritur effectus conſummatus. Vide V. *Conſulens*, *num.* 3. Excuſat tamen ignorantia, vt V. *Ignorantia num.* 1. dictum eſt.

MVNERA IN ROMANA CVRIA
Quo titulo non prohibeantur.

10 CVM pœnæ ſupradictæ latæ ſint contra dantes &c. pro gratia & iuſtitia obtinenda; aſſerunt DD. non incurri ab ijs, qui dant & accipiunt non pro gratia vel iuſtitia, ſed alio titulo: quia leges, præſertim pœnales, non debent vltra propriam verborum ſignificationem, & legiſlatorum voluntatem, extendi. Primò ergò dari & accipi poſſe dicunt titulo gratitudinis. (*T.* 4. *Reſ.* 1.) atque adeo præoſtendi poſſe animum gratum, verbis generalibus ſignificando, ſe non futurum ingratum, non oblitturum beneficij &c. etiam ſi collator ſpem concipiat, & ſub ea forte moueatur, aut impellatur ad gratiam, vel iuſtitiam, abſolutè aut facilius & alacriùs, conferendam. Nam hæc non ſunt propriè & ſtrictè promiſſiones, & cum ex gratitudine quodammodò debitæ ſint, non debere cenſeri prohibitas. Quod enim debitæ ſint, patet tum in gratijs, quæ conferri poterant huic & illi, & non ſine eius beneficio conferuntur vni, excluſis alijs, tum etiam in iuſtitia facienda, quæ licèt debita ſit quoad ſubſtantiam actus, non eſt tamen debita quoad modum, nempe promptitudinis, & alacritatis; quibus proinde retributione correſpondere, ad perfectam gratitudinem pertinet, perinde ac obedire ſuperioris nutibus & ſignis, pertinet ad perfectionem obedientiæ. Ità Dicaſtillus *dub.* 7. *num.* 189. *Tract.* 4. *Reſ.* 2. §. *Sed Dicaſtillus*.

An incurrantur pœnæ per munera data vel accepta

Titulo gratitudinis?

11 Secundò, dari poſſe ex mea liberalitate. vt quando augentur ſportulæ iudici. etiam ſi hic peccet, & cenſeatur ad reſtitutionem, non incurrere illum, vel dantem, pœnas Bullæ, quia non dantur pro gratia vel iuſtitia, ſed tamquam pretium exceſſiuum; ſiue ante, ſiue poſt iuſtitiam obtentam, dentur & accipiantur.

Liberalitatis?

Digitized by Google

giantur. Dicaſtillus *dub. 7. cit. Reſ. 1. §. Secundus.*

Compenſationis alicuius damni?

12 Tertiò, ratione damni compenſandi, quod reſultat intercedenti, dummodo exceſſus non ſit notabilis. Qua ratione excuſari cubicularios, ſecretarios, & alios familiares Principum, qui aliquid accipiunt ad impetrandam à domino ſuo gratiam, qua obtenta, non auderent, vel certò non ità facilè & confidenter, aliquid aliud petere, imò exponunt ſe periculo non obtinendi alia, & quod habeantur nimis petaces, & importuni. Dicaſtillus *ibid. Ibid. §. Tertius.*

Induſtriæ & laboris indebiti?

13 Quartò, titulo maioris induſtriæ, & laboris. nam licèt miniſtri præfati aditum ſupplicaturis permittere, ſupplices libellos, reſponſaque referre teneantur, & huiusgeneris alia, mediocri adhibita diligentia, pro qua nihil accipere poſſunt, quia habent ſtipendium: non tamen tenentur adhibere maiorem, & extraordinariam operam & diligentiam, vnde pro hac aliquid accipere poſſe: moderatum tamen, nam ſi excedant, peccabunt contra iuſtitiam, licèt pœnas non incurrant. Dicaſtill. *ibid. Ibid.*

14 Quintò, ait Nouarius *vbi ſup. n. 7.* non incurri pœnas Bullæ, ſi aliquid detur pro gratia vel iuſtitia, nullo pacto præmiſſo. Idq; deciſum fuiſſe in Rot. *deciſ. 136. poſt conſ. Farinac. to. 1. Ibid. §. nota.*

Breuioris expeditionis cauſæ alicuius?

15 Sextò, probabilius eſt, incurſurũ pœnas, qui aliquid ſolueret iudici, vt ſuam cauſam citius, quàm alias expediret, vt docet Bonacina *pun. 31. ſup. cit. num. 24.* probabiliter tamen docuit Farinacius *p. 3. q. 111. num. 350.* non incurſurum, ſi nullum interueniat præiudiciũ iuſtitiæ, aut alterius perſonæ, & vt probabilem admittit hanc ſententiã Dicaſtill. *dub. 7. cit. n. 200. T. 4. R. 9.*

Vel obtinẽda iniuſtitiæ?

16 Tandem Farinacius *num. 351.* putat non incurri, ſi aliquid detur iudici pro iuſtitia, non obtinenda, ſed auferenda, vel differenda: quia lex loquens in vno caſu, non debet extendi ad alium, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth.* & *cap. ſi ſcepticum* *de reſcript. in 6.* & pœnalis conſtitutio extendi nõ debet, *cap. pœnis* *diſt. 1.* Sed contrariũ docet Scortia *epit. lib. 1. theor. 333.* quia impetrans dilationẽ iuſtitiæ, vel iniuſtitiã, impetrat gratiam. *T. 4. R. 8.*

NEGOTIATIO.

NEGOTIATIO prohibetur Clericis in ſacris, Vel beneficiatis,

1 NEGOTIATIO prohibetur Clericis conſtitutis in ſacris, ac etiam in minoribus, ſi ſint beneficiati: quia etiam cum his locum habet ratio prohibitionis, quæ eſt vt Deo vacent, à ſæcularium negotiorum ſtrepitu alieni; nam bene-

neſi-

Digitized by Google

neficiarius debet ex officio Eccleſiæ deſeruire, canere, vel recitare diuinum officium. Deinde ex decretis Pontificum de bonis beneficiarij, acquiſitis per negotiationem prohibita fiunt ſpolia, ſiue fuerit in ſacris, ſiue in minoribus; quod ſignum eſt, negotiationem vtriſque eſſe prohibitam. Ita DD. communiter; quibus adhæret Cardinalis de Lugo *de iuſtit.* 2. *diſp.* 26. *ſect.* 3. *num.* 26. Sed contrarium docet Hurtado *de contr. diſp.* 2. *diff.* 17. & probabile cenſent Filliucius *to.* 2. *tr.* 35. *cap.* 1. *num.* 2 c. & Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. *dub.* 19. *num.* 7. *Tract.* 10. *Reſ.* 20.

2 Prohibetur etiam Religioſis, & ſecundum Dicaſtillum *de iuſt. lib.* 2. *tr.* 9. *diſp.* 1. *dub.* 5. *num.* 242. etiam nouitijs, quia ſimiliter ratio dedicationis cultui diuino, procedit etiam in illis. Sed contrarium tenendum eſt cum Hurtado *vbi ſup.* quia nouitius non eſt religioſus, & in odioſis non venit ſub nomine religioſorum. *T.* 10. *Reſ.* 21. — Et religioſis Profeſſis.

3 Petes: An ſit negotiatio prohibita, quando quis habens in alio regno pecuniam, quam eò, vbi indiget, non poteſt transferre ſine iactura, transferri facit in mercibus, in quibus fortè lucrabitur? Reſpondeo diſtinguendo: Vel pecunia vnius loci æquiualet pecuniæ alterius in valore, aut non æquiualet. Si ſecundum, eſt negotiatio illicita: nam v. g. ſi Neapoli emiſti merces centum carlenis, vt Romæ vendas 200. julijs, perinde eſt, ac ſi Neapoli emiſſes 90. julijs, vt vendas Romæ 100. Si primum, non videtur; quia emis tanti, vt vendas tantundem; quod ſi aliquid lucreris, erit per accidens, quia tua intentio fuit, ſeruandi te indemnem. Ita Eminentiſſimus Lugo *diſp.* 27. *ſect.* 3. *num.* 53. *Reſ. cit.* §. *Sed hic.* — Notabile.

NOVITIATVS.

1 NOVITIATVS de iure communi durare debet integrum annum. Et licèt Caramuel *in reg. D. Bened. diſp.* 40. *num.* 463. exiſtimet annum nouitiatus debere eſſe integrum moraliter, qualis eſſet v. g. ſi eſſet minor mathematico 5. vel 6. horis. Eius ſententiam non admittit Bordonus, qui *tr. de profeſſ. regul. cap.* 4. *queſt.* 10. tenet, ſi deſit ſemihora, profeſſionem eſſe inualidam. *T.* 11. *Reſ.* 15. §. *Nota verò.* — ANNVS nouitiatus an debeat accipi mathematicè?

2 Exiſtimat etiam Caramuel *diſp.* 45. *num.* 544. non requiri integrum annum ad profitendum profeſſione accidentali in ſecunda — Et requiratur in nouitiatu profeſſi tranſeūtis ad aliā Religionem?

cunda

Digitized by Google

cunda Religione: ſed tempus determinandum à communitate & acceptandum à tranſeunte, vel è contrà. Ratio eſt, ait ipſe, quia tantum temporis non requiritur ex natura rei, cum iam religioſus in prima Religione expertus ſit difficultatem circa eſſentialia ſtatus; & accidentalia, quæ mutat, non ſint valde difficilia, vt exigant diuturnam probationem. Nec requiritur à Concilio Tridentino; quia illud non loquitur de omni profeſſione, ſed tantùm de ſubſtantiali; nec enim loquitur de profeſſione Ordinum militarium. Verùm praxis eſt in contrarium. & quando iſti tranſeuntes volunt dimidiare nouitiatum, impetrant breue, quod generale habent Fratres Minores pro tranſeuntibus ab alijs Religionibus ad ipſos. Ità Miranda & alij multi, quos citat & ſequitur Bordonus *in conſil. regul. reſol. 29. quæſt. 17. num 62.* Et procedit etiam ſi fiat tranſitus ad laxiorem, vel ab vna ad aliam familiam eiuſdem Ordinis, vt à Capuccinis ad Zoccolantes &c. *T.* 11. *Reſ.* 25.

NOVITIATVS non interrumpitur per receſſum à clauſtro cum Prælati licentia.

3 Interrumpitur verò nouitiatus ſecundum Nouarium *in ſum. Bull. par. 2. tit. de nouit. recipiendis in monaſt. deſtin. d. num. 2.* ſi nouitius aliquot dies & noctes tranſigat extra monaſterium, etiam de prælati licentia: quia in illis, quæ ſunt de forma, ſeruatur rigor, vt per Ruin. *in rubr. de nouis operis nunciat. num.* 19. & iure optimo, quia annus nouitiatus introductus eſt, vt nouitius & Religio ſe inuicem experiantur, poteſt autem contingere talis in Religione aſperitas eo tempore, quo nouitius abeſt, vt propter illam, ſi videret, nollet profiteri. Vnde Rota *in decis.* 175. *par. to. 1. in recent.* iuxtà reſolutionē Eminentiſſimorum Interpretum, declarauit nullam profeſſionem cuiuſdam nouitij propterea, quod multoties eo anno egreſſus eſt, & aliquoties extrà monaſterium pernoctauit. Sed ego contrarium ſentio cum Bordono *in tract. de profeſſ. regul. cap.* 4. *q.* 14. quia manens cum habitu extrà monaſterium de Prælati licentia, dicitur exorare in monaſterio *Abbas in cap. ex reſcripto de iureiur. num.* 5. Vide Vechium *in prax. iudic. diſput.* 11. *dub.* 5. *num.* 10. *Tract.* 11. *Reſolut.* 38.

Et nouitius in periculo mortis cōſtitutus, profiteri quandocunque poteſt.

4 Porrò Pius V. in quadam Bulla conceſſit, vt nouitius vel nouitia, in articulo mortis conſtituta, poſſit anticipare profeſſionem, dummodo habeat completam ætatem. Quam anticipationem Texeda *tom. 1. lib. 1. tr. 1. conteſt. 8. num.* 17. putat fieri poſſe ad ſummum vnius menſis, nam licèt ſit gratia nouitij, & ob hoc amplianda; eſt tamen exorbitantia à iure communi, &

ex hoc capite reſtringenda. Sed ego cum DD. communiter cenſeo, nouitios profiteri poſſe quandocumque in talem articulum inciderint; quia Summus Pontifex per hoc indultum voluit nouitios morientes conſolatio ſpirituali afficere, vt gaudeant Indulgentijs profeſſorum. Vnde refert Caramuel *diſp.40. n.463.* Salmanticæ PP. Ciſtercienſes dediſſe profeſſionem nouitio morienti poſt tertium à ſuſcepto habitu diem. *T.12. Reſ.3.*

OCCIDERE.

1 OCCIDERE hominem eſt peccatum contra iuſtitiam, quinto decalogi præcepto prohibitum. Voluntas autem plures occidendi, ſi vna ſit, vnum peccatum eſt, licèt grauius, ſecundùm Caramuelem *diſp.62. num.910.* quia peccata interna numerantur per actus voluntatis, vt ſi vnum obiectum malum duplici interrupto voluntatis actu determinetur, duplex peccatum fit; duplex tamen aut triplex vno voluntatis actu determinatum, vnum tantùm. Vnde infert, habentem voluntatem occidendi ſuum patrem & Sacerdotem, ſatisfacere, ſi dicat Confeſſario: *Habui voluntatem occidendi, & in hoc peccato erat malitia parricidij & ſacrilegij.* nec teneri explicare, an idem eſſet pater & Sacerdos, quia ſolum diſtinguuntur in eſſe phyſico. Vide etiam Cardinalem de Lugo *de ſacr. pœnit. diſp. 16. ſect. 4. num. 125. & ſeq* & Machadum *to. 1. lib. 2. p. 1. tr. 2. docum. 1. n. 3. T. 11. Reſ. 52.*

OCCIDERE velle plures homines vnico actu voluntatis, quotuplex peccatum?

2 † Licitum autem eſt occidere inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ. & viri nobiles & armigeri non tenentur defendere vitam ſuam fuga, ſed poſſunt armis, vitam ab inuaſore auferendo. Id quod non licet religioſis & clericis, quorum honor non in armorum valore & dexteritate, ſed in humilitate, & moralibus virtutibus ſitus eſt †. Ait porrò Amicus *tom. 5. de iuſt. diſp. 36. ſect. 7. num. 118.* Religioſos poſſe defendere honorem, qui in eis ex virtute & ſapientia naſcitur, quibus conſpicui & æſtimabiles apud ſæculares redduntur, ſicut ſæculares ſuum, qui naſcitur ex fortitudine; imò magis, quo maior eſt virtutis & ſapientiæ, quàm fortitudinis, profeſſio. Vnde & cum debito moderamine illum inuadentem etiam occidere poſſe, & lege caritatis aliquando teneri, ſi ex violatione propriæ famæ integra Religio infametur. Vel etiam ſi quis paratus ſit grauia crimina de ſe & ſua Religione apud viros graues ſpargere, ſi quo propo-

Et an liceat occidere inuaſorem honoris & famæ?

ſito

Digitized by Google

ſito aliter auerti non poſſit, occidi poſſe, ſicut ſi inuadit vitam, & non eſt locus fugæ; vel etiam ſi inuadit bona temporalia, quæ abſque iuris interitu ſaluari non poſſint. Addit tamen, hæc diſputandi gratia ſe docere. Et reuera hæc doctrina non eſt admittenda, præſertim quoad punctum, vt religioſus poſſit occidere detrahentem ſapientiæ ſuæ. T. 10. Reſ. 28.

PAPA.

PAPA diſpenſare poteſt in impedimento affinitatis in quouis gradu. Sed vt licite id faciat, requiritur iuſta cauſa.

1 PAPA habet pleniſſimam poteſtatem ſuper totum ius poſitiuum. Quare diſpenſare poteſt in omnibus impedimentis dirimentibus matrimonium de iure poſitiuo, quale eſt impedimentum affinitatis, etiam in primo gradu. D. Thomas 2. 2. q. 154. ar. 9. Sed vt diſpenſet licitè, requiritur iuſta cauſa, quales ſecundùm Auerſam *de ſacr. matr. q. 19. ſect. 4.* & alios ſunt hæ tres. Prima, neceſſitas magni ſcandali vitandi, cap. *quia conſangu. & affin.* Secunda, euitatio inimicitiarum, rixarum & homicidiorum, cap. 2. *de diſpenſ. impub.* Tertia, dotis incompetentia, nam multum intereſt, puellas nobiles competentem dotem habere, *l. 1. ff. ſolut. matr.* & cap. 15. *de conſangu. & affin.* Quæ ſi concurrant, non ſolùm inter magnos Principes, ſed etiam inter viros nobiles primatos licitè diſpenſabit, vt diſpenſare conſueuerunt Summi Pontifices, non obſtante Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 5. de reform.* quia hoc decretum non poteſt ſeruari, niſi cum plurimis ſcandalis, periculis, & incommoditate fidelium: quare congruum fuit vt rigor huius canonis relaxaretur, ex eodem Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 18. de reform.* cum à decretis Conciliorum excepta ſemper cenſeatur Papæ poteſtas, cap. *ſignificaſti, de elect.* Zipæus *in iur. nou. pont. lib. 4. tit. de eo, qui cogn. conſangu. vxor. num. 7.* T. 12. *Reſ.* 36.

Papæ annata debetur de iure diuino. Vide V. *Statutum laicale, num.* 8.

PATER.

PATER poteſt filium inobediētem punire moderatè,

1 PATER, virtute patriæ poteſtatis, poteſt filium inobedientem caſtigare verberibus, ictibuſque, etiam ſi aliquo in loco excorietur, dummodo delictum ſit tanta pœna dignum. nunquam tamen pœna atroci, mortis, mutilationis, vulneris, flagellorum publicorum, percuſſionum; item vel adu-

ſtionum

ſtionum, ex quibus detrimentum notabile, aut læſio immineat. Molina *tom.4. tr.3. diſp.2. num.14. T. r.7. Reſ.21.*

2. Poteſt etiam in graui neceſſitate, de iure naturę filium vendere, quod ius competit etiam matri. & colligitur ex cap. 21. *Exod.* De iure autem Romanorum, lege quidem Romuli ſancitum erat, vt ter filium, etiam abſque neceſſitate, vendere poſſet: iure verò Cæſareo l. 1. *& 2. C. de patr. qui fil. ſuos diſtrax.* non, niſi nimia paupertate cogente, id licitum & validum eſt, quod Pinellus *ad rub. cod. de bon. mater. par. 2. num. 27.* etiam ad alias neceſſitates, ſeruitutis, vel mutilationis imminentis, ex æquitate extendit, aitque, hoc ius, propter imbecillitatem ſenſus in ſexu, non competere matri; ſed ſoli patri, & ergà filios nondum emancipatos, & ut adde, non coniugatos, & laicos; nam coniugatos, propter præiudicium vxoris; & clericos, propter præiudicium ſtatus, vendere non poteſt. Enkelius *de priu. parent. & liber. priuil. 29. num. 22.* Addit etiam Pinellus, in locis, vbi ius cæſareum non viget, ſeruandum circa hæc eſſe ius naturale, dummodo ciuile aliquod ius ſtatutum non eſſet. *T. r.7. Reſ.8.*

Et in neceſſitate vendere.

An pater dubio filio teneatur ad alimenta, vide V. *Dubius*, *numer.* 1.

PAVPERTAS RELIGIOSA.

1 VOTVM paupertatis religioſæ, ſecundùm Caramuelem *diſp.60. reſ.7. num.883.* obligat ſolùm ad non exercendos actus dominij, quia, ait ipſe, peccatum contra paupertatem eſt proprietas; ergò ſublata proprietate, poſſe religioſum peccare contra obedientiam, ſi contra præceptum Prælati vſum alicuius rei accipiat abſque proprietate; non tamen contra paupertatem: niſi acquirat dominium, vel vſum rerum, quæ vnico actu conſumuntur; quia harum non poteſt haberi vſus ſine dominio. Sed verior ſententia, quam ſequitur Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.1. diſp.2. ſec.3. num. 50.* docet, vouentem paupertatem, non ſolùm intendere ſe abdicare dominio, vel vſu ciuili cuiuſcunque rei, ſed etiam nolle habere vſum facti circa res temporales ſine voluntate Prælati; nam intelligit imitari ſtatum pauperum, carendo rebus neceſſarijs vitæ, nec illis vtendo, niſi ex arbitrio prælati. Aliàs enim, nunquam poſſet religioſus peccare contra paupertatem, acquirendo; quia non poteſt acquirere proprietatem. Dices: Ergò ſi religioſus inuitatus abſque licentia

VOTVM paupertatis obligat religioſum ad nō acceptandum abſque licentia

Etiam vſum alicuius rei.

Prælati, pranderet apud ſæcularem, frangeret paupertatem. Reſpondeo. nego conſequentiam, nam in tali caſu vſus ciborum reſpectu religioſi eſt paſſiuus: potius enim ſæcularis vtitur cibis ſuis in perſona religioſi. quod iuxtà prudentum æſtimationem non poteſt dici, ſi ſæcularis mittat cibos in domum religioſo; nã tunc actiuè vteretur illis. *Tr.*11. *Reſ.*18.

Et peccat, ſi accipiat nummos ab amico,& emat ſine licentia libros.

2. Item quoad acceptionem, peccare contra paupertatem exiſtimat Cardinalis *diſp.*3. *ſec.*8. *num.* 153. religioſum ſi abſque Prælati licentia accipiat ab aliquo pecuniam ad emendos libros, licèt eos teneat palam expoſitos: & probabiliter; quia requirebatur licentia in accipiando, & iterum in emendo libros, quia pecunia iàm facta fuit conuentus.& denique in vtendo illis; aliàs enim, & alias res emere poſſet, & illis vti ſine licentia, expoſitas tenendo, v. gr. picturas, ſcrinia, & ſimilia: quod tamen in obſeruanti Religione eſſet ſcandaloſum, & puniretur. Sed contraria ſententia Caramuelis *diſp.*60. *reſ.*8. *nu.*886. eſt æquè probabilis. & vt talem eam admittit Machadus *tom.*2. *lib.*5. *par.*2. *tr.*1. *docum.*8. *num.*4. *Tr.*11. *Reſ.*19.

Quid ſi det alteri religioſo eiuſdem conuentus?

3 Circa alienationem, Caramuelis *diſp.* 64. *num.* 965. ex ſuis principijs docet, non peccare contra paupertatem religioſum, qui alteri religioſo eiuſdem conuentus det libros, veſtes, vel aliud quodlibet cuiuſlibet pretij abſque prælati conſenſu; quia non transfert dominium,& vſus non eſt contra conuentum, reſpectu cuius nil refert, an res ſit in huius, an in illius religioſi cubiculo, quamuis peccet contra obedientiam, & contra regulam in foro exteriori, in quo puniri debet ad conſeruandam monaſticam diſciplinam. Sed Suarez *tom.*3. *de relig. lib.*8. *cap.*15. *num.*6. putat; peccare contra paupertatem; licèt maior quantitas requiratur in hoc ad mortale, quàm ſi largitio fiat extraneo. & Sanchez apud Cardinalem *vbi ſup. num.* 176. docet, librum quinque aureorum non eſſe materiam peccati mortalis inter religioſos eiuſdem conuentus. *Tr.* 11. *Reſ.* 20.

Efficiat pro extero opus magni valoris.

4 Quando religioſus efficeret aliquod opus pro ſæculari ad petitionem illius, non præiudicaret paupertati, v. gr. picturam, librum, &c. Et ità tenet Cardinalis Lugo *num.* 149. quia ſicut religioſus poteſt acceptare obſequium ab alio præſtitum abſque licentia; ità & ſeruitium, vel operam ſuam alteri abſque licentia poterit exhibere. nunquam verò dominium rei acquirit in tali caſu, ſed illud eſt penes alterum, qui eius opera vtitur. Id tamen non admittit Cardinalis, ſi non fiat ad petitionem, ſed cum in-

Digitized by Google

tentione dandi rem illam alteri. Caramuel verò *diſp.59. reſol.8. num.859.* aliter diſtinguit, & monachum choro addictum, qui non tenetur pro monaſterio opera artis exercere, poſſe ea efficere etiam pro dando alteri non petenti: non autem conuerſum, qui Monaſterio inſeruit vt artifex; quamquam & hunc duabus horis quotidie pingere, & alia efficere poſſe pro amico abſque licentia. Verùm hęc diſtinctio Caramuelis apud DD. non inuenitur, & quicquid de laicis dicitur quoad paupertatem, procedit etiam quoad choriſtas, & è contra: exiſtimoque, vtroſque præſtare poſſe illud opus pro amico, quia non eſt monachi, qua talis, & ſuppono, nihil ſumi à communitate, nec eam fraudari exercitijs ſolitis. *Tr.11. Reſ.17.*

5 Imò addit Caramuel, quòd ſi picturam, vendibilem v. gr. mille florenis, abſque hac intentione depictam, religioſus det extraneo, eatenus peccat contra paupertatem, quatenus tela, colores, &c. pertingunt ad quantitatem notabilem. quoad donationem verò operis, peccare ſolùm contra obedientiam, inſumendo tempus notabile in illa pictura contra voluntatem Abbatis, qui vtique non dedit licentiam pingendi tabulas dandas. Ac ſimiliter poſſe gratis orare, & celebrare pro extraneo, licèt ſciat hunc accepturum eleemoſynam: quia ipſe dat ſolùm actum orationis gratis, quem ni prælatus prohibeat, dare poteſt. *Ibid. d.5. Sed quæris.*

Vel à ſe factum largiatur?

6 Frangi etiam paupertatis votum, aſſerit Cardinalis Lugo *vbi ſup. num.57.* ſi religioſus rem ſuo vſui conceſſam cum alia diſſimili eiuſdem valoris commutet cum ſæcularibus: quia per hoc nimis alteratur res, & magis, quàm ſi venderetur, quia pecunia conuentus vti poſſet ad eandem, & aliam quamlibet rem comparandam: quare ſi in hoc conuentus cenſetur inuitus, id in permutatione potiori iure procedere. Verùm contraria ſententia non eſt improbabilis, & illam nouiſſimè tenet Caramuel *diſp.65. num.970. Tr.11. Reſ.2.*

Commutet rem ſibi vſui conceſſā in aliam diuerſæ ſpeciei?

7 Petes primò; An ſi religioſo conceſſa ſit à Prælato certa ſumma pecunię, vt illam expendat, vel largiatur, is peccet contra paupertatem, expendendo illam in vſus illicitos? & an in tali caſu accipientes ad reſtitutionem teneantur? Affirmatiuè reſpondet poſt alios Dicaſtillus *de iuſt. lib.2. tr.2. diſp.6. dub.1. num.26.* quia talis facultas nec præſumi debet dari, nec poteſt, à ſuperiore. Sed ſententia negatiua, quam poſt nonnullos docet Eminentiſſimus Lugo *diſp.5. ſec.7. num.142.* non eſt improbabilis: nam

PROBABILE eſt religioſum expēdentem pecuniā ſibi aſſignatam ad ſuos vſus, in vſus illicitos, non frāgere paupertatē.

Et accipientes nō teneri reſtituere.

Digitized by Google

licentia generaliter conceſſa in alijs materijs, non cenſetur limitata ad vſus licitos, ſed quantum eſt ex ſe, cenſetur tollere omnẽ turpitudinem, quam poteſt: Et, quamuis Prælatus non poſſet dare licentiam ſpecialem vtendi re illa in actum turpem; poteſt tamen dare generalem, cedendo iuri ſuo in vniuerſum; vti quilibet vſus expers ſit iniuſtitiæ. Sicut, licèt tu non poſſis dare licentiam tuo mutuanti, vt pignore tuo vtatur ad malum, potes tamen dare generalem vtendi ad quoſcunque actus, ità vt etiam ſi vtatur ad malum, non ob id peccet contra iuſtitiam. Et ratio eſt; quia, cum nec tu, nec Prælatus, poſſitis reddere licitos actus malos, qui pignore, vel pecunia fiunt, licentia non reſpicit illos actus, ſed ſolùm aufert impedimentum iniuſtitiæ, cedendo iuri veſtro ad quoſcunque vſus, abſque vlla limitatione. Vnde non eſſet paritas de Epiſcopo habente facultatem à Pontifice teſtandi, quæ ſemper cenſetur ad opera pia, niſi aliud exprimatur; nam Pontifex poteſt hoc vtrumque licitum reddere, nimirum & teſtari, & ad opera prophana: vnde cum diſpenſatio ſit odioſa, & hæc duo ſeparari poſſint, non eſt cur præſumatur diſpenſaſſe ad vtrunque, ſi non exprimitur. *Tr.11. Reſ.22.*

An religioſum eiectum non acquirere monaſterio.

18. Petes ſecundò: An religioſus eiectus acquirat monaſterio? & ab eo recipientes per vſus illicitos ad reſtitutionem teneantur? Ad vtrumque affirmatiuè reſpondet Texeda *tom.1. lib.2. tr.1. contr.10. dub.1. num.12. & 17.* quia eſt verè religioſus, vinculo paupertatis adſtrictus, non ſecus ac alij religioſi, teneturque ſe emendare, vt iterum recipiatur; & ſi religio illum requirit, redire tenetur, poteſtque per cenſuras, & pœnas ad id cogi, *cap. vlt. de regul. iur.* Vnde talis eiectus non eſt totaliter præciſus à Religione, ac proinde acquirit Religioni, & rerum temporalium vſum habet dependenter à prælati licentia, quę præſumitur ad vſus licitos. Secus enim, ſi à tali obligatione ſolutus eſſet, priuilegium eijciendi, quod eſt fauor Religionum, reſultaret in illarum detrimentum, priuando illas iure, quod habebant in acquirenda à religioſis contra *l. contra legem, de reg. iur.* Sed probabile exiſtimo eiectum habere liberam adminiſtrationem bonorum, independenter à ſuperiore vt ſæculares, poſſeque expendere in quoſcunque vſus abſque iniuſtitia. Sanctarellus *de apoſt. capit. 6. dub. 2. num.11.* nam ſecundùm Angles *in flor. par. 2.* & alios eiecti non ſunt perfectè adſtricti voto paupertatis, ſed tantùm ſecundùm quid. Et licèt, ſtando in iure communi, eiectus acquirat monaſterio; tamen de iure nouo Gregorij XIII. bona religioſi eiecti, poſt

poſt eius mortem pertinent ad Cameram Apoſtolicam, teſte Eminentiſſimo Lugo *diſp. 3. ſect. 11. num. 240.* qui id non procedere inquit, ſi eiectus in aliam Religionem recipiatur; quia is non moritur extra Religionem. *T. 11. Reſ. 4. & 5.*

PEREGRINVS.

1 **P**EREGRINVS tenetur ſeruare leges communes in locis, per quos tranſit, etiam ſi in patria non vigeant. Item leges peculiares locorum; nam aliàs non ſatis prouiſum videretur gubernationi reipublicæ: ſi enim peregrini leges violarent, turbarentur ciues, eaſdemque ſpernendi occaſionem acciperent. Ità Petrus à S. Ioſeph *in idea theol. moral. lib. 1. c. 8. reſol. 3.* & alij. Sed contraria ſententia, quam nouiſſimè docet Amicus *tom. 5. de iuſt. diſp. 5. ſect. 16. num. 359.* eſt etiam probabilis; quia nemo tenetur ad leges loci, per quem tranſit; ſed poteſt vti legibus & priuilegijs ſuæ patriæ, licèt affixa ſint loco; quia peregrinus mox reuerſurus, cenſetur moraliter in patria: & poteſt etiam gaudere priuilegijs loci hoſpitalis, quia poteſt acceptare illius leges, præſertim fauorabiles. Vnde probabile eſt, Germanum, Romæ itinerantem, edere poſſe oua in ieiunijs: Mediolanenſem, edere carnes primis duobus diebus Quadrageſimæ, Caſtellanum edere animalium inteſtina in ſabbato: & hæc omnia poſſe efficere exterum in patria iſtorum peregrinantem, & ad onera non teneri. *T. 10. Reſ. 31.*

PEREGRINVS an teneatur legibus locorum hoſpitalium?

Et poſſit gaudere priuilegijs patriæ? Et loci hoſpitalis?

PERICVLVM.

1 † **E**XPONERE ſe periculo peccati mortalis probabili, ſaltem ſine neceſſitate, mortale eſt: nam *qui amat periculum, peribit in illo.* † Sed Caramuel *diſp. 70. n. 1058.* id verum putat ſolùm de periculo formali ſeu euidente, non autem de probabili: nam ait ipſe, cùm eſt probabile, te peccaturum, probabile eſt etiam non peccaturum: & qui operatur cum opinione probabili, prudenter operatur, atque adeo non peccat. Confirmatur ex D. Gregorio in homilia, quæ legitur in die Reſurrectionis ibi: *Si odore virtutum referti, cum opinione* (cum opinione inquit, non cum certitudine) *bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profectò illius cum aromatibus*

Exponens ſe periculo peccandi, quando peccet?

bus

inſtruimus. Quod ſi ab eo quæras, quodnam ſit periculum probabile? Reſpondet, petendum id eſſe ab experientia, quâ ſi in iiſdem circumſtantiis te operi periculoſo exponens comperias, fuiſſe conſtantem, ita vt non vincatur conſtantia tua experientia contraria ſeptuplo maiori, periculum erit ſolùm probabile, non euidens. Exiſtimat enim, euidentiam continere octo probabilitates, ſeu eſſe octuplam ad probabilitatem: vnde ſi compares experientiam fragilitatis & conſtantiæ adinuicem, & fragilitas ſeptuplo vincat conſtantiam, fragilitas non fundat periculum euidens, quia adhuc conſtantia fundat opinionem probabilem: ſi autem octuplo vincat, vt ſe habet numerus nouem ad vnitatem, periculum erit euidens, & ſpes conſtantiæ improbabilis. Sed ſi mutentur circumſtantiæ, puta propoſitum, commoditas peccandi &c. fieri debere nouum experimentum, & ſimiliter philoſophari. Vnde infert, quòd ſi chirurgus vocatus ad medendum fæminæ, expertus eſt, ſe octies peccaſſe, & ſemel conſtantem fuiſſe, non poteſt iterum accedere ſine peccato: ſed ſi tunc acceſſit abſque propoſito, poſſe adire nouum periculum cum propoſito, & experiri. Quòd ſi ad id teneretur v.g. ex voto, debere cum tali propoſito adire, quia ſic non ſe exponit periculo formali. *T. 11. Reſ. 29.*

POENITENS.

POENITENS qui nec ab Epiſcopo abſolui poteſt, nec Romam adire, an poſſit celebrare contritus?
Vel abſolutus indirectè à quouis Confeſſario?

1 POENITENS hæreticus, quem Epiſcopus iuxta noſtram ſententiam V. *Epiſcopi*, *num.* 22. nollet abſoluere, nec poſſet Romam per ſe vel per epiſtolam adire; ad vitandum periculum infamiæ vel ſcandali, ſi Sacerdos ſit, celebrare, ſi laicus, communicare poteſt contritus, vel abſolutus à quocunque Confeſſario, directè ab aliis peccatis, indirectè ab hæreſi: nam qui facit quantum poteſt, excuſatus eſt apud Deũ. Marchinus *de ſacr. ord. tr. 1. par. 9. cap. 1. diff. 10. num. 6. T. 2. Reſ. 2316. Notandum.*

Habens poteſtatem cẽſetur præmittere abſolutionem cuiuſcũque cenſuræ ab ipſo abſoluibilis.

2 Cenſetur autem Sacerdos poteſtatem habens, pœnitentem abſoluere ab omnibus cenſuris, antequam veniat ad abſolutionem peccatorũ; (quantum ſcilicet ipſe poteſt, & neceſſarium eſt ad abſolutionem Sacramentalem peccatorum) etiam ſi non exprimat hanc vel illam. Quare cenſetur abſoluere etiam obliuioſas, imò etiam culpabiliter omiſſas; quia abſolutio cenſuræ dependet ſolùm à poteſtate & intentione abſoluentis. Sic Boſſius

Etiam ſi pœnitẽs omittat inculpabiliter.
Vel culpabiliter.

de

de Iubil. ſect. 1. *caſ.* 28. *num.* 21. *T.* 10. *Reſ.* 12. *§. Notandum.*

3 Quòd ſi pœnitens omittat obliuiosè cenſuram exigentem ſatisfactionem partis, probabile eſt, non remanere per generalem abſolutionem abſolutum; quia non debet præſumi intentio abſoluendi, quam non potuiſſet habere, etiam ſi cenſura exprimeretur. Et ità tenet Coninch *de ſac. diſp.* 8. *dub.* 17. *num.* 97. Sed oppoſitum quoque probabile eſt, & tale exiſtimatur ab Aulla *de cenſ. par.* 2. *cap.* 17. *diſp.* 3. *dub.* 9. *concl.* 2. quando pœnitens habuiſſet propoſitum ſatisfaciendi; quia tunc nihil aliud requirebatur; cum ſatisfactio realis non fuerit poſſibilis, ſi pro eo tunc inuincibiliter ignorabat, ſeu non recordabatur, ſe ad reſtitutionem teneri. *T.* 10. *Reſ.* 12. Quid, ſi quæ exigit ſatisfactionẽ partis?

4 Pœnitens non tenetur Confeſſario manifeſtare complicem, vt illum corripiat; quia id efficere debet per ſemetipſum, vel alium. & quamuis per ſe non eſſet illicitum, adhibere Confeſſarium tanquam teſtem in ſecundo gradu ordinis Euangelici, eſt tamen dicendum illicitum propter odium Sacramenti, quod generat & ſanè magis expedit, correptionem fieri extra Confeſſionem. Lorca *in* 2. 2. *q.* 34. *num.* 19. *T.* 3. *Reſ.* 34. An Pœnitens teneatur, aut poſſit manifeſtare complicem in finem correptionis?

POENITENTIA.

1 POENITENTIA à Dataria impoſita pro diſpenſatione matrimoniali, cuius executio committitur Epiſcopo, non poteſt ſecundum Theſaurum *in praxi de pœn. p.* 1. *cap.* 2. ab Epiſcopo commutari, etiam ſi ex iuſta cauſa impleri non poſſit. quia, cùm præcedere debeat diſpenſationem, ſapit formam, ſine qua actus non ſubſiſtit. Sed Genuenſis apud ipſum *in praxi cap.* 10. *vel* 25. *num.* 2. aſſerit poſſe, & teſtatur ità fuiſſe reſcriptum ab Vrbe. Et ad argumentum Theſauri reſponderi poteſt, quòd pœnitentia, licet ſapiat formam, tunc præmitti debet, quando in propria ſpecie impleri poteſt; ſecus, commutari in æquiualens, ex benigna voluntate Pontificis rationabiliter præſumpta. Nam etiam in Bulla Clem. VIII. *de larg. mun.* dicitur, vt recipientes abſolui non poſſint, niſi reſtitutione ſecuta, quòd etiam decernitur in Bulla Greg. XIII. *de datis & promiſſis*, & in Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. *de reform.* de detrahentibus decimas (quæ iura vtuntur particula *niſi*, quæ inducit conditionem l. *à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr.* & l. *obligationem*, §. *conditio, ff. de oblig. & cond.* & conditio inducit POENITENTIA Datariæ pro diſpenſatione matrimoniali, an commutari poſſit ab Epiſcopo?

for-

formam, *l. mominus. ff. de condit. & demonſtr.*) Et nihilominus DD. dicunt ea locum habere, quando realis reſtitutio non eſt impoſſibilis. Ità Molina *de iuſt. tom. 2. diſp. 92. colum. 3. & tom. 3. diſp. 756. in fine.* Hæc tamen diſputationis gratia dicta ſunt. *T. 10. Reſ. 9.*

PRÆCEDENTIA.

PRAECEDERE ne debeat Vicarius Archidiaconũ?

1 VICARIVS Epiſcopi præcedere debet Archidiaconum; quia habet maiorem ipſo, & in ipsũ iuriſdictioné, vnde locũ habet cap. *conſtituimus*, §. *vlt.* & cap. *ſeq. 17. diſt.* vt etiam arg. cap. *recolentes de ſtatu reg.* quia aſſociatur Epiſcopo in iuriſdictione, *cap. in nouo 16. q. 9.* & participat de eius iuriſdictione, *cap. 2. de conſ. tit. in 6.* vnde & locum ſui principalis tenere debet, *can. præcipimus 93. diſt.* Et ità tenet communis ſententia, quam tuetur Valenzuela *tom. 2. conſ. 102. à num. 30.* eamquam ampliat Sbrozzius *lib. 2. q. 25. num. 7.* etiamſi Archidiaconus haberet priuilegium obtinendi primam ſedem poſt Epiſcopum, & *num. 4.* vt deboat etiam precedere Abbates, Archipresbyteros, Canonicos, & alios Prælatos inferiores Epiſcopo, *num. 11.* etiam Epiſcopos Canonicos in ſedendo, ambulando, in choro & proceſſionibus, etiam præſente Epiſcopo. Niſi eſſet Canonicus, quia tunc ſedere deberet in loco ſuo. Et Riccius *in praxi for. eccleſ. deciſ. 580. primæ edition.* debere præcedere Capitaneum ſeu Gubernatorem in eccleſiaſticis functionibus.

An è contra?

1 Non defuere tamen, qui contra Vicarium pro Archidiacono ſcriberent, vt Nauarrus *conſ. 1. & 2. de maior. & obed.* Menochius *lib. 3. conſ. 257.* & Gilhauſen *in arbo. iudic. ciuil. cap. 1. par. 1. §. 6. num. 5.* Quod probant, tum quia iuriſdictio Archidiaconi eſt perpetua & cum dignitate, cum Vicarij ſit manualis & ſine dignitate; tum quia habet auctoritatem à digniori, nempe à lege pontificia, vnde locum habet cap. *per tuas, de maior. & obed.* habetque illam iure ſuo, cap. 1. *de off. Archidd.* vnde locum habet l. *ſi Auguſtæ, de leg. 2.* Denique, quia etiam Archidiaconus eſt Vicarius Epiſcopi, cap. 1. *cit.* habetque curam Eccleſiæ, abſente Epiſcopo, cap. *ad hæc,* & cap. *vlt. de off. Archid.* vbi dicitur maior poſt Epiſcopum; maior enim is eſt, quem nemo præcedit; §. *diſcipuli, in proem. digeſt.* Ad argumenta autem ſupra facta reſpondent; maiorem iuriſdictionem non inferre abſolute maiorem dignitatem, & præeminentiam: & Epiſcopi locum competere Vicario in iuriſdictionalibus tantum. *T. 10. Reſ. 27.*

PRÆ-

PRÆCEPTVM.

PRÆCEPTVM Horarum canonicarum an impleatur cum voluntaria diſtractione?

1 PRAECEPTVM humanum non poteſt ferri in actus omninò internos, non neceſſarios ad externos: quia Eccleſia non iudicat de occultis. Poteſt tamen ferri in aliquem actum internum, qui pertinet ad ſubſtantiam actus externi præcepti. Vnde probabiliter ſententia docet, in præcepto audiendi Sacrum, & recitandi diuinum Officium, comprehendi etiam internam attentionem, quia hæc eſt neceſſaria ad eſſentiam orationis & locutionis cum Deo, quæ præcipitur. Quod etiam procedit de interna diſpoſitione ad Confeſſionem annuam & Communionem Paſchalem, quæ præcipitur ab Eccleſia, contra Caramuelem *diſp.*108. *ar.*1. *num.* 1377. Cuius tamen opinio eſt probabilis, & talis iudicata eſt à Caſpenſe, *tom.*1. *tr.*13. *diſp.*3. *num.*82. Quia Eccleſia non poteſt præcipere, quod illi conſtare non poteſt, quales ſunt actus interni, licet per accidens cum externis actibus coniungantur. et oratio, communio, &c. facta cum externa attentione, reuerentia &c. eſt verus actus religionis externus, ſicut externus idoli cultus, externa idololatria. & hanc præcipi dici poteſt in cap. *dolentes*. Addit porrò Caramuel, carentem extrinſeca attentione ob inaduertentiã, teneri repetere ſic lecta, ſicut ſi inaduertenter legere omiſiſſet, quamuis contrarium ſit probabile, propter auctoritatem Valentiæ, & Nauarri. Addit etiam, orationem externam, ſi debitè fiat, ſicut eſt actus ſatisfactorius, ità eſſe etiam meritorium; quia qui in gratia conſtitutus, ſatisfacit legi morali, meretur. *T.*11. *Reſ.*30.

An tempus præcepti accipi debeat mathematicè?

2 Præcepta Eccleſiaſtica affixa tempori, præſertim mediæ noctis, in ordine ad terminandum & inchoandum diem, ſiue pro ieiunio, ſiue pro Horis canonicis, &c. accipi debent mathematicè, non moraliter: vnde Doctores communiter docent, quòd dato vltimo pulſu horarum mediæ noctis, expirent facultates diei præcedentis, & incipiant obligationes ſequentis. Verùm Caramuel *diſp.*101. *num.* 1328. putat, accipi debere moraliter, & anticipationem, aut poſtpoſitionem per quadrantem non eſſe notabilem, & ſufficientem ad mortale, ſeclusis alijs inconuenientibus. Idque procedere, etiam vbi habeatur horologium exquiſitiſſimum. nam ipſe exiſtimat, nullum horologium eſſe

Digitized by Google

inſallibile, atq; adeo, niſi euidenter exorbitent, habere omnia vim opinionis probabilis. accurata verò, vno ſaltem quadrāte deuiare à veritate; & vnicum in pago aut erèmo benè regulatum, cie- di poſſe deuiare plusquam quadrante. Ex quibus inſert, non eſſe temerarium, qui vrbana horologia exiſtimet per quadrantem deuiare à veritate, poſſeque præcepta anticipare, & poſtponere per quadrantem etiam ex hoc capite. Quam ſententiam approbat Paſqualigu *deciſ. 338. à num. 6. Tr. 11. Reſ. 15.*

PRÆLATI REGVLARIS Iuriſdictio in abſoluendo, & diſpenſando.

Prælati Regulares abſoluere poſſunt ab omnibus reſeruatis, & cẽſuris ſubditos ſuos

1 PRÆLATI Regulares, ſaltem Prouinciales & Generales, abſoluere poſſunt quoſcunque caſus & cenſuras; & diſpenſare in omni irregularitate, cum ſuis ſubditis, dummodo non ſint Papæ reſeruata; Imò etiam in reſeruatis, ſi ſint occulta: vel ex decreto Concilij Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 6. de reform.* in quo hæc facultas conceditur Epiſcopis, quorum nomine venire poſſunt prædicti Prælati, propter ſimilem auctoritatem in vtroque foro, & territorium, quod habent exemptum à iuriſdictione Epiſcopi (cum dictum decretum ſit fauorabile, & Summus Pontifex cenſeatur Religioſibus multum fauere velle, & alioqui non eſſet Religioſis ſufficienter prouiſum, eſſentque peioris conditionis, quàm laici, quia non haberent ſuperiorem proprium, ad quem pro his confugerent, niſi Papam. Et ità tenent Rodriquez, Fauſtus, Portell. & alij, quamuis contraria ſententia ſit communior) vel ſaltem ex Bulla Pij V. *die 21. Iulij 1571.* relatam à Rodriquez *tom. 1. quæſt. reg. quæſt. 61. art. 9.* ex qua id poſſunt etiam Priores. An autem, ſi non poſſet abſoluere à ſemetipſo, poſſet Epiſcopo pro hac abſolutione, vel diſpenſatione ſe & ſubditos ſuos ſubmittere, vide V. *Epiſcopi, num. 7. Tr. 2. Reſ. 5.*

Vt à ſuſpenſione propter introductionem fœminarum in clauſtra.

Excommunicatione, propter egreſſum monialis.

2 Itaque abſoluere poteſt à ſuſpenſione religioſos introducẽtes fœminas intra clauſtra, ſi ſit occulta. Item, monialem exeũtem ſecretò à monaſterio in malum finem, ſi ſit ſibi ſubdita. idque non ſolùm facultate Concilij, ſed etiam priuilegio ipſius monialis, quæ nequit Papam adire, vt abſoluatur. Sanchez *in ſumm. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 21. Tr. 12. Reſ. 22. §. Nota etiam.*

Et intrantes Religionem, etiam

3 Aduerte etiam hic, Prælatos Regularium virtute conceſſionis Clementis VIII. abſoluere poſſe ingredientes Religionem etiam

etiam, ſi nominatim excommunicati, ſuſpenſi vel interdicti fuerint, ſi ſatisfactum fuerit parti læſæ. Nam poſſunt abſoluere à papalibus, quod eſt maius. Quod ſi in hoc aliquod præiudicium ſequatur iudici, poteſt nihilominus Summus Pontifex in fauorem animarum, & cauſæ piæ, concedere priuilegium cum aliquali alterius præiudicio. Confirmatur, quia id probabiliter poteſt Epiſcopus cum diœceſano alterius in ſuam diœceſim veniente, & ibi ſtabiliter commorante, vt docet Vaſquez *dub.* 20. *num* 5. & Turrianus *lib.* 2. *de cenſ. diſp.* 15. *dub.* 5. Et ità docet Baunius *part.* 2. *diſp.* 5. *tr.* 2. *quæſt.* 45. & noſter moribus, & doctrina Candidus *tom.* 1. *diſq.* 22. *art.* 48. *dub.* 3. Quod non procederet, ſi talis participaſſet cum excommunicato in crimine criminoſo; nam is à nullo alio abſolui poſſet, niſi ab eo, qui cenſuram tulit, cap. *nuper* 29. *de ſent. excomm.* *Tr.* 11. *Reſ.* 46. — Si nominatim cẽſurati ſuerint.

4 Poteſt etiam ex auctoritate Concilij diſpenſare in omni irregularitate occulta, præter eam, quæ oritur ex homicidio voluntario. Et præterea participantes in priuilegijs Mendicantium vti poſſunt facultate priuilegij conceſſi à Martino V. Priori S. Benedicti Valliſoleti, & extenſi poſtea ad alios Priores, & Abbates eiuſdem Ordinis, diſpenſandi in foro conſcientiæ cum ſuis ſubditis ſuper omni irregularitate occulta, etiam ſi orta ſit ex homicidio voluntario, quod priuilegium non derogauit Concilium *loco cit.* & competit etiam Vicario Conuentus, Priore mortuo, vel amoto. Ità Reuerendiſſimus P. Candidus *tom.* 2. *diſqu.* 24. *ar.* 61. *dub.* 8. *Tr.* 11. *Reſ.* 41. — Item diſpenſare in omni irregularitate occulta.

5 Vnde diſpenſare poteſt non ſolum in irregularitate homicidij facti in defenſionem, vel aliter caſuali, etiam publico (Rodriquez *tom.* 1. *quæſt.* 24. *art.* 13. *Ibid.* §. 1.) & homicidij in bello iuſto, vel ex defectu lenitatis, tamquam à miniſtris iuſtitiæ (vt Machadus *tom.* 1. *lib.* 1. *par.* 3. *tr.* 17. *docum.* 12. *num.* 3. *T.* 2. *R.* 26. §. *Nota tamen*, & *Reſ.* 27.) Sed etiam in irregularitate abortus voluntarij, ſi ſit occulta, habilitando etiam ſubditum ad officia, etiam pro foro externo, vt Bordonus *in conſ. regul. reſol.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 19. *Tr.* 5. *Reſ.* 22. & 23. Quam quidem abſolutionem, & habilitatem conſequeretur religioſus, ſi inueniretur præſens in capitulo, quando Prælatus dat abſolutionem, & diſpenſationem generalem, etiam ſi nec Prælatus de tali inhabilitate cogitaret, nec religioſus crederet, ſe tali diſpenſatione pro eo tunc indigere. Ità etiam Bordonus *num.* 20. *Tr.* 5. *Reſ.* 23. §. *Aduerte*. Addit etiam P. Candidus *vbi ſup.* ex multis priuilegijs apud Ioannem de la

Et homicidij caſualis, etiam publici.

Et abortus voluntarij.

Et in quauis alia etiam proueniẽte ex delicto publico.

Præter homicidium voluntarium.

Cruz *lib. 1. de voto obed. cap. 6. dub. 16.* abique reſtrictione; & abſolute loquentibus, poſſe Prælatos diſpenſare in quauis irregularitate, etiam proueniente ex delicto publico, & deducta ad forũ contentioſum, præter homicidium voluntarium. *Tr. 11. Reſ. 41. prope finem.* An verò diſpenſare poſſint in irregularitate bigamiæ, vide Bordonum *reſ. 11. num. 35. in fine*, vbi docet poſſe, tam ante, quàm poſt Ordinum ſuſceptionem. *Tr. 11. Reſ. 43. in fine.*

PRÆLATI REGVLARIS

Iuriſdictio in corrigendo.

PRÆLATVS regularis tenetur ſubditos peccantes paternè corripere.

6 † V. CORREPTIO, *num. 4. 8. 9. 16. & 22.* dictum eſt, Prælatos teneri peccata ſubditorum corripere ſtrictius, quàm alios, non ſolùm ex caritate, ſed etiam ex iuſtitia, & cum periculo mortis; & non ſolum mortalia, ſed etiam venialia; eaque inquirere ad corripiendum, quamuis ex correptione non ſperetur emendatio ſubditi peccantis. Modò videndum, quando procedere poſſint ad correptionem paternã, vel iudicialem ex denunciatione alterius †.

Curare, ne quis iuridicè deferatur, non præmiſſa correptione fraterna.

7 In primis ergò, ſi Prælato conſtet, iniuria fieri reo, eo quòd denunciatur, vel accuſatur, non præmiſſa correptione, cum præmitti deberet, tenetur quantum poteſt denunciationem, & accuſationem impedire, & conari vt ſeruetur ordo Euangelicus; quãuis ſi accuſator, vel denunciator nolit deſiſtere, non peccet admittendo, quia, cum iudex ſit, non debet eſſe nimium ſollicitus de actibus caritatis. Quamquam Villagut *in prax. lib. 2. tit. de denunt. Euangel. cap. 9. concl. 3. & 4.* doceat debere omnino repellere denunciantem, ſi interrogatus, negauerit ſe præmiſiſſe correptionem ſecretam, & cum teſtibus. Sed ſupradicta ſententia verior eſt, & ſeruatur in praxi. Duuallius *in 2. 2. tr. de corrept. q. 9. ar. 5. T. 3. R. 58. §. Notandum.*

Et non procedere contra denũciatum ſibi tamquam patri, ad pœnas iuris.

Niſi aliter non poſſet corrigi.

8 Deinde, obſeruat Sotus *in relect. de ſecreto, memb. 2. quæſt. 4. poſt concl. 7.* non poſſe Prælatum procedere contra denunciatum fraternè ad pœnas iuris, niſi ille ſit pertinax, & incorrigibilis; in quo caſu deſinit via correptionis fraternæ; & incipit iudicialis. Si autem confeſſus, & conuictus reſipiſcat, & proponat emendã, ibi ſiſtendum eſſe; quia iam Eccleſiam audiuit. Id quod etiam procedere, obſeruat Caietanus *in 2. 2. quæſt. 33. art. 8. in fine*, ſi nec ſit ſpes, quòd reus per correctionem iuridicam emendabitur,

Digitized by Google

tur: dummodò ex alia parte peccatum non ſit prejudiciale tertio: nam cum correptio incipiat fieri ob correctionem fratris, ibi ceſſandum erit, vbi ceſſat ſpes emendationis ipſius. At benè docet Bannez apud Valentiam *tom. 3. diſp. 3. quæſt. 9. punct. 5.* quando ſperatur correctio fratris, quæ aliter haberi non poteſt, aut crimen eſt pernicioſum reipublicæ aut tertio innocenti; tunc proceſſum iudicialem fore non ſolum licitum, ſed etiam debitum. *Tr. 3. Reſ. 59.* In his enim caſibus poſtponi debet fama delinquẽtis, & Prelatus ex notitia, quam habet vt pater (extrà confeſſionem Sacramentalem) obligare denunciantem fraternè, ad denunciandum judicialiter; qui id facere tenebitur, ſi non ſit alia via vitandi damnum prædictum. Quòd ſi noluerit, poterit Prelatus fiſcalem conſtituere, qui denunciet ex officio, ſi quidem ſperet probari poſſe delictum. Poteritque adhibere denunciantem vt teſtem, iuxtà Euangelium ibi: *adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium, &c.* neque enim ſuſpectus habendus erit, qui caritatiuè procedit ad fratris emendationem. Ipſe autem teſtificare tenebitur, ſi non ſit complex, vel notabile aliquod damnum illi immineat, quod tolerare non debeat pro vitando damno illo reipublicę, vel innocentis. Prælatus verò, ſi procedat ad emendationem delinquentis, non debet ad aliam punitionem deuenire, niſi quam ipſi ad emendationem expedire iudicauerit. Ità Sotus *de iuſt. lib. 5. q. 6. ar. 2. concl. 4. Tr. 3. R. 47.*

Aut delictum eſſet pernicioſum reipublicæ, vel tertio innocenti.

9 Porrò, quando reus denunciatur Prelato vt patri, antequã ad iudicialem proceſſum deueniat, paternam correptionem debet præmittere, quæ ſecundum Caſpenſem *tom. 2. tr. 17. diſp. 6. ſec. 3. num. 35.* in ſequentibus prouiſionibus conſiſtit. Primò enim ſi delictum eſt graue, præcipuè ſi probari poteſt, ait poſſe procedere ad pœnitentiam aliquam ſecretam, quę ſit magis correctiua & præſeruatiua, quàm punitiua delicti. Secundò, ſubditum a loco vel miniſterio remouere, ſi remoueri poteſt ad nutum, & nulla ſequatur infamia, &c. Tertiò, conſultare poſſe cum ſuis cõſultoribus de adhibendo remedio, ſi ſit neceſſarium, & coram illis ſecretò monere. Item deſignare reo ſocium fidelem, qui eius actiones exploret, & referat. Item ſi ei moraliter conſtet de delicto, ex delatione ſaltem vnius teſtis omni exceptione maioris, grauiter reum reprehendere, etiam coram duobus, aut tribus teſtibus, & pœnitentiam aliquam iniungere, ac ſub pœna excommunicationis latæ ſententię aliquem actum prohibere. Addit etiam Bannez, poſſe Prelatum ſignificare ſocio, ſe malam ſuſpicionem

In alijs autem caſibus ſolùm poteſt adhibere certas cautelas caritatiuas in bonum denunciati.

cionem

cionem de ſubdito habere, dicendo, *obſerua illum*, & ſocium poſſe denunciare in tali caſu Prælato delictum ſocij, non præmiſſa correptione. quamuis id non vndique probet Palaus *tom. 2. tr. 6. diſp. 3. pun. 11. num. 9. Tr. 3. Reſ. 46.*

An Prælat localis poſſit manifeſtare delictum fratris occultum ſuperiori maiori?

10 Aduerte hic, probabile exiſtimare Palaum *nu. 6.* quòd liceat Prælato locali manifeſtare delictum ſubditi occultum, Prouinciali, etiam ſi ipſe poſſit abſque tali manifeſtatione fratrem emendare; quia id inſeruire poteſt ad præcauenda maiora pericula, quibus ille inſcius fratrem exponere poſſet. Et ſaltem non erit peccatum, ſi fiat in bonum finem. nam non eſt mortale, manifeſtare idem delictum vni, vel duobus viris ſecretis; & qui obeſſe non poterunt. Ipſe tamen contrarium tenet, nam ſi id liceret ad vitandum ſolùm periculum recidiui, manifeſtari etiam poſſet alijs ſuperioribus immediatis ipſius delinquentis, & prouinciali ſequenti, &c. vnde aperiretur via ipſum diffamandi. & ità etiam docet Trullench *in decal, tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 16. n. 1. Tr. 3. Reſ. 45.*

PRETIVM.

Pretium ſi ſit iniuſtum ſupra, vel infra dimidiũ, contractus venditionis reſcinditur.

1 IN emptione & venditione ſeruari debet iuſtum pretium, ſaltem infimum, idque ſub pœna peccati, & reſtitutionis, contra Gerſonem *tom. 2. alphab. 35. tr. de contr. p. 2. prop. 11,* ad quam cogi poteſt violator à Iudice Eccleſiaſtico, etiam per cenſuras, Salas *de except. dub. 26. num. 4.* & Cardinalis Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 26. ſec. 7. num. 84.* Contractus tamen de iure ciuili, ſi læſio non ſit vltra dimidium, non reſcinditur, ne facilè interturbentur rerum commercia, & replicantur litibus tribunalia. *l. 2. C. de reſcind. vend. Tr. 10. Reſ. 22. d. 5. Nota.*

Sed quandonam læſio dicitur vltra dimidium reſpectu venditoris?

2 Porrò dimidium iuſti pretij reſpectu venditoris dicitur, ſi rei valentis 12. accipiat ſex. Quo etiam pacto exiſtimat Pinellus *in l. cit. cap. 2. num. 6. cum ſeq.* ratiocinandum eſſe de emptore, vt ſcilicet tunc dicatur emere dimidio plus, cùm emit duplo; vt ſi res valet 10. & emit 20. quia, ait ipſe, conſiderandum eſt vtrinque, an læſus acceperit dimidium eius, quod dedit. vnde ſicut læditur venditor dimidio, quia pro re valente 20. accipit 10. ità læditur dimidio emptor, ſi pro 20. accipit rem valentem 10. Cõmunis tamen, & tutior opinio Couarruu. *variar. reſ. lib. 2. ca. 3. num. 8.* quam æquitate iuuari, conſentit ipſe Pinellus, docet, emptorem dimidio lædi, ſi rem emat pretio ſexquialtero ad iuſtum valo-

Vel emptoris?

valorem; vt ſi res valeat 10. & emit 25. Et probatur; quia ſicut læditur dimidio venditor pro eo, quod recipit dimidium valoris; ita læditur dimidio emptor, ſi ſoluit valorem, & dimidium inſuper. Et aloqui, ſi emptor ſoluat duplum iuſti pretij, non dimidio læditur, ſed toto; nam ipſi tollitur totum pretium. v. g. ſi res valet 10. & ſoluit 20. læditur in 10. quod eſt totum pretium rei. Maneat igitur venditorem tunc dici debere læſum vltra dimidium, quando pro re, quæ valet 12. accipit 5. emptorem verò, cum pro re valente 12. ſoluit 25. *T. n. 10. Reſ. 12.* Vide etiam V. *Vendi.*

PRIVILEGIA.

1 † PRINCEPS laicus non poteſt exercere auctoritatem in perſonas Eccleſiaſticas, niſi ex conceſſione & priuilegio Papæ. Hinc ortum habent caſus priuilegiati Galliæ, & aliorum Principum Chriſtianorum. Quæ proculdubio Summus Pontifex reuocare poteſt, vt dictum eſt V. *Immunitas Eccleſiaſtica, num. 7.* & ſecundùm aliquos ſunt reuocata per Bullam Cœnæ †. PRIVILEGIA Gallarum Regis circa caſus clericorum, an derogata?

2 Gregorius XIII in Bulla *Æquum reputamus,* conceſſit priuilegium Societati Ieſu, vt nullum ipſius priuilegium reuocatum cenſeatur, niſi reuocatio eidem Societati tribus diſtinctis vicibus per trinas diſtinctas literas eundem tenorem continentes inſinuata fuerit, & intimata. Circa quod priuilegium docet Amicus *tom. 5. de iuſt. diſp. 9. ſec. 10. num.* 148. non ſufficere vnam intimationem, vel tres verbales, vel ſcriptas, ſed publicatas in Eccleſijs cathedralibus, non ipſi Societati in perſonam Generalis, vel Prouincialium, & ſuperiorum localium per Epiſcopos: aut Congregationi Generali; aut prouincialibus ſingularum prouinciarum. Et quamuis Summus Pontifex reuocare poſſit hoc priuilegium in actu ſignato, illud abrogando, vel etiam in actu exercito in reuocatione alterius priuilegij ſine tali ſolemnitate, addendo, *non obſtante quod debeat reuocatio ipſi Religioni ter intimari.* Non tamen poteſt alia reuocare, non ſeruata forma prædicti priuilegij, vel addita ſupradicta clauſula, non quod Pontifex prædeceſſor poſſit ſucceſſorem ad certum operandi modum adſtringere, ſed quia auctoritas exerceri debet modo humano, per ſigna ſufficienter intelligibilia. prædicta autem reuocatio nunquam intelligi poteſt, niſi ſeruetur prædicta forma, verbis Et qualiter derogari debeat priuilegia Societatis

ijſdem,

ijſdem, vel æquiualentibus. Ità ille. Sed ſtylus Curiæ videtur in contrarium, & ex multis Bullis Pontificijs apparet, derogari priuilegia Societatis ſufficienter, quando de ipſa expreſſa fit mentio, & in Bullis ſupradictis etiam additur clauſula, *ac ſi eis perſonaliter fuiſſent intimata, &c.* Ideo tu cogita. *Tr.*10. *Reſ.*29.

RESERVATA.

ALVMNI religioſorum ſubſunt reſeruationi Epiſcopi, Non prælati regularis.

1 ALVMNOS & ſcholares viuentes in Collegijs Societatis Ieſu, vel aliorum Regularium exemptorum, ipſis Religioſis commenſales confiteri poſſe, ait Bordonus *in conſ. reg. reſ.*38. *quæſt.* 5. *num.* 10. cum Confeſſarijs approbatis ſolùm in Religione: atque adeo ſubijci reſeruationi eorumdem Prælatorũ, quorum nimirum poteſtate Confeſſarius eos abſoluit: non autẽ Epiſcoporum, ob contrariam rationem. Sed ego teneo, ſupradictos quoad confeſſiones, reſeruationem & cenſuras, ſubiectos eſſe Epiſcopo diœceſis, in quâ habitant; nam licèt ſint commenſales Religioſorum, viuunt tamen ſuis expenſis. *Tr.* 12. *Reſ.* 14.

2 Quando reſeruatur ſodomia, qui nàm caſus reſeruati cenſeantur, vide V. *Sodomia*.

RESTITVI.

RESTITVI quid debeat à miſcente fraudes in ludo.

1 QVANDO teneatur ludens reſtituere, &c. dictum eſt V. *Ludus*. vbi *num* 27. diximus, teneri ad reſtitutionem eum, qui cum ſit peritiſſimus in ludendo, fingeret ſe imperitum, ſineretque bis, aut ter ſe ab aduerſario ſuperari, vt deinde colluſorem deceptum ſemper vincat. Et quidem Molina *de iuſt. tom.*2. *tr.* 2. *diſp.*517. aſſerit, ludentem cum hac vel ſimili fraude, teneri ad reſtituendum non ſolùm lucrum, ſed etiam quantum compertum fuerit colluſorem ſeclusis fraudibus lucraturum fuiſſe, non obſtante, quòd in fine ludi fraudulentus non reportet lucrum, ſed iacturam. In dubio autem æquali, an ille lucraturus fuiſſet, non teneri; ſed ſi ſit probabilius, fuiſſe lucraturum, reſtituere debere aliquid arbitrio boni viri iuxtà exceſſum probabilitatis. Fauſtus verò *in ſpec. diſp.* 32. *quæſt.* 34. *num.* 2. tenet, reſtituere ſolùm debere lucrum totum, vel partem iuxtà periculum magnum vel paruum, quod ſubijt in ludendo cum imperitiori. Vtraque ſententia eſt probabilis. *Tr.*9 *Reſ.*30.

2 An verò competat actio perdenti contra victorem ad repetendum

rendum deperditum: & an victor impediens, ne iudex eum condemnet, teneatur ad reſtitutionem &c. dictum eſt V. *Laudus, à num. 3.*

13 Debitor ex delicto faciens reſtitutionem per Confeſſarium, non liberatur ab onere in conſcientia, ſi Confeſſarius non reſtituit. Sic Eminentiſſimus Lugo *tom. 1. de iuſt. diſp. 21. ſect. 6. num. 59.* Sed contraria ſententia non eſt improbabilis. Hurtadus *de iuſt. diſp. 8. diff. 7.* Machadus *tom. 1. lib. 2. par. 3. tr. 22. docum. 12. num. 2.* & alij. *T. 10. Reſ. 16. §. Notandum.* Et an reſtituens per Confeſſariũ, liberetur, ſi hic non reſtituat?

R E X.

1 NON poſſunt Reges & Principes exigere tributum ab Eccleſia & clericis, niſi in caſibus & cum forma, de quibus V. *Clerici.* Peculiare tamen eſt in Rege Chriſtianiſſimo, habere priuilegium à Bonifacio VIII. conceſſum Philippo Pulchro, vt non expectato Epiſcoporum conſenſu, poſſit vrgente neceſſitate imponere onera eccleſiaſticis. de quo teſtantur Doctores Galli, facientes mentionem de vſu talis priuilegij. & illius etiam meminerunt aliqui DD. Hiſpani, inter quos Sanchez *in opuſ. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 30.* Licèt vſum talis priuilegij acriter impugnet Maldonatus *in iuris reſp. de contrib. eccleſiaſt. vrg. neceſſ. num. 111.* & ante illum Chaſſanæus Doctor Gallus *in conſuet. Burgund. tit. de iuſt. § 4. num. 34. & 35. T. 1. Reſ. 21. §. 6.* REX Galliarum habet priuilegiũ collectãdi eccleſiaſticos in neceſſitatibus.

2 Rex Siciliæ non poteſt diſponere de fructibus Eccleſiarum viduarum in vſus prophanos, vt aſſerere voluit Corſettus *in quodam voto ſub die 16. Februar. 1634.* Id enim non poteſt de iure communi, cum bona eccleſiaſtica ſint exempta à Principum poteſtate. Non ex conditione adiecta à Regibus in limine fundationis, nam hæc conditio in dictis fundationibus non inuenitur. & in dubio, bona Eccleſiæ præſumi debent conceſſa liberè, purè, & ſine vlla reſeruatione. Ioannes Cochier *de lib. eccleſ. lib. 1. cap. 20.* & alij. Nec etiam ex priuilegio Papæ, de quo teſtatur Lucas la Barbera *in ſuo Capibreuio eccleſiaſtico.* Nam hic Auctor, teſte Baronio *tom. 11. anno 1097.* non eſt magnæ auctoritatis, quod etiam aſſerunt Siculi cordatiores. nec adducit tenorem priuilegij, nec diem, annum, vel nomen Pontificis. Quod requiritur ad fidem priuilegij. Tuſcus *tom. 5. concl. 342. num. 119.* nam, qui adducit priuilegium, eius litteras proferre debet, Rex Siciliæ non poteſt diſponere de fructibus Eccleſiarum viduarum ad quoſcum que vſus. Nec habet priuilegium de hoc.

Digitized by Google

debet, *cap.* 1. *de fide inſtrum.* & cap. *porrò*, *de priu.* & Rota Romana *in Oſcenſi Canonicatus die* 1. *Decemb.* 1595. *coram Pegna*, refellens aliqua priuilegia à Regibus prætenſa. Cum enim conſiſtant in facto, non præſumuntur, niſi de eis conſtet, ait Caſtaldus *tr. de Imper. q.* 100. *num.* 16. Et licèt de eodem priuilegio teſtetur Ferdinandus Rex Catholicus, ei tamen credendum non eſt, cum agatur de præiudicio Eccleſiæ; nam nec in præiudicium cuiuſuis tertij credendum eſſe Regi, docent Ferrer. *in conſt. hac noſtra obſeru.* 3. *num.* 4. Klokius *in tr. nomicopolit. de contrib. cap.* 20. *num.* 441. & alij. Vnde Supremum Conſilium Italiæ in Epiſtola Regis Catholici Philippi IV. regnantis, directa ad Ducem Alcalà tunc Proregem *ſub die* 20. *Auguſti* 1633. conſultatiua de hac re, nullam mentionem facit dicti priuilegij. Imò Rex Sereniſſimus teſtatur de vſu & praxi ſuorum Prædeceſſorum, deſtinandi prædictos fructus operibus pijs neceſſarijs. & ſanè, licèt Summus Pontifex, ſecundùm Molinam *de iuſt. tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 148. *n* 33. & alios, poſſit ex graui & rationabili cauſa concedere facultatem diſponendi de bonis eccleſiaſticis ad vſus prophanos; id tamen efficere non ſolet, atque adeo non præſumitur, quando agitur de bonis notabilis quantitatis; quia talis facultas eſſet valde onerosa Eccleſiæ & pauperibus. & ideo Rex Guilielmus *in conſt. regni lib.* 1. *num.* 31. ordinat & declarat, ſpolia Eccleſiarum cuſtodienda eſſe fideliter pro futuris Prælatis. Vnde ſic ait Choppinus *de ſacra poſit.* 1. *tit.* 7. *num.* 21. *Non aliter vacantium Siciliæ Eccleſiæ ſedium cuſtodes ſe profeſſi ſunt Reges priſci, ità vt qui condendis Epiſcopo fructibus annuis commiſſi fuerant diſpenſatores, mandato Principis cogerentur, eius curationis rationes nouo Antiſtiti reddere.* Poſteriores verò, non ad nouum Antiſtitem, ſed in vſus pios dicta bona expendere conſueuerunt. vt fecere ſemper Reges Francorum (teſte Rauſſellio *in hiſt. pont. iur. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 15.) quibus ſpolia Eccleſiarum viduarum ex Summi Pontificis conceſſione competere, ex Duareno & Choppino notauerunt Oratores Regis noſtri *in replica ad reſponſiones N. cap.* 8. *num.* 157. Vnde negandum eſt, adeſſe contrariam conſuetudinem, vt ait Corſettus. nam & ſi aliqua facta reperiantur, non ſufficiunt ad inducendam conſuetudinem in hac re: vt enim ait Soto *in Inſt. Sacerd. par.* 2. *ſect.* 3. *conſtat ex decurſu totius Eccleſiæ, ab Apoſtolis, ex ipſo iure diuino, bona omnium Eccleſiarum, cum Chriſti ſint, meritò etiam pauperum eſſe, nec vlla ratione, aut humana poteſtate fieri poſſe, vt licitè in alios vſus, quàm eccleſiaſti-*

Et praxis ſemper fuit in contrariū.

cos

eos & pauperes, expendi poſſunt: Saltem in notabili quantitate, vt ſupra diximus, & vſus contrarius dici deberet abuſus, vt illum vocauit Federicus II. Imperator, & Siciliæ Rex, in Bulla aurea apud Baronium *tom.* 11. *an.* 1097. Ex quibus hanc ſententiam nouiſſimè contra Corſettum docuit Salernus *lib.* 1. *conf.* 18. §. 1. *num.* 5. & ità ex Regijs Conſiliarijs præter ſubſcriptos ſupracitatæ epiſtolæ, ſenſerunt Ioan. Baptiſta de Blaſchis M. C. Præſes, Petrus de Blaſis, D. Henricus Tortoreti, D. Garſias Maſtrilli iam defuncti, & multi adhuc viuentes. *T.* 10. *Reſ.* 1.

SACERDOS.

1 † SACERDOS ſimplex, ideſt non parochus, nec approbatus ad audiendas Confeſſiones, non abſolueret validè à peccatis mortalibus, & ſecundum Fabrum nec à venialibus. Vide in *Summa* V. *Confeſſarius num.* 15 †. At in articulo ſeu periculo mortis quilibet Sacerdos quemlibet pœnitentem à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poteſt. Concil. Trid. *ſeſſ* 14. *cap.* 7. Et quamuis Sanchez *in ſum. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. & alij exiſtiment, ſimplicem Sacerdotem abſoluere poſſe tantum ab illis cenſuris, quæ impediunt receptionem Sacramentorum, *ne hac occaſione aliquis pereat*, vt habet Concilium. Probabiliter tamen docet Caſpenſis *tom.* 2. *tr.* 25. *diſp.* 2. *ſect.* 13. *num.* 139. poſſe abſoluere à quibuſcunque; quia Concilium generaliter loquitur, & vbi lex non diſtinguit, neque nos debemus diſtinguere. Vnde probabile eſt, abſoluere poſſe à ſuſpenſione ab Ordine, vel beneficio, vel officio. *T.* 10. *Reſ.* 11.

SACERDOS ſimplex in articulo mortis abſoluere poteſt à quibuſuis caſibus & cenſuris.

SCANDALVM.

1 NON eſſe peccatum mortale ſcandali, ait Cutillus *in addit. ad pract.* 4. *Mancini dub.* 42. petere Sacramentum, etiam non neceſſarium, à malo miniſtro; & ſecundum aliquos apud ipſum, etiam ſi à bono facilè haberi poſſet, & talis miniſter certò ſciretur adminiſtraturus in mortali. Quia tale peccatum non debet imputari petenti, qui cum petat rem bonam ab eo, qui habet facultatem præbendi, & qui poteſt per contritionem ſe conſtituere in gratia, vel excuſare ab illo miniſterio, non offert occaſionem peccandi formalem, ſed tantùm materialem, ſeu voluntariè acceptam. Quamuis enim tenea-

AN ſit peccatum ſcandali, petere Sacramentum à malo miniſtro?

Digitized by Google

mur peccatum aliorum vitare, etiam cum aliquo noſtro incommodo: id tamen præcipit caritas, quando proximus indiget noſtro adiutorio ad illud vitandum. Et hanc ſententiam docuit antea Sotus *in 4. d. 1. q. 5. ar. 6.* Ex qua Valboa *tom. 2. in cap. 26. de iureiur. à num.* 71. infert, probabile eſſe, non peccare mortaliter eum, qui exigeret iuramentum ab infideli, parato iurare per falſos Deos, abſque neceſſitate, vel vtilitate. quamuis contrarium cenſeat probabilius. *T. 12. Reſ. 33.*

2 Peccatum ſcandali eſt, tenere domum expoſitam ludo, & id permittere. vt dictum eſt V. *ludus*, *num.* 12.

SEPVLTVRA.

Sepultura ſacra an priuari debeant morientes in duellis, abſque ſententia?

1 † SEPVLTVRA priuantur, qui in excommunicatione decedunt. Inter hos computantur decedentes in duello, contra conſtitut. Clement. VIII. † vnde ſi notorium eſſet, quem in duello mortuum eſſe, non debere in Eccleſia ſepeliri, ait Peregrinus *de duello, quæſt. 7. num. 3.* nec exigi actum iudicis, quia in pœnam incidit ipſo facto. & ſic eſt vſus Eccleſiæ. Si verò non eſſet notorium, quòd defunctus deliquiſſet contra hanc Conſtitutionem, & factum eſſet publicum, & probari poſſe, tunc parochum conſulere debere Epiſcopum, vel Vicarium, vt capta informatione ſummaria, ſententiam ferat. Sed Baunius *in theol. mor. diſp. 3. tr. 2. quæſt.* 19. abſque excommunicationis periculo ſepeliri poſſe inquit in Eccleſia cadauer duellatoris, quandocunque contra ipſum non extet ſententia, ſaltem declaratoria criminis. nam pœnæ, quæ hominem priuant iure acquiſito, incurri non ſolent ante ſententiam iudicis, Sanchez *tom. 1. in decal. lib. 2. cap. 39. & 7. de matr. diſp.* 13. & Filliucius *tr. 29. ca. 9. n. 178.* fidelibus autem in ipſo Baptiſmo Eccleſiaſticæ ſepulturæ ius acquiſitum eſt. Adde, quòd cum tali viuente communicare poſſemus, donec per iudicem prohiberemur, ſtante extrauagante *Ad euitanda*: ergò etiam cum defuncto communicare poſſumus. Et hanc ſententiam docet etiam Palaus *tom. 1. tr. 6. diſp. 5. pun. 7. Tr. 11. Reſ. 44.*

An illam ſerui poſſint ſibi eligere?

2 Sepulturam eligere quilibet ſibi poteſt, ſi ſit pubes. etiam ſeruus inuito domino, quia eſt actio ſpiritualis. Paſqualigus *deciſ. 381. num. 7.* Si non eligit ipſe, eligere illi poteſt dominus. Si neque is eligat, ſepeliri debet in parochia, ad quam domini domicilium pertinet. Pro ſeruo impubere dominus poteſt eligere

ſepul.

ſepulturam . qui etiam tenetur efficere expenſas pro ſerui funere, ait Lauorius *in elucubr. var tit.2. cap.11. num.146. & c.16. n.29. Tract.7 Reſ 74.*

SERVITVS.

SERVITVS quid?

Quo iure introducta?

1 SERVITVS eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alterius contra naturam ſubijcitur. *inſtit. de iur. perſ. §. 2.* Dicitur contra naturam, ſcilicet primæuam, cui bella erant incognita l. *manumiſſiones 4. ff. de iuſt. & iur.* nam ab initio omnes homines liberi naſcebantur l. *manumiſſiones cit.* & etiam nunc iure naturæ omnes homines æquales naſcuntur, viuunt & pereunt, l. *quod attinet 32. ff. de reg. iur. Tr.7. Reſ.2.* † Vide V. *libertas*. vbi quibus modis quis è ſeruo fiat liber, expreſſimus. Hic videndum, quibus modis quis ſeruus naſcatur, aut fiat †.

Contrahitur in bello iuſto,

2 Seruitus ergò contrahitur primò in bello iuſto, ſi enim quis viuus in iuſto bello in hoſtium poteſtatem deueniat, ſeruus fit, commutata morte in ſeruitutem, l. *ſeruorum, ff. de ſtatu hom.* Et procedit etiam de infantibus innocentibus, licèt interfici non poſſint. nam eorum libertas computatur inter bona fortunæ reipublicæ infenſæ, in quibus puniri poteſt. Et ita communi vſu receptum eſt. Sicut etiam inter Chriſtianos, vt Chriſtiani non fiant ſerui capientium chriſtianorum; quod etiam ſtatuitur l. 1. *Caſtellæ tit.21. par.4.* Qui tamen ſerui fiunt infidelium iuſtè pugnantium, nam hi iure gentium vtuntur, quod omnibus eſt commune. A Chriſtianis verò licèt non vt ſerui, tamen detineri poſſunt, ne noceant, vt duces exercitus inimici: ac etiam, ſi ſint diuites, quouſque lytrum ſoluant, vulgò *la Ranzone*. Aduertit tamen Leſſius *lib.2. cap.5. dub.4. num.12.* eum, qui in bello capitur ex parte ſua iuſto, non contrahere veram ſeruitutem. Si autem iuſtitia belli ſit ambigua, captos fieri vtrimque ſeruos. ſed vbi conſtiterit, ex qua parte ſe teneat iniuſtitia, hanc debere ſeruos ſtatim, & ſine pretio manumittere. Quæ omnia docet Fagundez *de iuſt. lib.2. cap.1. num.4.* & alij. *Tr.7. Reſ.5.*

In pœnam delicti,

3 Secundò, ſeruitus contrahitur in pœnam delicti, ſiue condemnatione iudicis, ſi delictum morte dignum ſit, commutata ſimiliter morte in ſeruitutem. Sic in ſeruitutem redigi poſſunt deferentes arma, vel alia prohibita ad Sarracenos, cap. *ità quorundam, de Iud. & Sarrac.* fœminæ contrahentes cum Clericis in Sacris, ſi hi à ſuis ſuperioribus moniti non deſiſtant, cap. *eos*

qui

qui 32. *diſt.* & Clericorum filij Eccleſiæ, ad quam initiati pertinent, ſerui fiunt, cap. *cum multæ* 15. *quæſt.* 8. Libertus item ſponte manumiſſus, ſi in manumittentem ingratus fuerit, reincidit in ſeruitutem illius, l. *ſi manumiſſus, C. de lib. & eorum lib & Inſtit. de cap. dimin. max.* Malderus *de iuſt. tr.* 1. *diſp.* 5. *dub.* 2. & Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 1. *diſp.* 6. *ſec.* 2. *num.* 13. *Trac.* 7. *Reſ.* 6. Homo præterea liber maior viginti annis, qui dolo malo, & ad participandum pretium, ſe venundari patitur tamquam ſeruum, de iure ciuili fit ſeruus l. *Licinius* 4. *ff. quib. ad libert. proclam. non licet*. nimirum in doli mali pœnam priuatur auxilio legis, prohibentis venditionem liberi hominis, *Tr.* 7. *Reſ.* 2. §. 1.

4 Tertiò ſeruus fit, qui egeſtate compulſus ſeipſum vendit. nam iure naturæ vnuſquiſque eſt dominus ſuæ libertatis, ſicut ſuæ pecuniæ. Sed vt venditio hæc licita ſit, requiritur cauſa rationabilis, nimirum neceſſitas propria, parentum (qui poſſunt filios ob neceſſitatem vendere, vt dictum eſt V. *Pater*, *num.* 2.) vel Principis captiui. In quibus caſibus Nauarrus *in man. ca.* 23. *num.* 65. licitum eſſe inquit, egentem emere, nec nos teneri lege miſericordiæ gratis ei ſuccurrere, ſed ſatis eſſe ſi ſubueniamus per mutuum, vel operæ conductionẽ, atque adeo per emptionẽ ſeruitutis. At dicendum cum Azorio *par.* 2. *lib.* 2. *cap* 31. *q.* 2. ſi egens nec vbi eget, nec alibi habet, vel ſperat, ſubueniendum ei eſſe gratis. at ſi alibi habet, vel ſperat, poſſe ſuccurri per mutuum, vel per operarum conductionem, aut ſeruitutem redimibilem. *Tr.* 7. *Reſ.* 7. Sic aliqui iuſtificant emptionem, & venditionem Æthyopum in Guinea, & ſimilibus portubus, vt dictum eſt V. *Emere*. Sed vt talis emptio de iure ciuili valida ſit, requiritur, vt nemo ſeipſum, ſed alium vendat, & venditus vigintiquinque annos excedat, ſciat ſe eſſe liberum, & pretium participet. Item vt vendens ſciat, eum eſſe liberum, & emptor credat eſſe ſeruum. l. 4. *ff. quibus ad libertatem*. An verò licitum ſit, libertatem vendere, triremibus mancipandam, vide V. *Ludus*, *num.* 31. Et an ſeruus iure belli, delicti, aut venditionis, poſſit fugere, vide V. *Seruorum*, à *num.* 8.

Per venditionem iuſtam.

5 Quartò, ſeruitus contrahitur natiuitate, nimirum à fœmina, quæ à puncto conceptionis vſque ad partum incluſiuè fuit ancilla, idque de iure Cæſareo; ſiue pater ſit liber, ſiue ſeruus; ſiue procedat ex copula fornicaria, ſiue legitima: quia partus ſequitur ventrem, l. *partum*, *C. de rei vendic.* §. *pen. Inſtit. de iur. perſ.* §. *Sed & ſi quis*, *Inſtit. de ingen.* Eſtque hoc ius valde rationabile, ...

Et natiuitatem ab ancilla.

tum

Digitized by Google

tum quia de matre conſtat, de patre non item; tum quia mater periclitatur in partu; & licèt pater magis principaliter ad generationem concurrat, tamen mater magis concurrit ad nutritionem & educationem, magiſque impeditur à ſeruitio domini, dum eſt grauida, & proles educatur, quàm pater; vnde partus magis propriè matris, quàm patris eſt fructus. Malderus *de iuſt. tr. 1. cap. 5. dub. 2.* & alij. Stando autem in iure naturali, Hurtadus *de iuſt. diſp. 1. diff. 11.* ait, prolem naſci liberam, quia quamuis ſit fructus ancillæ, eſt tamen fructus intellectualis & liberi arbitrij; vnde ſicut proles non naſcitur ſeruus matris adhuc liberæ, multo minus naſci ſeruam domini ſuæ matris ancillæ. Verùm, vbi non viget ius Cæſareum, nec eſt lex particularis, aut conſuetudo, diſponens de partu ancillæ, ſufficit quòd mater ſit ancilla tempore partus, quia tunc eſt fructus ancillæ. Et ità apud pleraſque gentes ſeruari dicitur, quæ iure Cæſareo non vtuntur. *T. 7. Reſ. 9.*

SERVORVM Obligationes.

1 ORIGO *vocabuli ſeruorum in lingua latina, inde creditur ducta*, ait D. Auguſt. 19. de Ciuit. *quòd hi, qui iure belli poſſent occidi, à victoribus conſeruabantur.* quod & tradit Iuſtinian. *§. ſerui autem, Inſtit. de iur. perſ.* nam cum iure gentium capti bello capientium fierent, *§. 2. verſ. ius autem gentium, Inſt. eod.* multique in eos deſeruientes, crudeliter necarent; iure Romanorum conſtitutum eſt, ne occidi poſſent, ſed ſeruarentur. Non itaque à ſeruiendo, ſed à ſeruando, ſerui nomen deductum eſt, † à quo venit *ſeruire* †. Vide Mynſingerum *in Inſtit. lib. 1. tit. de ingen. §. ſerui autem.* Serui verò etiam *mancipia*, id eſt *manucapta* à victoribus, dicti ſunt. *§. 3. Inſtit. de iur. perſ. T. 7. Reſ. 3.* † Quibus modis ſeruus quis efficiatur, dictum eſt V. *Seruitus*: quibus liber, V. *libertas*: quid poſſit dominus ergà ſeruum, dictũ eſt V. *Dominus*. Nunc dicẽdum de ſerui obligationibus ergà dominum, & erga Deum, & mox an aliquid iuris ſit in ſeruo, & ad quid †. — Vnde dicti ſerui? — Et mancipia?

2 Ergò ſeruus in primis tenetur dominum ſuum defendere à morte, & vulneribus (ſaltem ſi temerè non ſe ingerit in pericula, vt docet Trullench *tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 5. num. 2.*) — Seruus tenetur dominum defendere cum periculo vitæ propriæ,

etiam

etiam cum periculo vitæ propriæ, ait Machadus *tom.2.lib.6.p.7. tr.13.docum.1.num.1.* ex quibuſdam legibus, diſponentibus, vt ſi non reuelet domino attentata & traditiones contra perſonam ipſius, vxoris, aut filiorum eius, aut ſi inuaſum non defendat cum diſpendio propriæ vitæ, reus ſit mortis: quamuis clamauerit, & alios ad auxilium prouocauerit. Sed has leges nimis rigidas eſſe, cenſet Molina *tom.4.tr.3.diſp.13. mem.5. num.8. T.7. Reſ.49.* Et ego exiſtimo cum Nauarra *de reſtit. lib.4. cap.4. num.28.* contra Nauarrum *in man.cap.17. num.60.* quòd ſi vita domini non ſit populo Chriſtiano, vel alicui reipublicæ neceſſaria, in pari neceſſitate poteſt ſibi, & non domino aliàs perituro, miniſtrare alimenta, ſicut famulus & quæuis perſona libera. nam ex vna parte, licèt per ſeruitutem amittantur ea, quæ ſunt iuris ciuilis; attamen retinentur ea, quæ de iure naturæ cuique competunt: ex alia verò, ſecundùm ordinem caritatis plus diligenda eſt ſalus corporalis propria, quàm aliena. *T.7. Reſ.66.*

Et miniſtrare cibos ſuos neceſſarios;

Cuſtodire domini res,

3 Deinde ſeruus & famulus, cui domus cuſtodia commiſſa eſt, vt ſi ſit ianitor, cuſtos veſtium, vaſorum &c. tenetur ex iuſtitia, & ſub onere reſtitutionis, cuſtodire, quæ pertinent ad ſuum officium. Ille verò, cui cura non eſt commiſſa, tenetur tantùm ex caritate, ait Trullench *in decal. tom.2. lib.7. cap.13. dub.3. num.5.* vnde non tenetur ad reſtitutionem, ſiue fur ſit domeſticus, ſiue extraneus. *T.7. Reſ.39.*

Et ei obedire in omnibus, quæ non ſunt contra ius diuinum.

4 Denique tenetur obedire domino in omnibus licitis, vel indifferentibus, & poſſibilibus. Nam contra ius diuinum, naturale, vel gentium, non tenetur. imò nec poteſt. quamuis Machadus *vbi ſup. num.4.* referat opinionem quorumdam Iuriſtarum, quòd ſeruus in vtroque foro excuſetur metu mortis, ſi ad mandatum domini, quem necet, vel aliud delictum committat: hanc enim ſententiam refellunt communiter Theologi, quibus in hac re ſtandum eſt. In ijs verò, quæ ſunt contra mandatum Eccleſiæ vel Principis, conſiderandum eſt, an ſtrictiùs obliget præceptum Eccleſiæ aut Principis, quàm domini: vel contra. & in primo caſu tenetur obedire Eccleſiæ & Principi, in ſecundo tuta conſcientia poterit parere domino. Azorius *tom.2. lib.2. cap.38. q.10. T.7. Reſ.48.* An ſeruus coniugatus teneatur ſeruire potius domino, quàm vxori, dicemus *infra num.13.*

POTEST tamen ſeruire domino in templo idolorum,

5 Quamuis porrò videatur ex his deduci, quòd ſeruus Chriſtianus non poſſit obſequium præſtare domino infideli in templo idolorum incuruanti ſe, vt ſubmittere ceruical, vel eum ſuſtentare;

tare; quia hoc videtur intrinſecè malum, & iure diuino prohibitum; præſertim, quòd cum id feciſſet Nahaman, rogauit Eliſeum, vt Deum ſibi pro hoc delicto propitiaret. Exiſtimo tamen cum Trullench *in decal. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 9. num.* 2. poſſe, & poſſe etiam ancillam ferre caudam dominæ ſuæ in templo idolorum genuflectenti, genuflectendo etiam ipſam, ſi opus ſit; quia etiam extra templa idem obſequium præſtant; vnde eſt ex natura ſua indifferens. Nahaman verò Eliſeum deprecatus eſt, quia dubitauit, ſe in re hac grauiter deliquiſſe, vt notauit Abulenſis. *T. 7. Reſ.* 55. Eadem ratione excuſauimus in *Summa V. Peccato, num.* 13. à peccato & cenſura Chriſtianos Turcarum mancipia, qui in triremibus remigarent contra noſtros, præpararent neceſſaria ad bellum, auxilium ferrent ad munienda caſtra, ex metu graui mortis, verberum &c. quia nimirum ſunt actus indifferentes, & habere poſſunt bonum finem. Quod etiam docet nouiſſimè Caſpenſis *tom. 2. tr.* 17. *ſect. 2. num.* 19. & Amicus *de iuſt. tom. 5. diſp. 16. ſect. 4. num. 32. T. 7. Reſ.* 56. Eadem ratione aliqui apud Machadum *vbi ſup. tr. 11. num.* 6. ob ſimilem metum excuſant ſeruum ferentem litteras domini ſui ad concubinam ſollicitantes ad turpia; neque enim hoc modo æquè proximè ad peccatum concurrere, ac ſollicitando eam verbaliter. Palaus apud ipſum, putat ſufficere quamuis cauſam grauem ad id cohoneſtandum. *T. 7. Reſ.* 51. Vide *in Summa V. Peccatum, num.* 5. Cœleſtinus verò *tr. 8. cap. 10. in fine* aduertit, ſeruum ferentem litteras prouocantes ad duellum metu mortis, vel alterius detrimenti notabilis, excuſari ab excommunicatione; non ita ſi ſponte deferat. *T. 11. Reſ. 44. in fine.*

Remiges Turcarum poſſunt contra nos remigare ex metu.

Et ſerui ferre litteras amatorias.

6 Poteſt verò ſeruus, etiam ſine metu, parare menſam & miniſtrare cibos prohibitos domino in die ieiunij; quia in hoc cooperatur ad ſubſtantiam actus, vt ſcilicet cœna eſt comeſtio ad nutritionem, non ad malitiam, & præſtatque officium, quod ſeruus domino præſtare ſolet. Dummodò non conſentiat illius peccato. Vide in *Summa V. Ieiunium, num.* 40. *T. 7. Reſ.* 57. Item aliqui, quos ſequitur Machadus *vbi ſup. docum. 4. num.* 3. excuſant ſeruum laborantem, aut Miſſam non audientem in feſto, ob timorem grauis reprehenſionis à domino præcipientis; quia Eccleſia hoc ſeruis præcipere cenſetur ſub conditione, ſi domini contrarium illis non iuſſerint, aut illud incompatibilibus mandatis non impedierint. Sed ego non exiſtimo cum Trullench *tom. 1. lib. 3. cap. 10. dub. 9.* ad hanc excuſationem requiri

Et parare menſã, ac miniſtrare cibos prohibitos.

Et laborare, ac Miſſam omittere in feſto.

quiri magnum aliquod incommodum; nam quilibet tenetur præcepta adimplere, quoties abſque graui incommodo poteſt. *T. 9. Reſ. 52.*

Chriſtiani ſerui infidelium, ſi non habent copiam confeſſarij, non tenentur conteri ſingulis annis.

7 Serui verò infidelium Chriſtiani, non habentes in Paſchate copiam confeſſarij, ſecundùm Henriquez *lib. 1. de pœn. cap. 6. num. 8.* tenentur actum contritionis de mortalibus perpetratis elicere; quia Deus vltra tempus ab Eccleſia deſignatum non concedit inducias. Sed Suarez benè id negat *diſp. 15. de pœn. ſect. 6. num. 13.* quia, quando Eccleſia præcipit actum externum, eatenus ad internum coniunctum obligamur, quatenus externus haberi poteſt, deficiente enim principali, deficit acceſſorium. *T. 9. Reſ. 62.*

SERVORVM
Iura

SERVVS fugere poteſt ad ſuos.

8 CVM miſerrima ſit ſeruorum conditio, & iura faueant libertati, eodem gentium iure, quo ſeruitus eſt introducta, receptum in toto orbe eſt, vt ſerui ad ſuos fugere poſſint, & vbi in patriam ſe receperint, (vel etiam in alia Regna diſtincta à loco captiuitatis, ait Sanchez *in opuſ. to. 1. lib. 1. c. 1. dub. 7. num. 3.* contra Facundez *de iuſt. lib. 2. cap. 2. num. 11.*) libertatem conſequantur. Quamquam ſi in itinere à dominis deprehenſi fuerint, reuocari, & tamquam profugi puniri poſſint, vt dictum eſt V. *Dominus* § *num. 6.* Et quamquam id in conſcientia illicitum, exiſtimet Molina *to. 1. tr. 2. diſp. 37. concl. 1.* quia eſt priuare dominum re ſua, & furari ſemetipſum, *l. 1. C. de ſeruis fugitiuis*, ac proinde ſeruos fugitiuos, etiam poſt quam ad ſuos peruenerint, teneri in conſcientia reſtituere ſemetipſos. Benè tamen id negat Leſſius *lib. 2. cap. 5. dub. 5. num. 24.* ſi ſeruus fidem de non fugiendo non dederit, eaque lege vitam redemerit. Nam ſecus, beneficium legis concedentis libertatem in termino, eſſet inutile, quia obtineri non poſſet ſine peccato. Idque procedit quoad ſeruos bello iuſto captos, qui & poſſunt ſe redimere, etiam ſi decies venierint, quia cum eo pacto empti cenſentur. & quoad eorum filios, qui non ſunt deteriores parentibus. Quibus omnibus fugam conſulere, vel ad fugiendum opitulari, non eſt peccatum. Et ſi in locum ſeruitutis aliqua poſtea cauſa reuertantur, non reincidunt in ſeruitutem, ait

Etiam in conſcientia.

Hurtadus *de iuſt. diſp.* 1. *diff.* 21. *T.* 7. *Reſ.* 10. *&* 40. Chriſtiani verò ſerui Turcarum & Maurorum, ex bello iniuſto, quod illis nobiſcum intercedit, non ſolùm vi, dolo, fraude, & aliorum opera, & quomodocumque fugere poſſunt; ſed etiam aſportare quicquid iniuſtam ipſorum ſeruitutem, damna, &c. adæquat, titulo compenſationis; imò quicquid ceſſante ſcandalo ſurripere poſſunt à quibuſuis fidei inimicis, qui Chriſtianorum bona iniuſtè detinent, ex præſumpta voluntate Principum Chriſtianorum, iuſtum cum eis bellum gerentium. Ità Molina & Leſſius *vbi ſup. num.* 18. contra Azorium *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *q.* 7. *T.* 7. *Reſ.* 11. Vnde multò minus tenentur ſoluere gabellas & tributa illi, vel ſimili tyranno, quamdiu apud illum manent. Sicut mercatores & alij peregrinantes, eadē abſque mendacijs & periurijs retinere poſſunt: niſi tyrannus cum legitimo Principe pacem vel tranſactionem feciſſet, vel abſque vi aut metu pacti eſſent de illis ſoluendis. Secus eſſet de peregrinis apud Principem legitimum, etiam infidelem. Ità Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.* 2. *diſp.* 36. *ſect.* 1. *num.* 16. *Ibid. Reſ.* 65.

Et Chriſtiani ſerui Turcarum poſſunt furari quicquid venit commodum.

Si ſint ſerui ratione belli.

9. Procedere etiam exiſtimo cum Cardinali de Lugo *de iuſt. tom.* 1. *dub.* 6. *ſect.* 3. *num.* 28. quoad ſeruos in pœnam delicti, ſi ſeruitus calamitoſa ſit; eo modo, quo multi DD. quos citat & ſequitur Sanchez *in decal. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 16. permittunt fugam ei, qui iuſtè damnatus eſt ad triremes; quia talis pœna ſuperat humanam conditionem. Secus verò, ſi non ſit nimis dura; quia reus tenetur exequi iuſtam ſententiam, quoties pœna non poteſt, niſi per reum, executioni mandari. Ità DD. communiter, *T.* 7. *Reſ.* 9. *§. Infertur ſecundò, & Reſ.* 12.

Vel etiam delicti.

10. Non procedit verò quoad ſeruos venditos à ſe, vel à parentibus iuſtè; quia tenentur ſtare contractui, in quem ipſi, vel parentes conſenſerunt, aliàs iniuſtitiam committent. Eademque eſt conditio prolis matris venditæ, vel in pœnam delicti in captiuitatem redactæ. Vnde, quando non licèt fugere matri, nec proli licebit. Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 4. *T.* 7. *Reſ.* 9. *§. Ex dictis & Reſ.* 12. *in fine.* Quicumque verò ſeruo illicitè fugienti, auxilium vel conſilium daret, peccaret mortaliter, & ad reſtitutionem damnorum domino emergentium teneretur. *Reſ.* 9. *cit. in fine.*

Minime verò, ſi venditi ſint.

11. QVAMDIV verò ſerui in poteſtate dominorum ſunt, nullum habent, vel habere poſſunt, verum dominium rerum, vel actuum ſuorum, nec vllam actionem ciuilem, & quicquid acqui-

SERVVS quę vota poſſit emittere?

nius, dominio acquirunt, præter aliquos caſus, de quibus infra. Vnde regulariter ſe obligare non poſſunt, nec Deo, nec hominibus. Nec enim vota emittere poſſunt perſonalia, ſi ex toto, vel ex parte debitum domino obſequium perturbent, vt religionis, peregrinationis, &c. quamquam poſſint ea, quæ non perturbant, vt orationes, caſtitatem, &c. Villalobos *tom. 2. tr. 34. diff. 16. n. 2.* & alij communiter, *T. 1. 7. Reſ. 25.* Nec emittere poſſunt realia, niſi aliqua bona propria habeant, vt docuit Suarez *lib. 6. c. 9. n. 5.* Quæ autem emiſerant ante ſeruitutem, eatenus quoad executionem impediri poſſunt, quatenus poteſt eis aliquid præcipi incompatibile cum obſeruatione voti: quod dominis licitum eſt, non ſolum ſi materia voti ſit de conſilio, ſed etiã ſi de præcepto, vt ait Sanchez *lib. 4. cap. 36. num. 6.* Votum caſtitatis nullatenus irritare poteſt: nec votum reale, ſi habeat aliqua bona vt ſupra. Si autem ſeruus impubes ſit, & parentibus careat, omnia eius vota poteſt dominus irritare. Domina verò non, niſi ad paraphernalia ipſius bona pertineant. Trullench *in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 37. num. 11. T. 1. 7. Reſ. 27.* Maius dubium eſt, an dominus irritare poſſit vota à ſeruo emiſſa tempore ſeruitutis, ſeruanda tempore libertatis. Et Syluester *v. votum 4. q. 8. §. quintum*, cum alijs, qui aſſerunt, patrem irritare poſſe vota filiorum impuberum, ad tempus pubertatis relata, affirmat: nam hæc vota ex diſpoſitione iuris habent tacitam conditionem, ſi pater, vel dominus conſentiat. Et profeſſio coniugati inuita vxore facta eſt irrita, vt nec poſt mortem vxoris teneatur vouens ſeruare profeſſionem, & ad religionem redire, cap. *quidam, de conuerſ. coniugat.* & cap. *placet nobis, eod.* & tamen maior eſt ſubiectio ſerui ad dominum, quam vxoris ad virum. Ergo etiam vota ſeruorum erunt irrita, vel irritabilia à dominis. At Leſſius & alij cum Suarez *vbi ſupra num.* [illegible] 3. negant, quia hæc vota nihil dominis præiudicant, vel ad illos pertinent, ſuntque conditionata, ita vt nunquam obligare incipiant, niſi adepta libertate. Profeſſionem verò coniugati irritam eſſe, quia per illam conſecratur Deo corpus alterius: nec poſt mortem vxoris obligare debere, quia non cenſetur ſic vouiſſe, vt ſi tunc impediretur per matrimonium, obligaretur poſtea tempore viduitatis. Et nihilominus ex interpretatione iuris obligari ſtatim ad caſtitatem coniugalem, nec poſſe vxore viuente debitum petere, vel mortua aliam ducere. Vtraque opinio eſt probabilis, *T. 1. 7. Reſ. 26. & 27.*

[illegible], ſi ſeruus ſine licentia domini Religionem ingre-

ingreditur, profiteri non poteſt, cap. *qui verò 16. quæſt. 1.* vbi concilium Chalcedonenſe excommunicat Prælatum recipientem ſeruum in monaſterium, ſicut excommunicantur ſuadentes contemptum domini, religionis cauſa, cap. *ſi quis ſeruum* 17. & 2. 17. q. 4. & cap. *generaliter, d. 54.* Nec deſunt, qui aſſerunt, profeſſionem ſerui irritam eſſe, quia Deus non acceptat exhibitionem eius, qui eſt alterius, contra iuſtitiam, vt Paludanus *in 4. d. 38. quæſt. 4.* vel dominum, non obſtante profeſſione, poſſe ſeruum repetere, *arg. cap. nullus, d. 54.* infra triennium; *Auth. ſi quis ſeruus, de Epiſ. & Cler.* & ſi à domino longiſſimè diſtet; etiam elapſo triennio, cap. *ſi quis incognitus 17. quæſt. 4. verſ. niſi ſit tam longè, vt inueniri non poſſit.* Nec teneri accipere pretium; quia habet ius repetendi perſonam. Sed de hac quæſtione vide Sanchez *in ſum. tom. 2. lib. 5. cap. 4. à num. 42.* T. 7. Reſ. 60. An ſeruus ſit irregularis, vide V. *Irregularitas, num. 5.*

13. Poteſt tamen ſeruus non ſolùm validè, ſed etiam licitè matrimonium contrahere inuito domino; nam in hoc non ſubſtat alterius dominio, neque humano aliquo iure libertate hac poteſt quis priuari, propter bonum ſpeciei, & remedium propriæ concupiſcentiæ. Propter quæ tolerari debet à domino, ſi non remanet ita habilis ad ſeruitutem, ſicut ſi eſſet ſolutus. Quod ſi dominus omninò prohiberet ſeruo, ne matrimonium iniret, vel illum impediret poſt ſponſalia, illum amandando à loco, vbi nuptiæ contrahi poterant, vel pro contracto matrimonio caſtigaret, grauiter peccaret. Poſſet tamen dominus dicere, ſibi non placere, vt contrahat. Poteſt etiam vti iure ſuo transferendi ſeruum quòcunque voluerit, etiam ſi videat propenſum ad aliquam ducendam, quamdiu ſponſalia non ſunt celebrata, et poſt contractum matrimonium non ità benè tractare, vt antea ſolitus erat. Azorius *de ſacr. matr. quæſt. 3. ſect. 9.* & Sanchez *lib. 7. diſp. 21.* T. 7. Reſ. 36. An verò poſt matrimonium ab vxore ſeparare poſſit, & in longinquum tranſmittere, Vide V. *Dominus, num. 8.* Cum verò in ſeruum coniugatum ius habeant dominus, & vxor, tenetur vtrique ſeruire, ſi mandata ſint compatibilia. Si incompatibilia, tunc ſi nupſit inuito domino, potius huic tenetur, quàm vxori; (S. Thomas *3. par. quæſt. 52. artic. 2. ad 3.*) ſi verò domino conſentiente, tenetur magis reddere iuſtitiam vxori, quàm domino: quia in hoc tacitè conceſſiſſe videtur dominus: quamuis in praxi vix poſſit is caſus contingere, & vxor petat tunc ius, ſi commodè poſſit, tempori accommodare ... Filliucius

 tom.

tom.2. tr.28. par.2. cap.3. num.62. & alij. *Tr.7. Reſ.38.*

Et alios contractus celebrare?

14 Alios verò contractus, licèt ciuiliter celebrare ſerui non poſſint, ità vt contrahant obligationem ciuilem, & in foro exteriori detur actio pro illis, aut contra illos, etiam poſtquam peruenerint ad libertatem. l. *in perſonam*, l. *quod attinet*, *ff. de reg. iur.* excepto caſu quo ſeruus promiſerit pecuniam domino pro libertate, nam tunc huic conceditur actio aduerſus ipſum, l. *promiſſa*, *C. an ſeruus pro ſuo proprio*, &c. ſicut ſi pacto exiſtente inter dominum, & ſeruum, vt pro certa pecunia illum manumitteret, ſeruo pecuniam ſoluenti conceditur actio aduerſus dominum, vt eum manumittat. l. 1. §. *ſeruus*, *ff. de off. præf. Vrb.* l. *vix*. *ff. de iudic.*) Ex omni tamen contractu ſeruorum oritur vtrinque actio & obligatio naturalis, & in conſcientia, l. *quod attinet*, *ff. de reg. iur.* l. *ſerui*, *ff. de action. & oblig.* Nam & ſi ſeruitus ea, quæ ſunt iuris ciuilis tollat; non tamen tollit ea, quæ ſunt iuris naturalis, §. *ſed naturalia*, *Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* Vnde ſi ſeruus ſe obliget, dando fideiuſſorem, hic tenetur naturaliter, & ciuiliter, quia fideiuſſio accedere poteſt obligationi naturali. Vide Megalam *in 2.2. lib.2. cap.5. quæſt.4. à num.86. Tr.7. Reſ.24.*

Et obligare ſe naturaliter?

Et habere actionem naturalem?

Præſertim aduerſus dominum?

15 Ex quibus infertur, ſeruum habere poſſe actionem naturalem. Quam nonnulli aſſerunt habiturum de facto erga dominũ, ſi illum mutilaret, vel notabile aliquod damnum ei inferret, idque dominum compenſare debere libertate, ſicut leuiora damna diminuendo laborem, vel in victu & veſtitu liberiùs tractando; Ità Fagundez *de iuſt. tom.2. lib.2. cap.5. num.4.* vbi obſeruat ex Panormitano, ſeruo oppreſſo concedi denunciationem apud iudicem aduerſus dominum, & iudicem debere hunc cogere, vt ſeruo ſatisfaciat, & mitius cum ipſo agat. & ſi ſeriò admonitus, non ſe emendet, iudicem eo inuito ſeruum vendere debere, & pretium ipſi domino reddere, iuxtà *§. vlt. Inſtit. de iis, quæ ſunt*, &c. Sed circa hanc compenſationem difficultatem facit Eminẽtiſſimus Lugo *de iuſt. tom.1. diſp.3. ſec.2. num.19.* ex eo, quòd ſecundùm probabiliorem ſententiam, non eſt obligatio reſtituendi in bonis alterius ordinis, quæ non poſſunt æquiualere bonis amiſſis. *Tr.7. Reſ.19.* Vide etiam V. *Libertas, num.6.*

16 Si autem iniuria ſeruo ab aliena perſona inferatur, Molina *de iuſt. tom.1. tr.2. diſp.38.* ex Abulenſi aſſerit, inferentem ad duplicem reſtitutionem teneri; vnam domino, alteram ſeruo; quia vterque iniuriam patitur. Cardinalis verò *vbi ſup.* id negat: nam ſi ſeruus pateretur circa victum aut veſtitum, vel alia neceſ-

ſaria vitæ ſuæ, vxoris, vel filiorum, ſatis eſſet reſtituere ſeruo, nè damna hęc patiatur. Si verò ob mutilationem redderetur inutilis, reſtituendum eſſe domino damnum emergens. nam iuxtà eius principia non eſt facienda reſtitutio pro bonis corporis rerũ diuerſi generis. *Tr.7. Reſ.20.*

17. Quicquid verò ſeruus titulo illatæ iniuriæ, ſicut etiam legati, donationis, vſus corporis illiciti, vel operibus peccaminoſis, acquirit, ſecundum Cardinalem *ſec. 5. num. 46. & 47.* domino acquirit: nam iuxtà antiquas leges ſeruus acquirit domino, ſi quid ei detur titulo pulchritudinis, prudentiæ, vel ſimilium dotium naturalium, in quibus non magis ſubordinatur domino, quàm in fama, iuribus, &c. Et ratio à priori eſt, quia licèt dominus non habeat ius ad famam, ſicut nec ad pulchritudinem ſerui; benè tamen habere poteſt ad id, quod his titulis acquiſiuit. aliud enim eſt, habere ius ad titulum, aliud ad id, quod ratione tituli acquiritur: nã Religio non habet ius ad amicitiam, vel cognationem, quam habet Religioſus; & tamen acquirit quicquid datur Religioſo ob cognationem, vel amicitiam. Sed, quamuis hæc opinio ſit probabilis, & benè fundata; non tamen recedo à ſententia communi, quòd ſeruus ſibi retinere poſſit, quicquid pro iniuria illata, vel illicitum corporis vſum, ei largitum fuerit. Ità Trullench *in decal. tom.2. lib. 7. cap. 2. dub. 5. num. 3. Tr. 7. Reſolut. 29.*

Et acquirere aliquid ſibi, non domino?
Præſertim titulo donationis?
Vſus illiciti corporis?
Iniuriæ illatæ?

18. Si quid verò legato, vel teſtamento ſeruo relictum ſit ea conditione, vt ſerui ſit, non domini; ſi dominus conſentit, vt ſerui ſit, tunc ſuum eſſe, ait Azorius *par. 2. lib. 2. cap. 36. quæſt. 2.* non voluntate teſtatoris, vel donatoris; ſed domini. Si verò non conſentit, donationem & legatum nullum eſſe, & ad donatorem ſeu teſtatorem, vel eius heredes adiudicari. Megala verò *in par. 2. lib. 2. cap. 19. quæſt. 2. num. 17.* putat, in ſecundo caſu acquiri domino, & conditionem tamquam illicitam, & contra leges, habendam pro non appoſita, iuxtà *l. conditiones 20. ff. de cond. inſt.* Sed Eminentiſſimus Cardinalis *vbi ſup. num. 55.* optimè aſſerit, ſeruo donari (ac proinde etiam legari) poſſe independenter à domini voluntate, & ità vt domino non acquiratur; & talem voluntatem in donatore præſumi, quoties clam domino donat. ego verò exiſtimo cum Trullench *dub. 4. num. 5.* & Machado *to. 2. lib. 6. par. 9. tr. 13. docum. 5. num. 9.* quoties aliquid datur ſeruo abſolutè, ſed non intuitu domini, vt ver. gr. ob induſtriam, vel officium exhibitum, vel vt ſe redimat, &c. id ſeruo, non domino

Legati vel teſtamenti, cum clauſula nè acquiratur domino?

acqui-

acquiri. Quod de filiofamilias diſpoſitum inuenitur in *Auth. excipitur C. de bonis, quæ lib. Tr. 7. Reſ. 31. & 33.*

Et alijs titulis?

19 Sibi etiam acquirunt ſerui, quod ſibi ſubtrahunt ex his, quæ licitè poſſent conſumere, ſine dominorum incommodo, ſicut etiam quæ ſua induſtria, & labore ſibi acquirunt abſque præiudicio ſeruitutis ſaltem in conſcientia. Ità Leſſius *lib. 2. cap. 4. dub. 4. num. 16.* & alij contra Azorium *tom. 2. lib. 2. cap. 3. quæſt. 4. Tr. 7. Reſ. 32. & 33.* Item quæcunque acquirunt ex ludo, vel alia negotiatione de bonis, quæ ſua ſunt, ſiue magna, ſiue parua, vt docet Hurtadus *de iuſt. diſp. 1. diff. 18. Tr. 7. Reſ. 30. & 35.* Vide *V. Ludus, num. 38.*

Et ad in his acquirat perfectum dominium?

20 In quibus caſibus & ſimilibus, quos *V. Ludus, n. 38. cit.* enumerauimus, ſerui verè dominium illarum rerum acquirunt, vt poſſint independenter à dominis de illis diſponere, & domini non poſſint ab his abſque iniuſtitia auferre: nam iura contrarium decernentia, aut loquuntur de acquiſitis per opera domino debita, aut conſuetudine ſunt iam mitigata; vt docet Hurtadus *l. c. Trac. 9. Reſ. 12. §. Addimus.* Vnde ſi prædictis bonis à domino priuarentur, poſſent occultè ſibi compenſare; Leſſius *vbi ſup. num. 17. Tr. 7. Reſ. 33. §. His ſuppoſitis.*

Ità vt poſſit acquiſitũ dare mutuo?

21 Conſequenter ad dicta, dicendum eſt, ſeruos ex prædictis bonis, quorum dominium habent, poſſe mutuo dare. De bonis autem domini mutuum dare & accipere, ſi habent adminiſtrationem peculij, *l. ſi rogaſti, §. ſi fugitiuus, ff. de reb. cred.* ſecus mutuatarius domino tenebitur, non ſeruo, *l. nec ſeruus, ff. de pecul.* ſeruus verò ſi mutuum accipiat iuſſu domini, dominus obligatur, ſi abſque domini iuſſu, obligatur naturaliter ipſe ſeruus. *Tr. 7. Reſ. 32.*

In eleemoſynam?

22 Dicendum quoque eſt, poſſe de prædictis bonis eleemoſynam ſpargere, & donare pro ſuo libitu. De bonis autem dominorum, non poſſe, niſi ſimiliter adminiſtrationem peculij haberent, aut in extrema neceſſitate, aut ſi conſenſus vel ratihabitio domini præſumeretur; vel ſi modicum quid & rarò largirentur. Secus peccarent mortaliter, & ad reſtitutionem tenerentur. Sicut & qui ab eis ſcientes acciperent; qui verò acciperent bona fide, tenerentur titulo rei acceptæ in id, in quo facti eſſent ditiores. Molina *diſp. 277.* Filliucius *tr. 32. cap. 2. num. 46.* & alij. *Tr. 7. Reſ. 34.*

In pretium ſuæ redemptionis.

23 Denique de prædictis bonis poteſt ſe ſeruus redimere, licet ex Azorio *tom. 3. lib. 2. cap. 36. quæſt. 2.* redimi non poſſit ex

pecu-

pecunia, quam ei concedit dominus, vel quam alius in hunc finem dedit, aut mutuauit, reddendam in ſtatu libertatis, *Tr. 7. Reſ. 44. (ex errore 43.)*

124 Teſtamentum verò ſeruorum inualidum eſt de iure ciuili, etiam ſi poſtea liberi fiant, *l. qui teſtamento domini*, & *l. filiusfamilias liber 2. ff. de teſt.* Validè tamen teſtantur Chriſtiani Turcarum mancipia, vt aduertit Molina *diſp. 37.* Captiuus etiam bello iuſto apud hoſtes, vel obſes, qui eſt loco captiui, licèt in eo ſtatu teſtari non poſſit, valet tamen teſtamentum antea factum, ſiue in eo ſtatu decedat, ſiue adepta iure poſtliminij libertate, *§. vlt. Inſt. quibus non eſt permiſſum facere teſtam. l. eius, l. obſides, ff. de teſtam.* Addit Maulius *de teſt. tit. 2 num. 44.* poſſe ſeruum teſtari ad pias cauſas, & ad alias, ſi dominus, vel loci ſtatutum id permittat, vel ſi liber decedat. *Tr. 7. Reſ. 50. & Tr. 6. Reſ. 11.*

Vel legare in teſtamento?

Saltem ad pias cauſas?

125 Aduerte hic, quòd ſerui poſſunt eſſe executores teſtamenti: quia ea, quæ ſunt nudi miniſterij, poſſunt adimpleri per ſeruum; ſicut etiam opera ſpiritualia, & quæ habent pietatem pro obiecto. Sanchez *in opuſ. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 40. num. 15.* & alij contra Syluestrum *v. teſtamentum 2. quæſt. 1. dict. 5. Tr. 7. R. 42.* Vnde & poſſe ſibi eligere ſepulturam inuito domino, diximus *V. Sepultura, num. 2.*

SERVVS poteſt eſſe teſtamenti executor.

126 Seruus non poteſt regulariter eſſe teſtis, *l. quoniam liberi C. de teſtam. & l. pridem, C. de quæſt.* At poteſt in ijs caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, vt etiam in criminibus exceptis. Maſcardus *de prob. concl. 358. num. 18. & 19.* Vnde in Inquiſitione Hiſpanica teſtimonium ſerui admittitur, etiam ſine tortura. Vide de hac quæſtione fuſius Farinacium *de teſt. qu. 55. inſpect. 2. num. 165. Tr. 7. Reſ. 7.*

Et in neceſſitate teſtis.

127 Pètes hic primò, an ſerui clericorum gaudeant foro? Affirmatiuè reſpondent multi; inter quos Hunnius *in commod. priuil. ſtudioſ. cap. 5. quæſt. 5.* ex *l. 2. C. de Epiſc. & Cler.* vbi priuilegia clericis conceſſa, ad illorum familiam extenduntur. Idemque aſſerit de ſeruis profeſſorum, & ſcholarium in vniuerſitate, quotidianis, neceſſarijs, perpetuis, & proprijs, qui ſint veluti illorum acceſſio. Hos enim non oppidano, ſed academico magiſtratui ſubeſſe debere; tum quia in *l. 3. C. de ſchol. lib. 13.* ſcholarium ſeruis idem priuilegium expreſſè tribuitur, quod ipſis ſcholaribus; tum quia priuilegium vni conceſſum, extendi debet ad illos, ſine quibus hic priuilegio ſuo commodè gaudere non poteſt, *arg. l. 2. ff. de iuriſd.* niſi verò etiam ſcholarium (& tu adde etiam

SERVI Clericorum gaudent foro.

Digitized by Google

Clericorum, & Epiſcoporum) familia exempta ſit, ſcholares ipſi plenè & perfectè exempti non eſſent. *Tr. 7. Reſ. 61.*

Et quicunque fugiunt ad Eccleſiã tuti ſunt.

28 Petes ſecundò: An ſerui ad Eccleſiam confugientes, tuti ſint? Reſpondeo, pro delictis quæ ad iudicem, citra hæreſim, tutos eſſe. Vide *in Summa V. Immunitas Eccleſiarum, num.* 125. & Trullenchum *decal. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 6. num.* 2. *Tr. 7. R. 59. in fine.* Quoad dominos, vide ſupra *eodem Verbo, num.* 3.

SERVI Turcarũ non tenentur ad tributa.

29 Petes tertiò: An Chriſtiani Turcarum mancipia teneantur ſoluere gabellas, & tributa Principibus Turcis, & Mauris? Reſpondeo negatiuè, nam cum Turca ſit tyrannus Regnorum Chriſtianorum, Chriſtiani apud Turcas captiui, nomine tenus ſerui ſunt, re vera liberi. Secus eſſet, ſi Princeps infidelis Regnũ legitimè poſſideret, aut cum Principe Regni domino tranſegiſſet; nam tunc recognoſci deberet vt verus Princeps, etiam à tranſeuntibus, vel negotiantibus Chriſtianis. Sicut etiam ſi Tyranno fides abſque metu data eſſet de tributis ſoluendis, aut ſolutio negari non poſſet abſque ſcandalo, mendacijs, & periurijs. Ita Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 36. sec. 1. num.* 16. contra Rainerium apud Syluestrum *v. gabella 3. quæſt. 4. Tr. 7. Reſ. 65.*

Serui non peccãt ſurripiendo de eſculentis domini ad comedendum.

30 Petes denique: An ſerui peccent mortaliter ſurripiendo de penu domini eſculenta & poculenta? (Nam in alijs, ſi quantitas ſit notabilis, iuxtà menſuram regularem quantitatis mortiferæ pro alijs perſonis, peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem. Hurtadus *de iuſt. diſp. 13. diff. 9.* Sicut etiam, ſi ſupradicta accipiant ad vſum, quem dominus non præſumitur conceſſurus, vt ad compotationes, ludos, venditionem &c. Si ergò furentur, vt ipſi comedant.) Reſpondeo, non eſſe mortalia, dummodo non ſint de illis, quæ claudi ſolent, & paulatim ſumantur, etiam ſi deinde ad notabilem quantitatem peruenian. Ratio eſt; quia dominis non omninò diſplicet, vt hæc capiantur. ſciunt enim paſſim fieri, & non impediunt; & ſi rogarentur, facilè concederent. Vnde non ſunt inuiti quoad acceptionis ſubſtantiam, ſed tantùm quoad modum. Id quod procedit etiam in famulis, filijs, amicis, cum quibus præſumitur conſenſus domini quoad ſubſtantiam, ſi præ pudore non petant, ſed clam ſurripiant. Adde ex Sanchez *in expoſition. l. lib. 1. cap. 1. dub. 2. num.* 17. quod modò famulus comedit hora conſueta ei ſuperfluitorum; ſed hæc ratio non procedit, quando ſoruis daretur portio ſtatuta, vulgò *la parte.* Vide Nauarrum *cap. 17. num.* 138. & Caietanũ *in ſum. v. furtum. Tr. 7. Reſ.* 28.

SODO-

SODOMIA.

SODOMIA propriè ſumpta, eſt copula carnalis inter homines non ſeruato vaſe, nec ſexu. Et hæc reſeruari cenſetur, quando ab Epiſcopis reſeruatur Sodomia; quia reſeruatio eſt odioſa, & ideo termini propriè accipi debent †.

SODOMIA quid?

In primis ergò, in caſum reſeruatum ſodomiæ inciderent duæ fœminę nefariè concubentes, ſi vna immitteret ſemen in alterius vas præpoſterũ (quod fieri poſſe aſſerit ex Auicenna Gomez *l. 80. Tauri, num. 34.*) quia violaretur ſexus & vas. Secus, ſi emitteret in vas naturale, ob contrariam rationem. Mazuchellus *de reſ. caſ. diſp. 2. cap. 2. num. 6.* contra Lupum *de caſ. reſer. part. 2. caſ. 11. num. 14. Tr. 12. Reſ. 13. §. 1.* Maſculus item concumbens cum fœmina in vaſe præpoſtero, quia ſeruat debitum ſexum, non eſt propriè ſodomita, nec in reſeruatione comprehenditur. Idem Mazuchellus *num. 17.* contra Fagundez *in decal. tom. 2. lib. 6. cap. num. 7. Reſ. 13. cit. §. Quæro quintò.* Maſculus verò cum maſculo, eatenus reſeruatum committit, quatenus ſemen emittit intra vas; nam ſi ad finem copulæ membrum extrahat, non incurrit; quia eſto id faciat malitioſè, ad vitandam reſeruationem, vt probat Fagundez *num. 8.* atque adeo probabile ſit, in illam incidere, ne ſua illi fraus patrocinetur; probabilius tamen eſt, non incurrere; quia illa retractio non auget peccatum, ſed minuit, & ponit ſub alia ſpecie non reſeruata. Et ità tenet Lupus *num. 13. Reſ. 13. cit. §. Quæro tertiò.*

Et quando verè & propriè committatur?

2 IN caſum reſeruatum ſodomiæ incidit etiam patiens ſecundum communem, dummodo agens ſeminet intra vas, (nam hoc complet ſodomiam ex parte vtriuſque.) Et ratio eſt, quia licèt committere propriè importet actionem, non paſſionem; quia tamen ſumus in eodem genere delicti, vnum includitur in alio; & in correlatiuis diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum & in alio. Sed contrarium tenet Leo *de cenſ. in collect. 3. num. 93.* & probabile exiſtimat Bordonus *in conſ. regul. reſol. 48. quæſt. 5. num. 2. Reſ. 13. cit. §. Quæro ſecundò.*

An patiens incidat in reſeruationem?

3 In eundem caſum exiſtimat Mazuchellus *num. 20.* incidere etiam impuberes; quia Epiſcopi indiſtinctè loquuntur, & impuberes poſſunt peccare mortaliter, ligantúrque cenſuris, & legibus. Sed Lupus *part. 1. diſ. 4. num. 6.* docet quidem impuberes alijs reſeruationibus peccatorum non carnalium ſubiectos eſſe, quia illis tribuuntur; nõ tamen peccatorũ carnaliũ, quia hæc non

Præſertim impuberes?

tribuuntur impuberibus, cap. 1. de delict. puer. qui nimirum ſemen non emittunt, niſi rarò & per accidens, ad quod lex non reſpicit, l. nam ad ea, ff. de leg. Et procedit, etiam ſi impubes patitur à pubere; nam non ob id amittit impubertatem. Ref. 13. tit. §. Quæro quartò.

SPONSIO.

Sponſio quid?

1 † SPONSIO eſt contractus, in quo duo de veritate, vel euentu alicuius rei contendentes, ſibi viciſſim aliquid ſpondent, vt id eius ſit, qui veritatem aſſecutus fuerit. †

Et an licita?

Per ſe licita eſt; non enim naturali iure prohibetur; quia nihil rationi diſſonum continet; nec poſitiuo, quia nullum aſſignari poteſt, imò approbari videtur in l. *ſi quis ita ſtipulatus fuerit, ff. de verb. oblig.* & l. *ſi pater C. de inoff. teſtam.* In lege autem *ſolent, & ſequ. ff. de alea. vſu,* ſolum reprobatur ſponſio, quæ fit circa certamina corporis, cauſa odij, vel æmulationis, vel libidinis; non cauſa exercendi vires corporis, atque adeò ratione materiæ, nõ per ſe. Certum eſt enim ex circumſtantijs, ſicut alios contractus, ita ſponſionem illicitam reddi poſſe. DD. communiter contra Syluestrum *v. ludus quæſt. 6. T. 9. Ref. 6*

Præſertim ſi cõditio implenda ſit illicita?

2 Vitatur ergò ſponſio primò, ſi conditio, ſuper qua fit ſponſio, ſit illicita, vel prohibita. Vnde iure ciuili prohibitæ ſunt ſponſiones ſuper conditionibus, quæ inducunt ſpondentes ad peccatum, vt ſi duo certent, vter illorum alterum victurus ſit in edendo, vel alterum occiſurus ſit, vel quòd Princeps hoc anno morietur, &c. vt videre eſt l. *ſolent cit.* lucrum tamen, quod impleta conditione huiuſmodi acquiritur, ſecluſa fraude, retineri poteſt; quia non violatur iuſtitia, nec leges pœnam reſtitutionis imponunt. *T. n. 9. Ref. 69.* At verò ſponſiones ſuper vita, vel morte, vel electione paſſiua Summi Pontificis, vel Cardinalium, prohibitæ ſunt Bulla Gregor. XIV. *Cogit nos* pro toto orbe, ſub pœna excommunicationis papalis, ipſo facto incurrendæ, redditæque irritæ, ità vt lucrum ex talibus ſpõſionibus acquiſitum, in conſcientia reſtitui debeat. Hurtadus *de contr. diſput. 8. diff. 9. T. n. 9. Ref. 67.*

Et peccatum cõmittendum à ſpõdente?

3 Porrò non eſt illicita ſponſio ſub conditione, ſi verb. grat. Turca hoc anno morietur; quia non eſt illicitum expectare mortem inimici fidei. Fauſtus *in ſpec. diſp. 32. quæſt. 46.* Imò de iure naturæ non eſt illicita ſponſio ſuper euentu pernicioſo vitæ corporali,

porali, aut etiam ſpirituali alterius, vt ſi Petrus inebriatur hoc anno, vel committet tale peccatum; dummodo ſpondens non optet euentum, nec aliquo pacto ad illum concurrat. Nam à communiter DD. approbant contractus vitalitios, qui nihil aliud ſunt, quam ſponſiones ſuper alterius vitas, vt diximus V. *Cenſus*. Si verò ſponſio fiat ſuper peccato futuro ſpondentis, ſi is, qui eſt peccaturus, negat, licita quoque eſt ſponſio: quia ſpes lucri magis illum à peccando impediet. Si verò ipſe affirmet, ſe peccaturum, illicita eſt reſpectu ipſius, & contra Alcozer, etiam reſpectu acceptantis, quia magis confirmat illum in intentione peccandi. Lucrum tamen non eſſet reſtituendum, etiam ſi materia ſponſionis ſit mala contra iuſtitiam. Nec eſt ſimonia ſpondere ſuper conſecutione beneficij; quia pretium non datur pro committenda iniuſtitia, vel conferendo beneficio, ſed committitur euentui fortuito propter ſpem lucri. Cauendum tamen eſt, ne prætextu ſponſionis pallietur promiſſio; qua aliquis alliciatur ad procurandum vel conferendum aliquod beneficium, &c. Et hæc omnia docet Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. lo. 2. diſp. 31. ſect. 6. num. 74. T. 9. Reſ. 69. à §. Quid ſi.*

Et an facta ſponſione ſuper actu futuro ſpōdentis, is teneatur ponere actum illum?

4 An ſi duo ſpondeant adinuicem, quòd ſe ſuperabunt in ſaltu, vel curſu, poſſit alter alterum cogere ad ſaltandum, vel currendum? Ità, ait Fauſtus *vbi ſup. q. 45.* Nam ſicut, ſi emiſſem à piſcatore iactum retis, poſſem illum cogere ad faciendum rete, vel ſoluendum pretium; ità ſi tecum ſpondeo ſuper ſaltu, debes aut ſaltare, aut ſoluere ſponſionem. Et ratio vlterior huius rei eſt; quia eo ipſo, quòd per alterum contrahentem ſtat, ne impleatur conditio, cenſetur impleta pro altero. Sed Cardinalis, *num. 89.* obſeruat, talem ſponſionem fieri poſſe per modum ludi, & in tali caſu vtrumque ſpondentem poſſe deſiſtere: quia de ratione ludi eſt, vt priuſquam inceptus ſit, vterque ab eo diſcedere poſſit; quoniam inceptione firmatur. *T. 9. Reſ. 6.*

Conditio ſpōſionis debet eſſe incerta.

5 Requiritur verò ad licitam ſponſionem, vt conditio, ſuper qua fit, ſit dubia reſpectu vtriuſque ſpondentis. Semper autem dubia eſt, quæ ab alterius voluntate liberè dependet. Vnde, niſi prohibita eſſet ſponſio ſuper electione Cardinalium, licitè quis ſponderet & lucraretur ſuper creatione alicuius, quem fore creandum ab intimo Pontificis, vel etiam ab ipſo Summo Pontifice audiuiſſet; quia adhuc contingere poſſet, non creari. Ità Fauſtus *in ſpec. diſp. 32. q. 52. T. 9. Reſ. 77. à §. Verùm.*

6 Quod

Quid, ſi quis certo ſciat, ſed dubitet propter conſtantiam alterius?

Vel ſi deinde comperiat, rem non fuiſſe adeo certam?

206 Quod ſi eam, quis certò ſciat, vel videns alterum æquè certò, vel magis duam partem aſſeuerare, incipiat dubitare, conſiderans ſe aliàs aliquid pro certo habuiſſe, quod comperit eſſe falſum; & cum hac dubitatione ſpondeat; licitè ſpondet alterum, ſi rem certò exiſtimet ita eſſe, & ſpondens lucretur, quia ita contigit, comperiat tamen rem non fuiſſe adeo certam, & ſe perdendi periculo expoſuiſſe, licèt peccauerit ſpondendo, non tamen tenetur reſtituere lucrum; ſicut, qui celebrat contractum, quem exiſtimat eſſe vſurarium, peccat; comperiens tamen poſtea non eſſe vſurarium, non tenetur reſtituere. Ita Molina *de iuſt. tom. 2. tr. 2. diſp. 508. in fine. T. 9. Reſ. 68. & 63. 5. Notandum.*

Vel proponat, & proteſtetur ſe certò ſcire?

207 Si verò ſpondens, rem certò ſciat certitudine, cui non poſſit ſubeſſe falſum, vt experientia, ſcientia, aut reuelatione diuina; (nam minor certitudo non viciat iſtum contractum, qui aliàs ſemper eſſet de re dubia; & maior probabilitas vel credulitas in vno non faceret exceſſum notabilem, & quoad ſubſtantiam; multoties enim exiſtimamus nos vidiſſe, vel audiuiſſe, quæ nunquam vidimus, vel audiuimus. Hurtadus *de contr. diſp. 8. diff. 7. & 9. T. 9. Reſ. 62.* Quæ doctrina præſertim locum haberet, ſi ſponſio eſſet de re comeſtibili, propter paruitatem materiæ, in qua præſumitur conſenſus. Et in ſponſionibus ſuper re conſiſtente in ingenio, vt ſi fiat ſponſio, quis eorum duorum recitet plures verſus; etiam ſi vnus alterum memoriæ præſtantia notabiliter excedere. Vel denique ſi fit de re, quam alter ſcire poteſt; vt ſi ego ſpondeam ſuper tuo facto, de quo præſumi debes eſſe certus, vt docet Alconet *de ludo cap. 47. T. 9. Reſ. 62. & 63. & 5. Sed ego*) etiã ſi proteſtetur ſpõdenti ſe rem certò ſcire, Cardinalis *vbi ſup. n. num.* 8. non illum excuſat ab iniuſtitia; ſicut non excuſaretur, qui venderet falſam gemmam, proteſtans eſſe falſam, emptore non credente, & proferente pretium veræ, ſi illud accipiat, niſi apertè conſtet de animo donandi exceſſum, quem ferè nunquam præſumi poſſe, ait Molina. Non enim accipi poteſt in pœnam temeritatis nolentis credere; quia culpa illa aliquando non eſt digna tanta pœna, nec à priuato quolibet exigi debet. Sed ego cum Dicaſtillo *de iuſt. lib. 2. tr. 28. diſp. 5. dub. 11. num. 7.* & aliis, probabiliter illum excuſo: quia in tali caſu abeſt fraus, & colluſor ſuæ temeritati imputare debet, quòd perdit. *T. 9. Reſ. 63.*

8 Requiritur etiam ad hunc, ſicut ad alios contractus oneroſos, æqualitas, vt nimirum vterque ſpondens tantumdem perdere & lucrari poſſit. habita tamen ratione certitudinis vel periculi, vt diximus *in Summa V. Reſtituere, num. 46.* An verò quis ſpondere poſſit æquale cum ſingulis, concurrentibus v.g. ad cathedram, quod non aſſequentur, cum certus ſit, ſe perdere ſolum poſſe cum vno, & lucrari cum reliquis, *loco citato* diximus. Nouiſſimè verò ſententiam affirmatiuam docet Trullench *in decal. tom. 2. lib. 7. cap. 27. dub. 6. num. 1.* negatiuam Eminentiſſimus Lugo *ſect. 6. citat. num. 86. & 87. T. 9. Reſ. 64.* Certè, ſi alter ex ſpondentibus abſque fraude alterius, vult ſpondere maiorem ſummam ſcienter; alterum acceptare poſſe, docet Machadus; quia volenti & conſentienti nulla fit iniuria. *tom. 1. lib. 3. p. 5. tr. 7. docum. 3. num. 2. T. 9. Reſ. 65.*

Requiritur etiam æqualitas in re, quæ ſpondetur, iuxta proportionem periculi.

9 Ex dictis ſequitur, licitam eſſe ſponſionem, ſi quis naſcente filia det mercatori v.g. 100. cum pacto, vt ſi filia ad 13. annū pertingat, reddat 200. pro eius dote, ſecus lucretur illa 100. Non ratione mutui cum ſolutione fructuum, quia hoc titulo nimis grauaretur pater, exponendo ſe periculo amittendi ſortem, ſi filia moreretur v.g. anno 12. Nec tanti valet aſſecuratio ſortis & fructuum in caſu vitæ, ſed ratione ſponſionis & ludi ſuper futuro euentu incerto. Philiarcus *de off. Sacerd. tom. 2. part. 2. T. 9. Reſ. 71.*

Quid de certis ſponſionibus ſuper vita alicuius puellæ?

10 Idem dic, ſi quis accipiat 100. redditurus 200. ſi poſt biennium in patriam redeat, vxorem ducat, Presbyter fiat &c. Hæc enim ſimiliter ſponſio quædam eſt ſuper futuro & incerto euentu (nam ponimus hæc omnia eſſe in poteſtate eius, qui pecuniam accipit) & vterque ſe exponit periculo & lucro. Azorius *tom. 3. lib. 11. cap. 21. dub. 1. T. 9. Reſ. 72.*

Vel hominis?

11 Idem denique dic, ſi Titius accipiat 100. redditurus 105. ad annum, ſi ſuperuiuat, aut vt heredes ſoluant 110. ſi moriatur: vel è contra, ipſe det 100. accepturus 105. ſi ſuperuiuat, aut eius heredes 110. ſi moriatur. hæc enim eſt ſimiliter ſponſio cum periculo vtriuſque. & licèt ſit inæquale lucrum, eſt tamen inæquale etiam periculum; quia Titius ſanus & vegetus potius præſumitur hoc anno victurus, quàm moriturus. Azorius *dub. 2. T. 9. Reſ. 73.*

Vel ſuper monachatu aut matrimonio ſpondentis?

STATVTVM LAICALE.

STATVTVM laicale inualidũ eſt.
Si ſtatuat circa ſubſtantiam matrimonij.

STATVTVM laicale diſponens ſuper perſonis, rebus, vel cauſis ſpiritualibus & eccleſiaſticis, inualidum eſt, & contra immunitatem eccleſiaſticam. Et primò quoad cauſas, inualidum eſſet ſtatutum ſuper ſubſtantia matrimonij q vel ad eam directè pertinens vel indirectè, ac proinde inualidum eſſet ſtatutum Principis Chriſtiani, ſtatuens impedimentum aliquod matrimonij. Hæc enim poteſtas eſt penes Eccleſiam, Tridentinum *ſeſſ.* 24. *can.* 4. & ſolam, tum quia cauſa matrimonij quoad ea, quæ neceſſariò reſpiciunt rationem contractus, aut ex illa proximè ſequuntur, eccleſiaſtica eſt, *cap. tuam de ord. cognit.* tum etiam, quia ex quo matrimonium à Chriſto Domino eleuatum fuit ad Sacramentum, euaſit res ſacra, & Concilium Tridentinum *ſeſſ. cit. can. vlt.* damnat dicentes, cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudicem eccleſiaſticum. Vbi non voluit tantùm definire, quòd ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat, quatenus eſt res ſacra: nam etiam hæretici confitebantur, matrimonij cauſas, quatenus eſt res ſacra, coram eccleſiaſtico iudice ventilari debere, vt videre eſt in Harpprechto *in 3 inſtit. Iuſtin. tom. 1. tit. de patr. poteſt.* §. 230. *num.* 28. Mindano *de proceſſ lib* 1. *cap.* 10. *num* 2. & 3. Fichetaud *de iure patr. cap.* 4. *num.* 16. & alijs huius farinæ hominibus. Et alioqui futilis eſſet prohibitio, quòd Principes non ſe in cauſis matrimonialibus ingererent; nam ſemper dicerent, ſe cognoſcere illas, non quatenus matrimonium eſt res ſacra, ſed quatenus eſt contractus ciuilis, & ſic per vnam viam concederetur, quod per alteram denegatur, vt diximus V. *Index laicus*, *num.* 5. *Tal. Reſ.* 4. Atque adeo de iure diuino matrimonium exemptum fuit à poteſtate laicali. Et confirmatur, quia licèt Chriſtus noluiſſet ferre iudicium inter duos fratres litigantes de hæreditate, *Lucæ* 12. tamen *Matth.* 15. & *Marci* 10. interrogatus de cauſa diuortij & repudij, non illam remiſit ad iudices laicos, ſed ſoluit ex tempore, nouaque lege condita repudium abrogauit, & D. Paulus *1. ad Corinth.* 7. *Hiis* (inquit) *qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, non ego, ſed Dominus.* Et dato, quòd Principes laici ex genere & natura ſuæ poteſtatis potuiſſent impedimenta ſtatuere matrimonij, vt aliqui docent; huius tamen poteſtatis vſus ſecundùm iſtos fuit illis à Summis Pōtificibus interdictus, vt patet

ex

ex Eccleſiæ praxi, & cap. *tuam, cit.* item ex cap. *accedentibus, de excess. prælat.* & cap. *Euphem. 7. quæst. 3.* & præſertim ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 1.* vbi aſſeritur, matrimonia clandeſtina prius quam per Eccleſiam prohiberentur, irrita non fuiſſe. Et merito, quia cum hodie matrimonij contractus excedat naturæ limites, & ad eſſe ſupernaturale Sacramenti eleuatus ſit, dedecet, vt tanti Sacramenti diſpoſitio ad Principes ſæculares pertineat. Siue ergo ex natura ſua, ſiue ex reſeruatione Eccleſiæ, non poſſunt Principes laici ſtatuere impedimenta matrimonium dirimentia. Et ità docet D. Thomas *in 4. d. 42. quæſt. 2. art. 2. ad 4.* D. Bonauentura *ibid. quæſt 2. ad 2.* Palud. *ibid. quæ. 1. ar. 2. concl. 7.* Dominicus Soto *ibid. quæſt. 2. art. 2. ad 2.* Syluester *v. matrimonium 8. quæſt. 8. dicto 1.* Couarruu. *in 4. decr. 2. cap. 6. §. 10. num. 16.* Valentia *tom. 4. diſp. 10. quæſt. 5. pun. 1.* Gamacheus *tom. 3. de ſacr. matr. cap. 15.* & DD. communiter, contra Petrum de Soto. Cuius auctoritas non ſufficit ad faciendam probabilem ſententiam contrariam, nam auctoritas vnius, etiam docti & pij, non reddit probabilem opinionem, in caſu à multis ventilato, & pluribus rationibus in contrarium exiſtentibus, vt docet Portell. *v. opinio eligenda, num. 2.* vel, quando eius rationes à recentioribus ſunt manifeſtè ſolutæ, quod de rationibus Soti inter alios fecit Pontius *de matr. lib. 6. cap. 2. num. 6.* & præſertim in cauſa matrimoniali, in qua multi DD. quos ſequitur Villalobos *tom. 1. tr. 1. diff. 7. num. 3.* dicunt, opinionem ſuſtinentem valorem matrimonij, etiam ſi ſit ſingularis, præferri debere cõmuni. Nec faciunt leges Imperatorum Arcadij, Honorij, Theodoſij, & aliorum, irritantes matrimonia contra eorum leges. Nam omnes ſunt inualidæ, & reuocatæ per ſacros canones, cap. *tum ſecundum Apoſtolum, de ſecund. nupt.* & cap. *quædam lex 35. quæſt. 2. Tr. 1. Reſ. 23. 25. & 27.*

21 Ex quibus infertur, matrimonium inter filiosfamilias inuitis parentibus contractum, non obſtantibus Principum legibus, validum eſſe. Quod probatur in ſpecie ex 27. *cauſa 2. can. ſufficiat,* vbi Nicolaus Pontifex *ad conſulta Bulgarorum: ſufficiat, inquit, ſecundum leges ſolus eorum conſenſus, de quorum coniunctionibus agitur.* & Lucius III. *in tit. de rapt. cap. cum cauſa 6. Raptorem dici non poſſe, qui habuit mulieris aſſenſum, & poſtea prius eam diſponſauit, quàm cognouit, licet parentes reclamarent.* Probatur præterea ratione, quia in naturalibus homo homini ſubiectus non eſt, vt docet D. Thomas *2. 2. quæſt. 104. art. 5. in corpo.* matrimo-

Nimirum, vt matrimonium filiusfamilias ſine cõſenſu patris ſit irritum?

Digitized by Google

trimonium autem eſt de his, quæ pertinent ad naturam, qui à per ipſum filius futurus eſt pater. Confirmatur, quia puber poteſtie, reclamante patre, mancipare Deo in religione; quæ magis ſubducit à patris poteſtate & obſequio, quam matrimonium: ergò & matrimonium potiori iure inire. Ità Baunius *par. 1. tr. 12. quæſt. vlt. aſſert. 3.* vbi leges Galliarum contra tale matrimonium interpretatur illud non ratum habere quoad impunitatem filiorum, abſque parentum conſenſu contrahentium; quatenus valde expedit bono communi, eſtque valde honeſtum & laudabile, vt filij contrahant de conſenſu parentum. & idem dic de legibus Imperatorum idem ſtatuentium; quas laudat D. Baſilius, & alij patres: nec non de aliquibus ſacris canonibus, vt cap. *honorantur*, cap. *fin. 32. quæſt. 2.* cap. *noſtrates*, cap. *aliter 30. quæſt. 5.* Hi enim canones prohibent matrimonia ſine conſenſu parentum, ſeu poſtulant conſenſum parentum, præſertim in filiabus; non tamen irritant aliter contractum. Vide Boſſium *de contr. matr. cap. 11. §. 6. à num. 65.* & Præpoſitum *in 3. part. quæſt. 3. dub. 3. num. 32. Tr. 1. Reſ. 26.*

Vel plectatur exheredatione.

3 Petes hic: An valeat ſtatutum Principis, ne filia, vel filius contrahat ſine parentis conſenſu ſub pœna exheredationis? Reſpondet aliqui affirmatiuè, tractantes de ſimili lege Hiſpaniæ, vt Sotus, Molina, Salonius, Rebellius, & alij, quos citat & ſequitur Pontius *lib. 2. cap. 1. §. 3.* & loquentes de legibus Galliæ, Baunius *vbi ſup.* & Acacius *de priu. parentum priu. 6. cap. 1. à num. 5.* Sed ego ſentio cum Sanchez & alijs, quorum opinionem communé eſſe, teſtatur ipſe Molina *de iuſt. tom. 1. tr. 2. diſp. 176.* prædictas nimirum leges, ſtante iure communi, eſſe correctas, vel corrigendas, quia matrimonia debent eſſe libera, cap. *gemmæ, de ſponſal.* vnde de iure canonico ad nuptias filij non requiritur conſenſus patris, cap. *vlt. 32. quæſt. 2. cap. 13.* Quare in caſu contingenti, vt aduertit Ciarlin. *tom. 1. cap. 104. à num. 32.* iudex Eccleſiaſticus debet ſe intromittere, ne pœna præfata à partibus exigatur; & iudici laico inhibere, ne id permittat. Et ità ſentiunt Abbas *in c. 1. num. 9.* & Felinus *num. 13. de ſponſ. Reſ. 26. tit. 5. Sed hic curſim à*

Vel quod ſit irritum matrimonium cum rapta.

4 Sequitur quoque ex dictis, matrimonium inter raptorem & raptam, ſi adſit verus conſenſus, validum eſſe, & ſemper fuiſſe, non obſtante contraria lege Iuſtiniani, l. *vni. C. de rapt. virg.* quæ abrogata fuit per cap. *fin. 20. de rapt.* quemadmodum l. 16. 17. 53. & 47. *ff. de ritu nupt.* & l. 67. *ff. de iure dot.* l. 7. *de agnoſc. libert.* quibus vetabatur matrimonium inter pupillam, & tutorem, ſeu

cura-

curatorem, & eorum liberos, & inter liberum & ancillam, ob-rogatæ fuerunt iure canonico, quod etiam ſeruorum coniugia rata eſſe declarauit, cap. 2. *de coniug. ſeru.* In tantum enim anti-quitus matrimonium inter raptorem, & ratam inualidum cen-ſebatur, in quantum præſumebatur deeſſe conſenſus, de iure na-turæ requiſitus ad contractum. Nam ſi puella conſentiebat, e-tiam in poteſtate raptoris, matrimonium tenebat, can. *Apoſto-lorum, can.66.* ex Concil. Aurelianen. 1. *can.* 4. Melden. cap. 64. *&* 65. Nicol. I. *epiſt.* 30. & Innocent. III. *cap. fin. de raptoribus.* Poſt quæ Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. decernit, irri-tum eſſe matrimonium, quamdiu rapta in poteſtate raptoris fu-erit; ſecus tamen, ſi ab eo ſeparata, & in loco tuto ac libero con-ſtituta, ei nubere voluerit. Et eadem eſt ratio de ſtatuto irritante matrimonium inter Principes ſanguinis regij ſine conſenſu Re-gis, vt benè probat Zipæus *lib.* 3. *tit. de ſponſ. & matrim. conſil.* 11. Nam ſi matrimonium ſerui, & filijfamilias non dependet in ſui validitate à conſenſu dominorum & parentum, vt de ſeruis ſta-tutum eſt cap. 2. *cit. de coniug. ſeru.* de filijs in Triden. *ſeſſ.* 24. *c.* 1. quo pacto dependebit matrimonium Principis regij ſanguinis à voluntate Regis, cui minus ſubijcitur, quàm ſeruus domino, & filius patri? Sed maximè quoad hoc & ſuperius dicta notanda ſunt verba Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. vbi ſic habet: *Cum maximè nefarium ſit, matrimonij libertatem violare, præcipit S. Synodus om-nibus, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, ſub anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indire-ctè, ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios, cogant, quominus liberè ma-trimonium contrahant.* De conſuetudine autem Galliæ circa ma-trimonia conſanguineorum Regis, Epiſcopi Regni conſulti, re-ſponderunt, eſſe approbatam ab Eccleſia, apud Salernum *in diſ-ſcept. de hac mat.* §. 1. *Tr.* 1. *Reſ.* 27.

Vel cum perſona regij ſanguinis ſine conſenſu Re-gis.

5 Secundò, ratione ſpiritualitatis materiæ irritum eſſet ſta-tutum Principis laici inducens nouam ſolemnitatem in teſta-mentis ad pias cauſas. Tuſchus *tom.* 8. *concl.* 116. & Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18 *dub.* 4. *num.* 2. & ſtatuta diſponentia ſu-per teſtamentis, non comprehendunt teſtamenta ad pias cauſas, in quibus ceſſat omnis ſolemnitas iuris poſitiui, & ſufficiunt ſo-lemnitates iuris gentium, vt docet Maulius *de vlt. volunt. libr.* 1. *tit.* 12. & quandocunque valet teſtamentum militis, valet etiam ad pias cauſas. Tuſchus *l. c. Tr.* 6. *Reſ.* 28.

Vel ſi inducat ſo-lemnitates in te-ſtamentis ad pias cauſas.

6 Circa autem perſonas & bona Eccleſiaſtica, generaliter nul-

Digitized by Google

Vel feratur ad eccleſiaſticos.

lum eſſet ſtatutum Principis de illis diſponens, priuſquam à ſummo Pontifice confirmaretur; etiam ſi tenderet ad fauorem, & commodum Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum; ex defectu nimirum poteſtatis in ſtatuente, *cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. in 6.* & DD. communiter apud Bero. *conſ.* 31. Imò etiam ſi accederet cauſa licita & honeſta, & Eccleſiæ priuilegia non læderentur, adhuc non ligaret clericos, vel Eccleſiã; quia cauſa iuſta non dat auctoritatem. Zabarell. *ſub nu. 7. de conſt.* Menoch. *conſ. 291. n. 25. volum. 3.* & alij. Quare ſtatuta Iuſtiniani in hac materia proceſſerunt de facto, & nullius ſunt roboris, vt docet Gueuara *in propugn. libert. Eccleſ. uſſer. 1. §. 7. num. 24.* & alij: vel certè de licentia & auctoritate Summi Pontificis emanarunt, vt obſeruat Stephanus Valentinus *de pot. coact. Roman. Pontif. cap. 11. in fine.* Vide Baronium *tom. 7. anno* 528. quod Duuallius *de poteſt. Pontif. par. 3. quæſt. 2.* docet etiam de legibus Capitularij Caroli Magni: & notauit Baronius *tom. 9. ad annum* 806. *Tr. 1. Reſ.* 17.

Nam Eccleſiaſtici non tenentur legibus Principum.

7 Illis autem legibus, quæ à Principibus laicis pro bono communitatis regimine promulgantur, clerici quoad vim coactiuã non obligantur, ideſt vt contrauenientes, pœnis talium legum puniri poſſint; quia forum ſortiri, & ſtatutis fori ligari à pari procedunt; vt ait Decius *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. num. 18.* Clerici autem non ſunt de foro Principum ſæcularium, ſed Eccleſiæ; cap. 2. *de foro comp.* cap. *cum non ab homine, de iud.* cap. *Clericum,* & cap. *nullus* 11. *quæſt.* 1. ergò nec eorum legibus ligantur. Imò Nauarrus *lib. 1. conſ. de conſt. conſ. 3. num. 4.* & alij, nec quoad directionem obligari docent. & nonnulli aſſerunt, Principem non eſſe caput politicum reſpectu clericorum, niſi analogicè vel æquiuocè, vt oculus mortuus, de quo ait Ariſtoteles *4. meteor. cap.* [illegible] non eſſe propriè oculum, ſed æquiuocè; quia non habet eandem iuriſdictionem, quam ergà eos habebat ante clericatum, vnde nec partes ciuiles reipublicæ ſunt, nec ciues. Nonnulli verò putant, nullum eſſe abſurdum, quòd in communitate ſint aliquæ perſonæ priuilegiatæ, quæ propter ſingularia merita, & virtutes exemptæ ſint à lege communi; imò valde conforme eſſe rationi, vt meritis præmia ſua non deſint: alioqui per Principem neminem ab aliqua lege eximi poſſe. Vnde nec abſurdum eſſe, quòd in republica Eccleſiaſtici ſint priuilegiati, & exempti à communibus legibus. Ex quibus Caſpenſis *tom. 1. tr. 13. diſp. 4. ſect. 2. num.* 15. tenet, clericos non teneri ſub mortali ad obſeruantiam legum ciuilium, quæ Eccleſiaſticæ libertati non præiudicant.

Saltem coactiuè.

Quod

Quod etiam docere videtur Suarez *de leg. lib. 3. cap. 34. num. 11.* quem malè Gonzalez citauit pro ſua ſententia. Sed ego ſentio cum communi, clericos teneri legibus Principum indirectè, & quoad vim directiuam; vt tenentur ipſi Principes, vt conformentur ſuo toti, nempe communitati, vel quia dictæ leges, cum Eccleſiaſticæ libertati non aduerſantur, approbantur etiam à Prælatis Eccleſiaſticis, quibus ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt ſubiectæ, vt docet Decius *in cap. Eccleſia S. Mariæ*, & Suarez *vbi ſup. n. 13.* Non acceptari verò prædictas leges ab Eccleſia quoad vim coactiuam, patet ex praxi, & legibus eximentibus clericos de poteſtate laicali, quod quidem conuenientiſſimum eſt; vt dignitas Eccleſiaſtici ſtatus meliùs conſeruetur; & Eccleſiaſticæ perſonę meliùs à ſuis ſuperioribus, quàm ab alijs, iudicentur. *T. 10. R. 2. 8.* Multò autem minus legem ferre poſſunt Principes, nè Prælati Regnorum ſuorum, annatas Summo Pontifici ſoluant ſine ipſorum conſenſu, ſi de ipſius Summi Pontificis priuilegio id nõ faciant. Tum, quia aliqui dicunt, annatas Summo Pontifici deberi iure diuino, aut ſaltem trahere originem ex illo, vt ubſequat Azorius *tom. 2. lib. 7. cap. 12. quæſt. 1.* Tum, quia ſi non debentur de iure diuino, debentur tamen ad ipſius, & curiæ ſuſtentationem, ad quam vtique Prælatos, qui ſunt ſpirituales eius filij, cogere poteſt, ſicut poteſt pater carnalis; *l. qui filios, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* etiam ipſos vendendo, vt dictum eſt *V. Pater, num. 2.* Præſertim cum decimas laicis concedere poſſit, cap. *ex nobis de decim.* cap. *Adrianus diſt. 63.* cap. *in Synodo XVI. quæſt. 1.* nec non ſtatuto, conſuetudine, & priuilegio induci poſſit, vt primi vel etiam ſecundi, & tertij anni fructus fabricæ, Epiſcopo, vel ad alium quempiam vſum deputentur, idque auctoritate Pontificis; cap. *ſi propter tua debita, de reſcript. lib. 6.* & *extrauag. Ioann. XXII. Suſcepti*; ante quem annatarum mentionem fecerunt Hoſtienſis, & Io. Andreas, & recepit Concil. Viennenſe, apud Campegium *opuſ. de annat. inſtit. & earum defenſ.* Neque dicas, filios non debere theſaurizare patribus, ſed è contra, *II. Corinth. cap. 12.* & Summum Pontificem habere ſuam diœceſim, & temporale dominium, vnde ſuam ſuſtẽtationem recipere poteſt. Nam reſpondemus, filios non debere theſaurizare, debere tamẽ ſubuenire parentibus. Summum Pontificem non habere propriam diœceſim, niſi in quantum habet diœceſim nemini alteri ſubiectam; cùm tamen ſit vniuerſalis Epiſcopus, totum orbem eſſe ſuam diœceſim, cap. *per principalem*, & cap. *cuncta per mundum*.

Præſertim verò ſi prohiberet, nè beneficiarij Regni ſoluerent annatã Summo Pontifici.

dim, 9. quæſt. 3. Subditos autem temporales Summi Pontificis, præter annatas cum alijs communes, ſoluere etiam vectigalia & Regalias, quas alijs Principibus ſubditi ſoluunt. Quod vero poteſtas exigendi dictas annatas ſit in Summo Pontifice, confirmatur præter prædicta; quia Papa eſt ſupremus adminiſtrator omnium bonorum Eccleſiaſticorum, poteſque ab illis tollere, & alijs donare ex iuſta cauſa, vt docent communiter Doctores cum Caietano *in 2. 2. quæſt.* 43. *num.* 105. *art.* 8. Quod ſi annatarum exactio videatur Principi Regno ſuo nimis oneroſa, recurrat ad Summum Pontificem pro moderatione. Rabardeus refert, ſanctum Ludouicum IX. Regem Galliæ annatas prohibuiſſe: ſed Bellarminus *in apol. contra Regem Angliæ cap. 6.* teſtatur, ſe has ordinationes non inueniſſe *in pragm. quæ habetur ad finem tomi 6. Bibliothecæ SS. Patrum, editæ Pariſijs ann* 1589. quare verba illa addita deinde fuiſſe in odium Eccleſiæ Romanæ. Imo de dicto Sancto, Paulum Æmilium, & Surium aſſerere, quòd Romanæ Eccleſiæ, & Summo Pontifici addictiſſimus, & deuotiſſimus fuerit, idque heredi ſuo moriens in monitum dederit. Vide latiùs de hac materia Filliucium *tom. 3. tr.* 41. *cap.* 6. *num.* 54. *T.* 1. *Reſ.* 22.

9 Denique aduerte hic contra Rippol *cap.* 11. *num.* 24. non ſolùm eſſe contra libertatem Eccleſiæ ſtatutum auferens ab Eccleſia ius acquiſitum; ſed etiam impediens, ne noua acquirat. Vide in *Summa V. Statutum laicale, num.* 7. *Trac.* 10. *Reſol.* 3. *§. Tertio.*

Vel etiam ſi impediat, nè Eccleſia acquirat aliquod ius.

STATVTVM PAPALE.

1 STATVTVM Papale, ſicut & laicale, nō obligat, niſi ſufficienter promulgatum ſit. Sufficienter autem promulgatum intelligitur, per promulgationem Romanā, niſi Pontifex aliam in ſingulis diœceſibus requirat. Probatur, nam ex natura rei non alia requiritur: ex intentione autem Summi Pontificis talis neceſſitas non colligitur, ſi non exprimatur. neque enim Papa tenetur ſeruare in ſuis legibus modum promulgationis iuris ciuilis, iuxtà *Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones*, neque eam *Auth.* acceptauit, vt conſtat ex praxi. nam multa decreta Iuris canonici Decreti, Decretalium, Sexti, Clementinarum, Extrauagantium, Concilij Tridentini, Bullę Cœnæ, ſolùm Romæ promulgari contigit, & tamen obligant in toto orbe. Confirmatur, tum quia aliquando Pontifices ſolent requirere vt publicentur

STATVTVM Papale ex natura ſua ſufficiēter promulgatum cenſetur per publicationem Romanam.

in

in ſingulis diœceſibus, multoties præfigere tempus, à quo obligare incipiant poſt promulgationem Romanam. Ergò ſupponũt hanc ad inducendam obligationem ſufficere, & ſolam requiri. Ita Suarez *lib. 4. cap. 15. num. 3.* & DD. communiter. *Trac. 1. Reſ. 28. §. 1.*

2 Promulgatum autem ſtatutum papale, obligat independẽter à conſenſu populi. Nam ex vna parte conſenſus populi non requiritur ab intrinſeco ad valorem legis papalis: Papa enim obligare poteſt populum etiam renuentem; & contrarium eſt contra fidem, vtpote contra Euangelium, in quo Chriſtus ait Petro: *Quodcunque ligaueris*, &c. &: *Paſce oues meas*, abſque vlla conditione *ſi voluerint*, &c. & diſparitas de Principe laico eſt manifeſta; nam hic habet auctoritatem ſuam à populo, qui cenſetur illam cum tali conditione conceſſiſſe; Papa verò immediatè habet à ſolo Deo. Suarez *cap. 16. num. 2.* Villalobos *tom. 1. tr. 2. diff. 16. num 1.* & alij. Ex alia verò parte, nec præſumitur obligare velle ſub conditione, ſi ſubditi obligari voluerint: nam eos obligare intendit ex vi ſubiectionis, apponendo legibus pœnas in tranſgreſſores, quos proinde ſignificat ſe velle cogere. Nec obſtat Gratianus *cap. in iſtis d. 4.* cùm dicit: *Leges inſtituuntur, cùm promulgantur; firmantur, cùm moribus vtentium approbantur*. Imò id ipſum confirmat: nam ſi conſtituuntur cũ promulgantur; ergò promulgatæ ſtatim obligant: quod verò ait firmari moribus vtentium, non ſignificat obligare incipere, ſed firmiùs radicari. Et ideo leges Pontificis de facto independenter ab acceptione populi vim habere, docet communior DD. opinio, quam firmat Rota *in magiſtrali deciſ. Maioricen. indult. die 11. April. 1639. coram Merlino, & in Meſſanen. Decanatus die 27. Maij 1641. coram Dunozet.* & contrariam probabilitatę deſtitui, docet Amicus *tom. 5. diſp. 1. ſec. 5. num. 75. Tr. 1. Reſ. 28. §. 2. 3. & 5.*

Et obligat independenter à conſenſu populi.

3 Et dato, quòd eſſet probabile, leges pontificias de facto obligare dependenter ab acceptatione populi, id tamen non procedit, quando Pontifex in ipſis legibus, vel facto ipſo declarat, ſe obligare velle Chriſtianos etiam renuentes: nam tunc nec poteſtas deeſt, nec voluntas. Quare in tali caſu non valeret allegare non vſum, vel contrariam obſeruantiam. Præpoſitus *in part. 2. queſt. 95. diſp. 1. dub. 9. num. 29.* Palaus *tom. 1. tr. 3. diſp. 1. pun. 12. num. 1.* & alij. *Reſ. 28. cit. §. 4.* Et ità eſt de conſtitutionibus pertinentibus ad libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam: nam in Bulla Cœnæ excluduntur prætenſiones, & prætextus: Bona-

Præſertim, quando Pontifex declarat ſe ità velle obligare.

Vt facit circa cõſtitutiones pro immunitate Eccleſiaſtica.

cina

Digitized by Google

cina *tom.3. diſp.1. quæſt.15. pun.4. §.1. num.2.* Item ponitur decretum, & clauſula irritans, per quam eneruatur omnis non vſus, vel contrarius vſus, vt decidit Rota *in cit. deciſ. Merlini, & in alia Treuerén. Abbatiæ S. Maximini die 20. Nouembri 1624. coram L. Coccino*, & patet ex cap. *quod ſuper his, de conſangu. & affin.* & cap. *ſuper eo, de cogn. ſpirit.* Item tam in Bulla Cœnæ, quàm in omnibus Conſtitutionibus pro libertate Eccleſiaſtica, damnantur omnes conſuetudines illi contrariæ tamquam corruptelæ, & preuaricationes, vt dictum eſt V. *Conſuetudo*. Et denique Summi Pôtifices ſemper reclamarunt contra infringentes, & violantes immunitatem Eccleſiaſticam; & vltimus omnium Vrbanus VIII. in Bulla *Romanus Pontifex ſub die 15. Iunij 1641. & publicatâ ſub die 14. Auguſti eiuſdem anni*, damnauit, & improbauit omnia præiudicia iam facta, & facienda contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſub prætextu, quòd Bullæ, ſeu conſtitutiones pontificiæ non fuerint publicatæ, vel vſu receptæ, aut contrario vſu, etiam decennali, & quantumlibet longiſſimo, vt prætenditur, abrogatæ. *Reſ.28. cit. §. 4. & 6.*

STERILITAS.

STERILITAS ex nulla cauſa procurari poteſt.

1 STERILITATEM alicuius fœminæ procurare, eſt intrinſecè malum; quia eſt contra bonum prolis naſcituræ, & contra ordinem naturæ: & parum diſtat à ſeminis effuſione extra vas. Vnde non poteſt reddi licitum ex quocumque fine, & peccaret proculdubio mulier, quæ periculum aliàs paſſa in partu, procuraret ſterilitatem: Caietanus 2.2. quæſt.54. *art.1. circa ſolut. ad 4. §. ad ſingula*, & alij, quos citat, & ſequitur Mazuchellus *tr. de caſ. reſeru. diſput.2. cap.3. diff.4. num.24. Tr.5. Reſ.23.* Vide in *Summa V. Abortus, num.4.* An verò talis mulier incurreret pœnas Sixti V. contra procurantes abortum, vide ſup. V. *Abortus, num.10.*

SVFFRAGIVM.

SVFFRAGIVM negare nouitio ſine cauſa peccatū eſt.

1 EXISTIMAT Caramuel *in reg. D. Benedicti diſp. 40. concl.20. num.472.* non eſſe peccatum, nec contra iuſtitiam, nec contra caritatem, negare ſuffragium nouitio digno, eumque ad profeſſionem non admittere. Nam ſi ipſe Religionem deſerere, poteſt abſque cauſa; ob id ſolùm, quòd non

ei

ei placet, ſi hoc ipſo titulo dimittatur, nulla fit ei iniuria; vtrique enim annus probationis, æquo iure conceditur ad deliberandũ; vnde ſicut Religio, conferendo habitum, ſe expoſuit periculo, vt ſine cauſa dimitteretur, eidem periculo ſe expoſuiſſe debet nouitius. aliàs eſſet melioris conditionis, quàm Religio. Quod enim lædatur fama nouitij ſi dimittatur, non facit diſparitatem; nam Religio deſerta à nouitio, non acquirit. Hoc autem indirectè ſequitur: & ideo non eſt attendendum. Alioqui nec cum cauſa dimitti poſſet; quia magis diffamatur. Caritas autem nec læditur, quia ſunt aliæ Religiones, in quibus æquè ſanctus euadere poteſt. ob quod non peccaſſet contra caritatem Religio illum non admittendo. Sed contraria ſententia tenenda eſt cum Eminentiſſimo Lugo *de iuſt. tom. 1. diſp. 9. ſec. 3. in appendice num. 54.* Nam æqualitas huius quaſi contractus non ſaluatur, niſi quam nouitius Religioni inurere notam non poteſt, eam nec nouitio inurere poſſit Religio ſine cauſa. neque enim vlla infamia reſultat Religioni, quòd nouitius non perſeueret, cum hoc eius inconſtantiæ tribuatur: aliunde verò illa maior libertas in nouitio, exeundi abſque cauſa, compenſatur per hoc, quòd ipſe anticipata quaſi ſolutione plus contulit ex parte ſua, Religionem ingrediendo, cum periculo ſubeundi magnam notam, ſi accedẽte iuſta cauſa dimitteretur. quod periculum non ſubit Religio, quæ ſiue nouitium bonum retineat, ſiue malum dimittat, nullum patitur damnum. Et ità etiam tenet Sanctorus *in Lomb. min. cap. 2. ſtat. 20. quæſt. 4. Tr. 11. Reſ. 26.*

TESTAMENTVM
Ad pias cauſas.

1 † QVID ſit teſtamentum, & quas requirat ſolemnitates, diximus ſub hoc nomine in *Summa*. Hic ſermo erit de teſtamentis priuilegiatis. quæ talia ſunt, vel ratione cauſæ, vt teſtamenta ad pias cauſas, & inter liberos: vel ratione perſonæ teſtantis, quale eſt teſtamentum militum, Doctorum, peſte infectorum &c. De his igitur hic ſeorſim agendum, & primo de teſtamentis ad pias cauſas, ſecundò de teſtamentis militum, tertiò de teſtamentis infectorum, qualiter celebrari poſſint. Sed à quibus, poſtea V. *Teſtari* †. TESTAMENTVM ad pias cauſas.

2 In primis igitur pia cauſa dicitur ſecundùm DD. quicquid

 reſpi-

Dicitur, quando reſpicit Deum vt auctorem ſupernaturalem.

reſpicit diuinum cultum, alimentum pauperum, ſuffragia defunctorum, bonum animæ propriæ, vel alienæ; & denique quicquid habet pro obiecto Deum, vt auctorem ſupernaturalem gratiæ, & gloriæ, ac etiam remiſſionis peccatorū propriorū vel alienorum. Machad. *to. 1. lib. 3. p. 6. tr. 1. doc. 5. n. 2. T. 6. R. 29. n. 3.* Quare relictum ad pias cauſas dicitur primò, quicquid relinquitur Eccleſiæ, aut monaſterio. Speculator *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliquam, v. & ſcias quod inter relicta.* Etiam ſi

Vt ſi relinquatur Eccleſiæ, vel monaſterio,

relinquatur religioſo particulari; intuitu tamen pietatis, non conſanguinitatis vel amicitiæ. Bald. *in l. 1. v. circa perſonam, C. de S. S. Eccleſ.* (Intuitu pietatis relictum præſumi debet in dubio: quia legatum dubium, an factum ſit intuitu perſonæ, vel animæ, cenſeri debet factum intuitu animæ. Sanchez *in ſum. tom. 1. lib. 4. cap. 21. num. 35.* Præſertim quando perſona, cui relinquitur, eſt religioſus, vel monialis, qui non poſſunt habere proprium: nam relictum his, Eccleſiæ & monaſterio relictum dicitur. Maſcard. *de prob. vol. 2. concl. 965. nu. 23. T. 12. Reſ. 11.*)

Hoſpitali,

Secundò, quicquid relinquitur hoſpitali: ſiue qualicumque, vt Bald. *conſ. 5. lib. 3* vbi omne hoſpitale dicit eſſe locum pium; ſiue ſaltem erecto de licentia Epiſcopi, vel ab eo poſtea approbato, vt Paulus Caſtrenſ. *in l. ophanotrophos in princ. C. de S. S. Eccleſ.*

Fraternitati,

Tertiò, quicquid relinquitur fraternitati. Panorm. *conſ. 31. verſ. quod dotes, C. de S. S. Eccleſ.* Quartò, quicquid relinquitur pau-

Pauperibus,

peribus. Bald. *ibid.* etiam conſanguineis vel amicis, ſi ſint pauperes, etiam ſi pietas non exprimatur. (Bald. *in auth. ex teſtam. C. de coll.* docet, quod ſi non exprimitur pietas, relictum his cenſetur ex naturali affectu magis, quàm ex pietate. Tiraquellus *in præf. tract. de priuil. cauſæ piæ, verſ. ſed hoc omnino,* potius ex pietate, ſi legatum aliàs non valeret.) Si verò parentes, vel amici diuites ſint, etiam ſi exprimatur pietas, non cenſetur legatum pium. Bald. & Caſtrenſ. *in l. illud ſup. cit.* Quintò reli-

Viduis, Orphanis, & Miſerabilibus,

ctum ad pias cauſas, dicitur, quicquid relinquitur viduis, & pupillis, orphanis, & pauperibus, & alijs perſonis miſerabilibus. Speculat. *vbi ſup.* Sextò, quicquid relinquitur pro anima. *§. ſi vnum de prædictis, verſ. occaſionem autem, in auth. vt cum de appell. cog.* Septimo, quicquid relinquitur pro redemptione captiuorū.

Pro redemptione captiuorum,

l. ſi quis pro redemptione, C. de donat. quod Caſtrenſ. *vbi ſup.* intelligit, etiam ex delicto. *T. 6. Reſ. 29. §. Sed ego.* Octauò, reli-

Pro alimentis,

ctum cauſa alimentorum, *l. Mela, ff. de alim. & cibar.* Si quidem relinquatur pauperi, qui non poteſt viuere, ſaltem ſecundùm

condi-

Digitized by Google

conditionem ſuam, licet vtcumque viuere poſſit. Bart. *in l. 1. in 2. q. 2. q. princ. C. de SS. Eccleſ.* & Bald. *ibid. verſ. ſuper quint. quæſt.* vel ſi non poteſt filias decenter in matrimonium collocare. Surd. *in tr. de alim. tit. 8. priu. 2. num. 10.* Secus ſi relinquatur diuiti, expreſſo titulo alimentorum, vel pietatis. Alexand. *in l. diuū, ff. ad l. falcid.* quamuis Alciatus *in l. 1. in 3. limit. C. de fideicommi.* doceat, alimenta ſemper eſſe pia, quia etiam diues poteſt fieri pauper, & illis egere. Quid ſi alimenta relinquantur pauperi cognato, agnato, vel amico? Alexand. *vbi ſup.* cenſet eſſe prophana. Corduba *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, ff. de lib. agnoſc.* eſſe pia. Decius *conſ. 120. in propoſito, num. 4.* diſtinguit, ſi ſenſus pietatis exprimitur, cenſenda pia, ſecus, prophana. Nonò, cauſa pia eſt dos pro maritandis virginibus, quæ pari paſſu procedit cum alimentis, *l. cum is, §. ſi mulier,* ibi, *pietatis cauſa.* Anan. *conſ. 57. viſis, & conſideratis poſt princ.* vbi ait, id procedere etiam in dote relicta à patre. Sed dummodo relinquatur virginibus pauperibus, vt dictum de alimentis. Decimò, pium eſt relictum meretrici, vt vitam meliorem inſtituat. Bald. *in l. imperialis in princ. col. 1. C. de nupt.* Vndecimò, relictum pro conſtructione neceſſarij monumenti. Imola *in l. 1. §. vlt. ff. ad l. falcid.* Duodecimò, relictum ad publicam vtilitatem, l. 1. *§. vlt. C. de caduc. toll.* & *l. ad inſtructionem C. de SS. Eccleſ.* quale eſt relictum pro conſtructione, vel refectione pontium, & viarum, pro fortificatione patriæ, veluti pro cuſtodia ciuitatis, refectione murorum, foſſarum, &c. huius generis, cùm neceſſitas imminet. Specul. *vbi ſup.* Decimotertiò, relictum libertatis cenſetur pium, l. *in teſtam. ff. de fideicomm. libert.* etiam ſi non reliquatur pro anima, vel amore Dei, l. 1. *§. vlt. C. comm. ſeru. manum.* † Sed vide V. *Libertas, num. 5.* †. Denique Alex. *in add.* Bart. *in l. Stichus liber eſto, ff. de leg. 3.* legatum pro ſtudio cenſent eſſe pium. Bald. *in l. 1. ff. de leg. 2.* id ſolùm admittit, ſi relictum ſit pro ſtudio S. Theologiæ. *Tr. 6. Reſ. 30.*

Pro dote virginū.

Pro reducenda meretrice.

Pro bono publico.

Pro libertate.

Et ſtudio, ſaltem Theologiæ.

4 Quicquid igitur intuitu alicuius ex cauſis prædictis relinquitur, dicitur legatum ſeu relictum ad pias cauſas. Vt verò teſtamentum dici poſſit ad pias cauſas, requiritur, vt pia cauſa hæres inſtituatur, aut ſubſtituatur. Abſque hoc enim, etiam ſi plura relinquerentur legata pia, teſtamentum non erit, nec dici poterit ad pias cauſas. Fagundez *de iuſt. lib. 6. cap. 3. num. 18. & 19. Tr. 6. Reſ. 1.*

Dummodo cauſa prædicta inſtituatur, vel ſubſtituatur heres.

5 Et quidem teſtamentum ad pias cauſas, licèt de iure ciuili

TESTAMENTVM ad pias cauſas non requirit ſolemnitates iuris ciuilis.

omnes ſolemnitates aliorum teſtamentorum requirat, vt docet Boer. *deciſ.* 93. *num* 1. de iure tamen canonico (quod etiam in terris imperij obſeruatur, ſecundùm eundem *num.* 3.) non requirit. cap. *cum eſſet*, cap. *relatum, extrà de teſtam.* vbi ius ciuile quoad hoc reuocatur auctoritate Summi Pontificis, qui etiam in temporalia iuriſdictionem habet, quatenus in finem ſupernaturalem diriguntur. Tannerus *in defenſ. Eccleſ. libert. lib.* 2. *ca.* 8. & alij communiter (vnde & ſtatuta municipalia circa teſtamenta, non habent locum in teſtamentis pijs. Tuſch. *to.* 8. *concl.* 116. *num.* 57. *Tr.* 6. *Reſ.* 28.) Solæ igitur ſolemnitates iuris naturalis; diuini, & gentium in hoc teſtamento requiruntur. & ideo priuilegiatum dicitur. *Tr.* 6. *Reſ.* 2. Sed ſi teſtamentum non ſit ad pias cauſas, licèt habeat legata pia, requirit ſolemnitates iuris ciuilis, ait Barboſa *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 95. ità quòd ſi teſtamentum non valet, nec legata pia ſoluenda ſint. nam cum de hoc ſpecialis fauor non inueniatur, ſtari debet regulis ordinarijs, argum. l. *placuit* 8. *C. de iud.* regula autem eſt, quòd non valente principali, nec acceſſoria valere debent, l. 1. *ad fin. ff. de vulg.* iuncta reg. l. *cum principalis ff. de reg. iur.* & quando ex teſtamento hereditas adiri non poteſt, legata ſolui non debent, l. *ſi nemo* 142. *ff. eod.* Et certè, legatum libertatis, quod diximus eſſe pium, ex teſtamento nullo non debetur, l. *ſi iure* 11. *C. de teſtam. man.* l. 2. *C. ſi omiſſa cauſa teſtam.* Sed ego cum Cardinali de Lugo *de iuſt. tom* 2. *diſp.* 22. *ſec.* 9. *num.* 273. Sanchez *in opuſ. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 3. & alijs, conſulendum & iudicandum exiſtimo, legata pia ſoluenda eſſe, etiam ſi teſtamentum ex defectu ſolemnicatum non teneat; quia in cap. *relatum, extrà de teſtam ent.* legata pia valida declarantur ſine ſolemnitatibus prædictis; & violenter explicaretur de teſtamento principaliter facto ad pias cauſas. *Tr.* 6. *Reſ.* 32.

Et ſi teſtamentū prophanum caret ſolemnitatibus, valebit quoad legata pia.

6. Contra verò (ait Cardinalis *num.* 274.) legata prophana non valent ex teſtamento ad pias cauſas minus ſolemni: quia conceſſio in fauorem cauſæ piæ non debet extendi ad non piam. & acceſſorium tunc ſequitur fauorem principalis, quando ratio eſt communis vtrique. Certè in cap. *relatum* ſolùm dicitur ſeruari debere relicta ad cauſas pias: quare intentio Summi Pontificis fuit, ſolùm hæc eximere ab obligatione iuris ciuilis; non ſe ingerere in cauſis merè prophanis; quod fortaſſe non poterat. Optimèque ſaluari poteſt prædicta diſpoſitio; quia nullum abſurdum eſt, valere teſtamentum, & non legata, cum de iure ciuili

Et teſtamentum pium, etiam quoad legata prophana.

uili

Digitized by Google

uili conceſſum ſit, teſtamentum inter liberos valere abſque ſolemnitatibus, & tamen legata in tali teſtamento minus ſolemni ad extraneos non valeant, vt conſtat ex l. *hac conſultiſſima*, §. *ex imperfecto, C. de teſtam.* Ego verò, his non obſtantibus, contrariũ teneo cum Dicaſtillo *de iuſt. lib.* 2. *tr.* 3. *diſp.* 1. *dub.* 8. *num.* 150. & alijs. quia ad piam cauſam inſtitutam heredem pertinet, vt legata etiam firma ſint: nam quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur neceſſe eſt. non enim æquum eſt, vt valeat teſtamentum quoad emolumentum, & non valeat quoad onera. adde, quòd non aliam certitudinem habet hereditas, quàm eius minoratio propter legata; ergò, ſicut pia cauſa fidem facit hereditatis ad ſe pertinentis, fidem quoque minorationis propter legata facere debet. Et ità etiam tenet Gratianus *in diſcept. forenſ. tom.*4. *cap.*605. *à num.*23. vbi contrariam ſententiam aſſerit non eſſe tutam. *Tr.*6. *Reſ.*4.

In primis ergò ſufficiunt duo teſtes.

7 Cum itaque teſtamentum ad pias cauſas non exigat niſi ſolemnitates, aut potius requiſita iuris gentium, ſolùm exigit duos teſtes: Tiraquell. *de pijs cauſis priu.*8. Neque hos ad ſolemnitatẽ, ſed ad probationem. Cardinalis Lugo *de iuſt. tom.*1. *diſp.*22. *ſec.*9. *num.*266. Vnde & pro foro tantùm externo, non vt valeat in cõſcientia, ad quod ſufficit in teſtatore poteſtas, & libertas in diſponendo, & in herede capacitas. Vnde quomodocunque conſtet heredi, teſtatorem aliquid reliquiſſe ad pias cauſas, tenetur in conſcientia illud ſoluere. Fagundez *de iuſt. lib.*6. *cap.*3. *nu.* 21. Et ſufficere teſtamentum manu propria teſtatoris ſcriptum, vel ſubſcriptum, etiam ſine teſtibus, ſi liquido conſtet de manu, vel ſcriptura ipſius, præſertim teſtimonio eius, qui eſſet aliàs ſucceſſurus (atque hunc peccare non deſerendo hereditatem in tali caſu, etiam ſi nec ſcriptura, nec teſtes adhibeantur) docet Manlius *de vlt. volunt. lib.*1. *tit.*13. *num.*8. *Tr.*6. *Reſ.*14. & hoc vltimum etiam *Reſ.* 8.

Etiam non integri.

8 In foro autem externo ſufficiunt, vt diximus, duo teſtes omninò integri; aut tres non integri, ait Mantica *de coniect. lib.*6. *tit.*3. *num.* 8. Imò etiam duo non integri, ait Caſtrus *conſ.* 328. *num.*2. *lib.*1. Præſumuntur autem integri, donec contrarium probetur. Couarr. *in cap. relatum el.*1. *num* 8. *&* 9. contra Pariſ. *conſ.*24. *vol.*4. quia qualitas, quæ in teſtibus exigitur, iure gentium præſumitur eſſe. cap. *dudum de præſumpt.* & l. *cum pater*, §. *rogo, ff. de legat.*2. *Tr.*6. *Reſ.*15. *& Reſ.*17. *in fine.* Adde ex Fagundez *vbi ſup. num.*21. & alijs, mulieres eſſe teſtes idoneas ad pias

Etiam mulieres.

cauſas.

cauſas. nam his iure gentium adhibetur fides: & ſecundum Alex. & Caſtrum penes Tuſchum *tom. 8. concl. 116. num. 19.* contra Hunnium *in Encyclop. iur. par. 4. tit. 3. cap. 2. num. 22.* duæ ſufficiunt. *Ibid. Reſ. 16.*

Et ſols præſentia Confeſſarij, cum vno teſte.

9. Imo ſi teſtator in teſtamento, vel coram teſtibus dixerit, ſe velle quædam ad pias cauſas erogari iuxtà id, quod cum Confeſſario ſuo egerat, aut illi mandauerat, in hoc caſu Confeſſarius audiri debet, & ſecundùm eius relationem executio fieri: modo talia indicia afferat, vt ſpectatis circunſtantijs veriſimile eſſe poſſit, defunctum talia mandaſſe. Ità Layman *lib. 3. tr. 5. cap. 2. n. 5.* Qui exiſtimat, ſufficere Confeſſarium, & vnum teſtem; qui mãdatum audierit: nam ipſe non prohibetur teſtificari, etiam in fauorem Eccleſiæ ſuæ. *Tr. 6. Reſ. 18.*

Et teſtes non debent eſſe rogati.

10. Aduerte etiam, quòd teſtes in teſtamentis pijs non debet eſſe rogati. Fagundez *num. 23.* contra Böer. *deciſ. 34.* neque ſubſcripti. Hunnius *vbi ſup. num. 5.* Et ſatis eſt, quod teſtator coram illis ſignificet ſe diſponere ſicut in ſchedula, abſque eo, quòd ſchedulam illis legat. Dyn. *in l. Lucius, ff. de teſtam. milit.* Nec opus eſt, vt omnes adſint integræ ordinationi; ſed aliquibus ante finem diſcedentibus, alij ſubrogari poſſunt. Hunnius *num. 10. & 12. Tr. 6. Reſ. 17.*

Item non refert, ſi hoc teſtamentum ſit dimidiatum.

11. Secundò valet ad pias cauſas, teſtamentum cœptum, & non finitum, quoad pias diſpoſitiones iam expreſſas. non obſtante *l. ſi is qui, ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Nam licèt voluntatem mutare teſtator potuiſſet, de facto tamen non mutauit, atque adeò naturali, & canonico iure ſubſiſtit. Abbas *in cap. 1. & pen. de ſucceſſ. ab inteſt.* contra Clarum *quæſt. 7. num. 4.* & Bonacinam, qui *de contr. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 3. num. 22.* docet, hæc legata non integrè ſoluenda eſſe, ſed partem arbitrio boni viri. Idem docet Maulius *de vlt. volunt. lib. 1. tit. 12. nu. 9.* in caſu, quo teſtator, poſtquam coram teſtibus ſignificauit voluntatem abſolutam legandi ad piam cauſam, & ea de cauſa fecit aduocari notarium, ante aduentum illius deceſſit. Secus ſi non ſignificauit abſolutam voluntatem, ſed propoſitum. *Tr. 6. Reſ. 19.*

Si non inſtituatur heres,

12. Tertiò valet teſtamentum ad pias cauſas ſine inſtitutione heredis, quia hæc eſt ſolemnitas iuris ciuilis. Leſſius *lib. 2. ca. 19. dub. 2. num. 8.* Quod ſi filij prætereantur, & heres inſtituatur pia

Prætermittantur filij, & parentes.

cauſa, relicta tamen legitima filijs titulo legati, licèt non inſtitutionis, adhuc validum eſt. Clar. *§. teſtament. quæſt. 6. numer. 8.* contra Bald. *in l. 1. verſ. ſuper quarto quæſtio, C. de S. S. Eccleſ.*

Si

Si verò cauſæ piæ relinquatur per modum legati, vel fideicommiſſi, & inſtitutus non ſit priuilegiatus, conſeruabuntur legata pia. Idem Clar. *Tr.6. Reſ.22. & 25. §. Notandum eſt.*

13 Quartò, valet ad pias cauſas diſpoſitio vltimæ voluntatis captatoria, ideſt quæ confertur in alterius arbitrium; quia talis diſpoſitio iure gentium valida eſt: & cap. *cum tibi, de teſtament.* dicit Innoc. III. *Qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus.* Ieſſnis *num.10.* Adde, quòd licèt teſtator non exprimat, ſuam intentionem eſſe, teſtari ad pias cauſas, ſed ſimpliciter dicat: *Committo diſpoſitioni Titij omnia bona mea*: hæc diſpoſitio valebit ad pias cauſas; & cenſebitur inſtitutus Titius, nudo tantùm nomine, cum onere, omnia bona ad pias cauſas diſtribuendi. Abb. & Innoc. *in cap. cum tibi cit. Tr.6. Reſ.20.*

Si committatur diſpoſitio alterius voluntati.

14 Quintò, teſtamentum ad pias cauſas non exigit locum. nam ſine loci appoſitione de iure diuino & gentium tenet. Maulius *num.9. cit. Tr.6. Reſ.24.* Nec item exigit tempus, annum, menſem, & diem. hoc enim requiritur, quando plura inueniũtur teſtamenta, ad cognoſcendum poſtremum. ſi autem eſt vnum ſolum, ceſſat cauſa illius requiſiti. Si verò plura ſint, quod reſpicit pias cauſas, vltimum cenſetur; quia, cum vnicuique homini potiſſima cura animæ ſit, non eſt probabile, quòd qui legauit ſemel ad pias cauſas, id in poſteriori teſtamento reuocauerit; Iaſ. *in l. fin.* & *ibi* Dec. *C. de edict. D. Hadriani toll. Trac. 6. Reſ.23.* Quod ſi inueniantur duo teſtamenta, amba ad pias cauſas cum temporis inſcriptione, tunc poſterius valet; ſi vtrumque æquè ſolemne ſit, vel minus ſolemne, ait Eminentiſſimus Lugo *ſec.9. num.270.* Secus ſi prius ſit ſolemne, poſterius minus ſolemne; nam priuilegiatum non poteſt vti priuilegio contra pariter priuilegiatum. Sed etiam in hoc caſu valere poſterius, tenet cõmunis apud Molinam *tom.1. tr.2. diſp.153. in princ.* quia poſterior voluntas excludit priorem, ſi ſit perfecta in ſuo genere. in caſu autem noſtro, ad pias cauſas teſtamentum minus ſolemne perfectum eſt. Id quod etiam procedit, ſi ſecundum teſtamentum nihil aliud eſſet, quàm ſchedula manu teſtatoris deſcripta, vt ſupra diximus. Ità Gratianus *tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 605. num.12. & ſequ.* vbi id præcipuè habere locum aduertit, quando in ſecundo teſtamento cauſa pia non eſſet tot oneribus grauata, vt in primo. *Tr.6. Reſ.26.* Et multo magis procedit ſi prius teſtamentum non eſſet pium. Maulius *num.102. Reſ.25. §. Et tandem.*

Si non apponatur locus.

Et tempus.

Et inueniantur duo teſtamenta.

Digitized by Google

dem. Contra verò, teſtamentum ad pias cauſas non infirmari per ſecundum minus ſolemne, in quo heredes inſtituerentur ſucceſſuri ab inteſtato. Panormit. *conſ.* 11. *lib.* 1. *Reſ.* 25. *cit.* §. *Prius*. Imò nonnulli, quos citat Lopez apud Molinam *diſp. cit.* tenent, teſtamentum ad pias cauſas continere clauſulam reuocatoriam poſteriorum teſtamentorum, vt teſtamentum inter liberos. *R.*27. Nam quandocunque valet teſtamentum patris inter liberos (& teſtamentum militis: Tuſchus *tom.*8. *concl.* 136. *num.* 7. *Reſ.* 28. *in fine*) valet etiam teſtamentum ad pias cauſas factum. Tuſchus *tom. & concl. cit. num.* 64. contra Rittershuſium *in diff. iur. ciu. & canon. lib.*4. *cap.*2. *Tr.*6. *Reſ.*33. Sanè, ſi in teſtamento filius, & pia cauſa, coram duobus, aut quinque teſtibus ſimul inſtituantur, valebit non ſolùm quoad piam cauſam, ſed etiam quoad filium. Tuſchus *num.*41. *Reſ.*25. §. *Notandum ſecundò*.

Vel ſi deſint aliæ ſolemnitates.

15 Sextò, omitti poteſt publicatio teſtamenti ad pias cauſas, ſi conſtet, manu teſtatoris ſcriptum, vel ſubſcriptum fuiſſe. Tuſchus *num.*8. Non eſt neceſſarium, quod fiat vno contextu. Vaſquius *de ſucceſſ.* §. 14. *num.*6. Non requiruntur perfectæ probationes; ſed heredis inſtitutio ex coniecturis colligi poteſt. Menochius *lib.*4. *præſ.*15. *num.* 13. Non requiritur, vt ſcribatur extenſè, & ſine abbreuiationibus, ſed quomodocumque ſcriptum ſit, valet, dummodo intelligi poſſit. Mantica *de coniect. libr.* 6. *tit.* 3. *num.*3. *Tr.*6. *Reſ.*24. §. *Notandum*. Imò valet etiam nutu conditum, nam hoc ſufficit de iure naturali, & gentium. Et ſi quis pariter mutus & ſurdus eſt, non prohibetur ad cauſas pias vltimam voluntatem ſuam quomodocunque manifeſtare, vt ait Layman, *lib.*3. *tr.*5. *cap.*2. *num.*3. & nos V. *Teſtari*, *num.*3. *Tr.*6. *Reſ.*21. Denique legata pia ſoluenda eſſe, etiam ſi hereditas adita non ſit, ſiue obeunte herede, ſiue hereditatem repudiante, docet communis ſententia apud Dicaſtillum *de iuſt. lib.*2. *tr.*19. *diſp.*1. *dub.* 10. *num.*128. *Tr.*6. *Reſ.*25.

TESTAMENTVM Militum.

TESTAMENTVM ſine ſolemnitatibus fieri etiam poteſt à militibus

16 INTER teſtamenta priuilegiata connumeratur teſtamentum militum, quibus de iure ciuili priuilegium *n* conceſſum eſt, teſtari poſſe abſque ſolemnitatibus iuris, reſpectu illorum ſimplicitatis, & ignorantiæ iuris, l. *quamquam* 3. C. *de teſt.*

teſt. mil. & l. *C. de iur. & fact. ignor.* quæ eis accidit ob occupationem armorum: nam illis detenti, nec quid leges præcipiant, cognoſcere, nec ſi cognouerit, ſuperſtitioſè obſeruare poſſunt. l. *vlt. circa princ. C. de iur. delib.* ſuntque ob id ſpeciali fauore digni, quippe qui cum vitæ diſcrimine cuſtodiunt, & defendunt rempublicam, & ex publica cauſa impotentes fiunt ad obſeruandas iuris ſolemnitates, l. *vn. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtament. milit.* Quæ rationes cum etiam pro militibus noſtri temporis militent, hoc priuilegio priuari non debent. Habent enim requiſita ſubſtantialia militum Romanorum, quæ ſunt, matriculari, ſeu in numeros referri l. *ex eo tempore* 42. *ff. de teſtam. mil.* & iuramentum præſtare de non deſerenda militia, l. *ex militari* 11. *in fine princ. ff eod.* nam & noſtri milites in ſuis rotulis inſcribuntur, & iuramentum, ſi non ſigillatim, ſimul ſaltem præſtant, vt quandoque præſtabant Romani, ex Budæo *in l.* 1. §. 1. *ff. depoſ.* cætera verò, quæ Accaſſius *ad l. pen. ff. ex quibus cauſ. maior.* &c. in militibus requirit, non ſunt neceſſariæ, & potuerunt abire in diſſuetudinem, abſque præiudicio huius priuilegij. Peculiare verò noſtris militibus eſt, militare non ſolum pro patria, pro laribus, ſepulcriſque auitis, vt milites Romanorum; ſed multoties pro ſanctiſſima Religione. Ità Merenda *lib.6. contr. iur. cap.*8. *nu.* 7. Arumæus *exercit. Iuſtin.*7. *th.*8. & alij, contra Bald. *in l. in teſtamento, in fine, C. de teſtam. milit.* & alios. *Tr.*6. *Reſ.* 12. — Noſtris temporis [illegible]

Quibus autem, & quando hoc priuilegium conceſſum militibus ſit, dicemus V. *Teſtari, à num.* 6.

17 Ergò ad teſtamentum militis ſufficiunt ſimiliter requiſita iuris naturalis, gentium & diuini, atque adeo duo tantùm teſtes, l. *miles, C. de teſtam. mil.* vbi Gloſſ. & omnes DD. Imò obſeruat Reuſnerus *de teſtam. par.*5. *cap.*10 & Enenkelius *de priu. mil. lib.* 2. *priu.* 16. *num.*62. quòd, ſi abſque teſtibus conſtare poteſt de militis voluntate quomodocunque ſcripta, nulli teſtes ſunt neceſſarij, quia iam habetur quicquid requiritur de iure naturæ, vnde teſtes requirerētur vt ſolemnitas. quod ſi teſtamentum ſit nuncupatiuum, tunc ideo requiri duos teſtes, quia aliter conſtare non poteſt: & illud certum eſſe, ipſius etiam intereſt teſtatoris, l. *D. Traianus* 24. *ff. de teſtam. mil.* Quam ſententiam Molfeſius *in ſumm. tom.*2. *trac.*13. *cap.*2. *num.*56. admittit, quando miles teſtaretur in ipſo conflictu, tunc enim ſiue in clypeo, ſiue in vagina, vel alia materia, ſuam voluntatem etiam proprio ſanguine ſcribat, & manus duobus teſtibus, etiam non rogatis, verificetur. — Qui poſſunt teſtari ſine teſtibus.

Ee teſta-

teſtamentum ſubſiſteret, vt habetur l. *militer*, *C. de teſtam. milit.* Secus verò, ſi teſtetur in tentorio, vel exercitu procedente; tunc enim requiri duos ſaltem teſtes rogatos, non tamquam ſolemnitatem iuris ciuilis, ſed tamquam requiſitum iuris gentium, & diuini, *vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum*: l. *miles cit.* Et ità etiam docet Bonacina *de contr. diſp.* 3. *quæſt.* 17. *pun.* 1. *num.* 12. *Tr.* 6. *Reſ.* 45.

Et cum teſtibus non rogatis.

18. Verùm, & ſi Gloſſa, & DD. communiter dicant, militem extrà prælium teneri duos teſtes adhibere ſpecialiter rogatos ad quam formam, ex §. *placuit*, ibi, *conuocatis ad hoc hominibus*, *Inſtit. de milit. teſtam.* contrarium tamen ex Iuſtinianeo Iure colligitur; nam *Inſtit. de milit. teſtam. in princ. verſ. quoquo enim modo*, & §. *planè*, ibi, *vt quoquomodo facta*, conſtitutum eſt, militis teſtamentum valere, ex ſola eius ſuprema voluntate, quoquomodo ea inueniatur: *in princ. Inſtit. de milit. teſtam.* milites nullam teſtamentorum ſolemnitatem ſeruare tenentur: l. 1. *ff. de mil. teſtam.* ibi, *liberam teſtamenti factionem*, militi libera teſtamenti factio conceditur: l. 3. *C. de teſtam. milit.* ibi, *quoquomodo velint*, teſtari eis quoquo modo velint, permittitur: denique Vlpianus *in l. in fraudem* 15. §. 1. *ff. de teſtam. milit.* tradit, militem hereditatem nuda voluntate tradere poſſe. Accedit ratio: nam hoc priuilegium conceſſum eſt militibus, ne circa eorum teſtamenta difficultas propter omiſſam formam oriri poſſit: l. 1. ibi, *quæ poſſint in controuerſiam deduci*, *ff. eod.* vnde nulla forma à militibus ſeruanda erit. ſed poterunt teſtari etiam abſque rogatis teſtibus, præſertim, quòd duos rogatos teſtes adhibere, ſit ſolemnitas iuris ciuilis: l. *qui teſtamento* 20. §. *& veteres*, ibi, *nos qui propter ſolemnitatem teſtam.* [illegible] *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Textus autem ſupra citati interpretari debent, vt teſtes adhibeantur non pro forma ſubſtantiali, ſed pro rei geſtæ probatione. Ità Boerius *de bello libr.* [illegible] & alij. *Tr.* 6. *Reſ.* 46.

Inhabilibus.

19. Teſtes autem ad hoc teſtamentum ſufficiunt alias inhabiles, vt peregrini, & mulieres. Vaſquius *tract. de ſucceſſ. progreſſ.* § 2. [illegible] *num.* 9. *&* 10. ex §. *planè*, *ſup. cit.* & l. *diuus* 24. *ff. de teſtam. milit.* vbi dicitur, *conuocatis hominibus*, *militem ſuam voluntatem teſtari poſſe*, abſque diſtinctione. Minime verò impuberes, [illegible] Hurtadum *in encyclop. iur. par.* 1. *tit.* [illegible] *cap.* 27 *num.* 18. Aduerte etiam, non requiri, vt teſtes ſint in conſpectu militis teſtatoris, non vt ſubſcribant, vel ſigna apponant, non vt toti ſeruentur [illegible] ſi aliqui recedant ante finem teſtamen-

Non videntibus, ſubſcribentibus, &c.

Digitized by Google

ſtamenti, poſſe alios ſubrogari. Bocerus *de bello lib. 1. cap. 22. num. 18. & 19. Tr. 6. Reſ. 47.*

20 Deinde, militis teſtamentum ſubſiſtit, etiam nutu factũ. Vaſquius *lib. 2. de ſucceſſ. progreſſ. §. 20. num. 44.* & alij, contra Menochium *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 19. num. 10.* Vnde & miles ſurdus, & mutus teſtari poteſt, vt dicemus V. *Teſtari, nu. 3. Tr. 6. Reſ. 49.* Si autem ſcribatur, etiam abbreuiatis notis, & litteris ſcribi poteſt, non obſtante *l. ſed cum 6. in fin. ff. de bon. poſſeſſ.* walterus *lib. 2. miſcell cap. 12. Tr. 6. Reſ. 52.*

Item ſolo nutu.

Notis abbreuiatis

21 Tertiò, licèt nemo ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poſſit, l. *de hereditate 19. §. 1. ff. de caſtrenſ. pecul.* vnde ſi quis heredem ex ſemiſſe inſtituat, & moriatur, ille ex aſſe ſuccedere poteſt. *§. non autem, Inſt. de hered. inſtit.* & ſi certæ rei heredem inſtituit, coherede non dato, ille bonorum omnium hereditatem obtinet, *l. coheredi 41. §. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Nihilominus id non procedit in milite, *l. ius noſtrum*, ibi, *in paginis ff. de reg. iur.* & §. *non autem*, ibi, *niſi ſit miles, inſtit. de hered. inſtit.* vnde ſi in certam rem quem inſtituat, & moriatur, in hoc ſolo teſtatus decedit, *l. ſi miles 6. ff. de teſt. mil.* & , ſi, duobus ab eo relictis heredibus, alter hereditatem omiſerit, hereditas non alteri accreſcit, ſed ad legitimos militis heredes tranſit, *l. 1. & 2. C. de teſtam. mil.* Ità Molſeſius *in ſumm. tom. 2. tr. 13. cap. 2. num. 59.* & alij. *Tr. 6. Reſ. 53.*

Ex parte.

22 Quartò, licèt teſtamentum ex certo tempore, vel ad certum tempus, vel conditionem, purè conditum cenſeatur, §. *heres & purè aut ſ. ex certo inſtit. de hered. inſtit. l. hereditas 34. ff. de hered. inſtit.* miles tamen ex certo tempore poteſt heredem inſtituere, vt antequam tempus venerit, pro parte eius temporis inteſtatus ſit, pertineatque hereditas ad heredes legitimos. Item ad certum tempus, & conditionem, quo deſinente, & conditione ceſſante, teſtatus eſſe deſinat, fiatque inteſtatus, l. *in fraudem 15. §. miles, & l. miles ita heredem, 41. in princ. ff. de teſt. mil.* & l. *certi iuris 8. C. eod. tit.* Item, licet paganus herede inſtituto extraneo, vel filio puberi, in ſecundum caſum directò ſubſtituere non poſſit, §. *extraneo verò, inſtit. de pupill. ſubſtit.* milites tamen etiam his, qui heredes extiterunt, quamuis extraneis aut liberis ſuis puberibus, ſubſtituere poſſunt, non tantùm expreſsè, ſed etiam verborum compendio. Et liberis ſuis impuberibus, etiam ſi teſtamentum ſibi nullum fecerint, l. *in fraudem, cit.* Bocerus *de bello lib. 1. cap. 21. num. 3. & 7. Tr. 6. Reſ. 56.*

Ex certo tẽpore. Vel ad certum tempus, ſeu conditionem.

Subſtituendo filio puberi vel extraneo directè.

Digitized by Google

23 Quintò, teſtamentum militis non oportet vno contextu ordinatum eſſe, l. *caſus maioris* 8. C. *de teſtam.* non obſtante l. *heredes palam* 21. §. *fin. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* l. *hac conſultiſſima* 8. C. *eod.* l. *cum antiquitas*, 28 C. *de teſt.* contrarium in paganis diſponentibus. Hunnius *in Encyclop. par. 4. tit. 5. cap. 3. num.* 12. *Tr. 6. Reſolut.* 57.

Interpolatè.

24 Sextò, licèt codicillis hereditas directò dari non poſſit, aut confirmari, vel adimi, §. *codicillis autem*, *inſtit. de codicill.* l. *quod per manus* 10. *ff. de iur. codicill.* tam quoad heredis inſtitutionem, quàm ſubſtitutionem, l. *diui* 6. *in princ. ff. de iur. codicill.* miles tamen codicillis ſuis heredes directò inſtituere, & ſubſtituere, & hereditatem adimere poteſt, l. *militis codicillis* 36. *in princ. ff. de iur. codicill.* & codicillis non adhibere quinque teſtes, iuxtà l. *vlt. in fine* C. *de codicill.* ſicut nec miles filiusfamilias in donatione cauſa mortis de bonis caſtrenſibus vel quaſi. quia hæ ſolemnitates non ſunt neceſſariæ in militibus. Bocerus *vbi ſup. cap.* 25. *à num.* 1. *Tr. 6. Reſ.* 58.

Et dando vel adimendo hereditatem codicillis directò.

25 Septimò, licèt inter priuatos iure ſcripto, pactum de futura ſucceſſione reciprocum non valeat; valet tamen in vim vltimæ voluntatis inter milites l. *licèt* 19. C. *de pact.* Quinimò, licèt non ſit reciprocum: nam ratio citatæ legis eſt generalis, & extenditur ad omnia pacta. Bocerus *vbi ſup. Tr. 6. Reſ.* 58. §. *Denique*.

Poſſunt etiam paciſci de futura ſucceſſione reciproca.

26 Octauò, licèt paganus non niſi vno teſtamento decedere poſſit, l. *ſancimus* 27. C. *de teſtam.* militi tamen plura teſtamentà facere licèt, ſi de diuerſis bonis in illis diſponat. Secus, poſterius rumpit prius, etiam ſine ſolemnitate, & clauſula derogatoria; & etiam ſi prius ſolemne, & perfectum fuerit. Hunnius *in Encyclop. par. 4. tit. 6. cap. 3. num.* 13. *Tr. 6. Reſ* 55.

Pluribus teſtamentis decedere.

27 Nonò, licèt heredi conceſſum ſit priuilegium legis Falcidiæ, vt quartam legatorum, & fideicommiſſorum partem detrahere poſſit; id tamen ceſſare in teſtamentis militum, docet Enenkelius *de priuil. mil. l. 2. priu.* 16. *num.* 87. ex l. *in teſtamento* 12. C. *de teſtam. mil.* l. *ſi certarum* 17. §. *vlt.* l. *ſequ. ff. eod.* Neque hæc iura abrogata eſſe per *authent. de hered. & falcid.* vt ait Gloſſa *ibid. §. vlt. verſ. vlt.* quia priuilegia non reuocantur, niſi fiat reuocationis mentio, l. *decurionibus* 3. C. *de ſilentiar. lib.* 12. & diſpoſitio generalis legis vel ſtatuti, non extenditur ad cauſas ſpecialiter priuilegiatas in illa materia, l. *fin. in princ.* dictum enim generale ad extraordinaria non refertur. l. *Seio* 10. §. *medico*, & ibi

Et denegare heredi priuilegium legis falcidiæ.

Bart.

Bart. *ff. de annuis leg.* nec generalis clauſula illa comprehendit, de quibus in ſpecie eſt determinatum, *l. ſanctio antepen. ff. de pœn. Tr. 6. Reſ. 63.*

28 Notat etiam Enenkelius *vbi ſup. num. 80.* valere teſtamentum militis, etiam ſi liberos prætereat, vel non exheredet, ita vt præteritio pro iuſta exheredatione habenda ſit, ex *l. 9. & ſequ. C. de teſtam. mil.* alioqui enim pari paſſu paganus, & miles procederent, ſi vterque cauſam adijcere teneretur: ſi enim cauſa aſſignatur, tunc non prætereuntur, ſed exheredantur, cum non poſſit cauſa aſſignari abſque mentione liberorum. Sed non eſt diſcedendum à communi ſententia, quæ aſſerit, in teſtamento militis non poſſe liberos ſine cauſa præteriri, ſed debere cum cauſa exheredari. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 24. num. 33. Tr. 6. Reſ. 62.*

An præterire filios?

Vel ſine cauſa exheredare?

29 Petes hic: An teſtamentum militis minus ſolemne valeat poſt miſſionem? Reſpondet Harpprechtus *comm. in inſt. tom. 2. §. ſed hactenus num. 3. de mil. teſtam.* quòd ſi miſſio eſt ignominioſa, ſtatim valere deſinit: ignominioſi etenim non præmium, ſed ſupplicium merentur. Si autem cauſaria (ideſt ex cauſa intra tempus legitimum) vel honeſta (ideſt poſt legitimum tempus, annorum videlicet 20. *l. ſed & milites* 8. *§. quandoque 2. de excuſ. tutor.*) valet poſt miſſionem ad annum. *§. ſed hactenus cit.* ſi enim miles poſt annum à miſſione decedat, pro antecedenti tempore teſtatus, pro ſequenti inteſtatus dicitur deceſſiſſe. *Tr. 6. Reſ. 61.*

An hoc teſtamẽtum valeat poſt miſſionem?

TESTAMENTVM
Tempore peſtis.

30 RATIONE neceſſitatis condonantur ſolemnitates iuris teſtanti tempore peſtis. Vnde, licèt Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 24. ſec. 1. num. 7.* & alij dicant, etiam tempore peſtis ſeptem teſtes teſtamentis adhiberi debere, ex *l. conſultiſſima* 21. *C. de teſtam.* cum ſimilibus, vbi in omni caſu ſeptem teſtes requiri deciditur, & *l. conficiuntur* 8. *§. codicilli* 2. *ff. de iur. codicill.* vbi non eſſe minuendum teſtium numerum ex hoc, quòd ſimul haberi non poſſint, & *l. caſus* 8. *C. de teſtam.* vbi expreſsè habetur, tempore peſtis non relaxari ſolemnitatem quoad teſtium numerum, ſed ſolum circa eorum conuentionẽ, quatenus non oporteat eos ſimul iungi, vt coram illis teſtamentum publicetur, ſed poſſit ſeorſim ſingulis publicari. (Adde, quòd

TESTAMENTVM etiam tẽpore peſtis

Digitized by Google

quòd ipſius teſtatoris maximè intereſt, nè veri herodes ipſius ſubſtantia fraudentur, cùm pauciores teſtes faciliùs, quàm plures, corrumpi poſſint, argum. l. *iubemus 29. C. de teſtam.* & ipſe potuerit hunc caſum neceſſitatis præuenire, argum. l. *qui poteſt* 174. *ff. de reg. iur.*) His tamen non obſtantibus, exiſtimo ſufficere quinque teſtes, vt docet cum alijs Roland. à Valle *conſ.* 81. *num.* 47. *volum.* 1. imò ſufficere duos, vel tres teſtes (ſi ſint idonei: Malderus *de iuſt. tr.* 1. *cap.* 11. *dub.* 6.) ac etiam valere teſtamentum ſcriptis exceptum à Parocho coram vno tantùm teſte, ſi nimirum vterque deponat coram iudice, talem fuiſſe vltimam teſtatoris voluntatem, de qua coram alijs conſtare non potuit, & iudex de hac re per notarium publicum inſtrumentum fieri mandet. & generaliter nullam in hoc teſtamento iuris ciuilis ſolemnitatem requiri, ſed ſolum eſſentialia iuris gentium & diuini, vt de ſupradictis teſtamentis diximus, & docet Molanus *de pijs teſtam. cap.* 83. & alij; & æquiorem ac humaniorem putauit hanc ſententiam Camera Imperialis apud Mynſ. *cent.* 1. *obſer.* 96. *nu.* 1. nam tempus belli & tempus peſtis æquiparantur: Deus enim peſte bellum gerit, ſuamque iram in homines diſtringere videtur; per dictum Bartol. *in l. naturaliter* 5. *num.* 23. *ff. de vſurp. & vſucap.* Aduertit tamen Meulius *de vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 1. hanc ſententiam habere locum, ſi ex peſte homines moriantur, & timore ducti eam fugiant, tamquam contagioſam, ſecus ſi morbum non metuunt, & officiales, qui tempore peſtis exire ſolent, ibi permanent, & ſedent pro tribunali. Denique, requiri, vt teſtes tempore aperturæ, vel executionis teſtamenti viuant. nam ſi nullus teſtis, vel vnicus ſuperſtes ſit, non valere, etiam ſi inueniatur ſcriptura teſtatoris, vel teſtes iurent, ſe ità à teſtibus audiuiſſe, dum viuerent. Ergò confeſſarij ad vitandas lites, in caſu occurrente, ſi teſtes haberi poſſint, ſequantur primam ſententiam. Tr. 6. *Reſ.* 34. & illud de Parocho & vno teſte, iterùm *Reſolut.* 41.

Igitur ſolùm duo teſtes.

Vel vnum teſtem & parochum ſufficientem.

Teſtes autem in dicto teſtamento poſſunt eſſe fœminæ. Crotus *de teſt. par.* 1. *num.* 21. & alij; contra Gamam *deciſ.* 44. & alios ſaltem, ſi viri haberi non poſſunt, tunc ſufficiunt duæ fœminæ. Molanus *vbi ſup. Tr.* 6. *Reſ.* 35. Et vbi eſt ſtatutum, vt in teſtamento mulierum interuenire debeant duo agnati, non militat tempore peſtis, quando agnati haberi non poſſent. Corn. *conſ.* 139. *lib.* 4. & inter teſtes connumerari poteſt Notarius. Mollerius *in comm. ad conſt. Saxon. par.* 3. *conſt.* 4. *num.* 9. *&* 10. ſaltem ſi non

Et teſtes poſſunt eſſe fœminæ.

Et inter eos numerari notarius.

ſi non ſit conſanguineus, vel affinis heredi inſtituendo. Hariador. *in diff. quæſt. diff.* 15. *num* 8. Nec oportet, quòd ſit matriculatus. Rolandus *conſ.* 81. *num.* 21. *col.* 2. ſaltem ſi matriculatus haberi non poteſt. Dec. *conſ.* 285. & alij. *Tr.* 6. *Reſ.* 36. Nec item oportet, teſtatorem peſte correptum teſtes rogare, ſed ſufficiunt fortuiti. Wurmſerus *in contr. iur. lib.* 2. *tit.* 10. *contr.* 5. *num.* 4. & alij, contra Ripam *de peſte cap.* 2. *de priu. vltim. vol. cauſa peſt. q.* 5. *n.* 42. *Tr.* 6. *Reſolut.* 37.

Quem non oportet eſſe matriculatum.

32 Porrò, quamuis ſufficere videatur, quòd teſtes vocem teſtatoris ſub notam audiant, etſi ipſum non videant, per ea, quæ adducit Corneus *conſ.* 166. *num.* 3. *lib.* 3. & ab hac ſententia in iudicando minimè recedendum eſſe, doceat Marchinus *de peſte par.* 8. *cap.* 2. *num.* 18. Contrarium tamen docet Ciarlinius *contr. foren. cap.* 109. *num.* 36. & alij, & Fulgoſus *in l. fin. C. de teſtamentis* teſtatur de praxi. vnde ait Maulius *de vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 7. quod peſte correptus, ſi teſtes in ædem ingredi nollent, poteſt ſe exponere in aliqua feneſtra, vel curare ſe portari in viam publicam, vt videri ſimul & audiri poſſit: ſicut Moniales teſtari poſſunt per cratem ferream. Boer. *deciſ.* 228. *num.* 12. Alioqui, melius eſt, quòd hereditas ab inteſtato deferatur, quàm quòd remittatur ſolemnitas, vnde de facili poſſent fraudes committi. *Tr.* 6. *Reſ.* 38.

An verò teſtes debeant teſtatorem videre?

33 Quę autem de teſtamento tempore peſtis dicta ſunt, etiam in codicillis locum habent, & donationibus cauſa mortis. nullũ enim diſcrimen aſſignari poteſt. Ità probabiliter Marchinus *cap.* 1. *num.* 25. contra Pariſium in *conſ.* 22. *num.* 48. & alios, *Tract.* 6. *Reſ.* 40. Et ſi peſte correptus conualeſcit, nec teſtamentum, nec codicilli, aut donationes cauſa mortis infirmantur. Maulius *vbi ſup. num.* 4. *Tr.* 6. *Reſ.* 39.

Et idem ſit iuris in codicillis & donatione cauſa mortis?

TESTAMENTI EXECVTIO.

1 IVDEX competens pro executione teſtamenti ad pias cauſas & legatorum piorum, eſt tam iudex laicus, quàm eccleſiaſticus, ſi præueniat; etiam ſi hæres, qui tenetur ſoluere, ſit laicus, nam eſt cognitio miſti fori, ad tex. in cap. *tua,* & cap. *Ioannes, de teſtam.* Abbas & Barbat. *in c. ſi heredes.* Etiam ſi teſtator id non expreſſerit, vel etiam prohibuerit, Epiſcopum ſe intromittere, §. *ſin autem, &* §. *ſeq. &* §. *in omnibus, in auth. de eccleſ. tit.* cap. *tua, de teſtam.* Etiamſi debitor exemptus ſit à iuriſdictio-

TESTAMENTI executio, ſi ſit ad pias cauſas, eſt miſti fori.

Etiamſi teſtator prohibeat Epiſcopo ne ſe immiſceat.

ne

ne Ordinarij, ſiue ratione Inquiſitionis, ſiue conſeruatoriarum, aut alio reſpectu. nam contra hunc Ordinarius procedere poteſt tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus. Leo *in theſaur. for. Eccleſ. par.2.cap.vlt.* Imò, negligente herede teſtamenti executionem per annum, Epiſcopus eſt competens, etiam quoad legata prophana, *Auth. hoc amplius C. de fideicomm.* quia poſt annum quodlibet legatum incipit eſſe pium. Et cum Epiſcopus ſit competẽs in principali, erit etiam in acceſſorijs; ſiue agatur de teſtamento clerici, ſiue ad pias cauſas; atque adeo erit competens in articulo publicationis, & inſinuationis teſtamenti. Abbas *in cap.fin. num.9. de fid.inſtrum.* Et quamuis multi exiſtimauerint, cuiuſuis teſtamenti publicationem ad Epiſcopum pertinere, quia ſemper pium eſt, voluntates teſtantium adiuuare, vt de communi Felin. *in d.cap.fin.num.3.* verius tamen eſt, id ſolum procedere de teſtamentis ſpiritualibus ratione perſonæ diſponentis, vel cauſæ. nec referri, ſi inſtitutus eſſet clericus. Ità Ciarlinius *to.1.c.21.ꝺ num.10. T.6.Reſ.31.*

Et poſt annum Epiſcopus erit competens, etiam pro legatis prophanis.

2 Agere autem, vt teſtamenta ad pias cauſas executioni mandentur, quilibet de populo poteſt. Trullench *in decal. tom.1.lib.7. cap.18.dub.4.num.4.* T *ract.6.Reſolut.32.* Et teſtator executionem hanc committere poteſt etiam ſeruo, vt diximus V. *ſeruorum, numer.* 24.

Et quilibet de populo poteſt facere inſtantiam.

TESTARI MINVS SOLEMNITER.

TESTARI ratione piæ cauſæ.

1 TESTARI minus ſolemniter ratione cauſę piæ poteſt ſecundùm Graſſum *de ſucceſſ.§. teſtamentum q.17.n.2.* & alios, quicunque de iure communi teſtari non prohibetur. Tr.6.Reſ.5. In ſpecie verò, quid dicendum de filiofamilias, ſub eius nomine *num.1.* diximus. Impubes autem non poteſt, etiam ſi ſit doli capax. Villalobos *tom.2.tr.30.diff.10.num.1.* & alij. Nec tutor nomine pupilli, l. *illa inſtitutio*, l. *captatoria*, *ff. de hered. inſtit.* Obſeruat verò Graſſus *num.6.* impuberem ad pias cauſas teſtari poſſe ex diſpenſatione Principis. & Bonacina *diſp.3. q.vlt. punct.2. nu.2.* abſolutè teſtari poſſe ad pias cauſas exiſtimat. nam pubertas ad teſtandum eſt requiſitum iuris ciuilis, quod in cauſis pijs non obligat. Contra tamen Dicaſtillus *lib.2. tr.19. diſp.1. dub.12. num.* 158. etiam de iure canonico pubertatem requiri docet, vt quis maturum iudicium habeat ad teſtandum; vt colligitur ex cap. *licèt, de ſepult. in 6. T. 6. Reſ.7.* Ex quo etiam capite

An poſſit filiusfamilias? Impubes?

Digitized by Google

pite non tenet teſtamentum furioſi, etiam ad pias cauſas, & etiam ſi tempore teſtamenti lucida interualla habuiſſet, dummodo ante eius perfectionem ſuperuenerit furor. Graſſus *de ſucceſſ. §. teſtam. q. 16. num.* 4. T.6. *Reſ.* 12.

Præſertim in dubio, an quando teſtatur ſit ſanus mente?

2 In dubio autem, an teſtamentum furioſi, lucida interualla haberi ſoliti, factum ſit tempore ſanæ, vel inſanæ mentis, Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo ſic diſcurrit *to.* 2. *de iuſt. diſp.* 24. *ſect.* 4. *nu.* 63. Si ex teſtamenti diſpoſitione & ordinatione oſtendatur factum à ſui compote, aut ſi multo poſt teſtamentum conditum ſuperuenerit furor, præſumitur factum tempore ſanæ mentis; non ſolùm ſi ab ipſo dictatum ſit nemine ſuggerente, ſed etiam ſi alio interrogante, rectè reſponderit. Si de hoc dubium ſit, inſpici debet tempus antecedens & conſequens teſtamentum. nam ſi immediatè ante, vel poſt teſtamentum ſanam mentem per quoduis ſpatium habuit, eam teſtamenti tempore habuiſſe præſumi debet. quod etiam de infirmo delirante dicendum eſſe. Quòd ſi neque id conſtet, præſumi eum ſtatum teſtamenti tempore habuiſſe, quem maiori temporis parte habere ſolebat. Et denique, ſi furor & iudicium ad æqualitatem ſibi tempus partiebantur, præſumendum in fauorem actus, præſertim ſi error in teſtamento non comperiatur. *Tr.* 6. *Reſ.* 12. §. *Verùm.*

Mutus & Surdus.

3 Mutus & ſurdus ad pias cauſas teſtari non poteſt, ſecundùm Hunnium *in encyclop. iur. p.* 4. *tit.* 3. *c.* 1. *nu.* 16. Sicut nec peregrinus. Secundùm Dicaſtillum *lib.* 2. *tr.* 19. *diſp.* 1. *dub.* 12. *num.* 134. poteſt: quia de iure naturæ non prohibetur. *Tr.* 6. *Reſ.* 13. De ſeruis dictum eſt V. *Seruorum, num.* 23. Liber autem, licèt ſe ſeruum exiſtimet, vel de ſua libertate dubitet, ſecundùm Molinam *de iuſt. tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 137. poteſt, ex ſimili de milite dubio ſui ſtatus, iuxtà ex l. *militari*, §. *ſi miles*, *ff. de mil. teſtam.* nam tale impedimentum eſt iuris ciuilis. *Tr.* 6. *Reſ.* 11.

Dãnatus ad mortem?

4 Damnatus ad mortem de iure teſtari non poteſt, neque ad cauſas pias; Clar. *lib.* 3. *recep. ſent.* §. *fin. q.* 5. Imò licèt ante damnationem ad pias cauſas teſtatus fuerit, damnatione tamen capitali ſecuta, rumpitur teſtamentum. Sichard. *ad rubr. C. qui teſtam. cond. poſſ. n.* 21. Obſeruat tamen ex Caro Malderus *de iuſt. tr.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. conſuetudinem vbique receptam eſſe, vt damnatus ad mortem, ſi bona non confiſcantur, teſtari permittatur, & ſi non teſtetur, heredes ab inteſtato ſucceſſores habeat. *T.* 6. *Reſ.* 7. (*ſecunda, quæ deberet eſſe* 8.) De ciuiliter mortuo ſeu deportato, Sichardus *num.* 21. teſtari non poſſe aſſerit ad pias cau-

Ff ſas.

Digitized by Google

ſis, at Maulius *ſylua 2. num. 7.* poſſe. *Tr. 6. Reſ. 8.*

Prodigus?

5 Prodigus, ſecundùm communem apud Tuſchum *to. 8. concl. 104. num. 115.* teſtari nec ad pias cauſas permittitur. Affirmatiuæ tamen ſententiæ adhæret Leſſius *lib. 2. cap. 19. dub. 7. n. 83.* quia ſimiliter hæc prohibitio eſt iuris ciuilis. *Tr. 6. Reſ. 9.*

Et Vſurarius?

Vſurarius ſimiliter, ſecundùm communem apud Molinam *to. 1. diſput. 137.* inualidè diſponit etiam ad pias cauſas, niſi præceſſerit ſatisfactio vſurarum, vel cautio ipſis creditoribus, vel alijs, qui ijs poſſint acquirere, vel Rectori Parochiæ, in qua teſtator habitat, de ſoluendis ſeu reſtituendis vſuris, vt habetur cap. *quanquam, de vſur. in 6.* Excipit verò Couarruuias *3. var. reſol. cap. 3.* & approbat ipſo Molina, niſi vſurarius, non potens cautionem præſtare, cum ſignis contritionis diſceſſerit; tunc enim poſtulare æquitatē, vt ſolutis prius vſuris, de quibus conſtiterit eſſe debitas, heredes cogantur implere diſpoſitiones ad pias cauſas. *T. 6. R. 10.*

RATIONE militiæ an teſtari poſſit miles

6 TITVLO autem militiæ, ſine ſolemnitatibus teſtari poteſt miles, etiam noſtri temporis, vt dictum *V. Teſtamentum, num. 16.* quamdiu in militum numerum relatus, in caſtris ſine expeditione verſetur. Bocerus *de bello lib. 1. cap. 26. num. 8.* Qui etiam *cap. 18. num. 6.* hoc priuilegium extendit ad militem, qui extra caſtra

Extra caſtra?

in propinquum aliquem locum ſe contulit, non vt diu abſit à caſtris; ſed vt ſe reficiat de Ducis licentia; non in domo *l. qui mittuntur 35. ſ. fin.* & *l. miles 34. in princ. ff. quib. ex cauſ. maior.* nam modicum illud tempus abſentiæ non magni fit, *l. ab hoſtibus, 15. §. vlt. ff. eod.* præſertim ex iuſta cauſa, curandæ vel gr. valetudinis, *l. 2.* ibi, *niſi forte caſibus quibuſdam detentus ſit*: nam qui ex iuſta cauſa abeſt, & habet propoſitum reuertendi, & per eum non ſtat, quin reuertatur, cenſetur præſens, *l. ſi quis ita 8. ff. de condit. & demonſtr.* Nec obſtat *§. ſed hactenus Inſtit. de milit. teſtam.* nam intelligi debet, ſi diu à caſtris abſit, vel maneat in domo ſua, *l. miles ita* veluti cum in hyberna aut limitanea loca milites ſunt diſtributi, non ad pugnandum; ſed ad ſtatiua. Addit Hunnius *in encyclop. par. 4. tit. 5. cap. 1. num. 7.* valere militis teſtamentum minus ſolemne extra caſtra confectum, ſi illud in caſtra defert, & aliquid ei addit, vel ab eo detrahit, vel immutat. Item, ſi in caſtris vulneratus, redit domum, & ibi teſtatur. Imò etiam, quando miles armis actu non vacat, ſed paratus eſt pro viribus ad defenſionem reipublicæ. *Tr. 6. Reſ. 43.*

Limitaneus?

7 Imò concedi debet hoc priuilegium militibus, etiam limitaneis (qui nimirum in hoſtium finitimis ad repentinas illorum

incur-

incurſiones intenti ſunt, l. 2. §. *pro limitaneis* 8. *C. de off. præf. præt. Africæ*) & ſtationarijs (qui ad tuendam alicuius prouinciæ quietem aluntur, l. 1. §. *quies quoque popularium* 12. *ff. de off. præf. urbis*) nam etiam hi præſtant ſacramentum militare, quòd ad arma contra impetum hoſtium, vel prouinciæ ſeditionem velint eſſe ſemper parati, & à ſuo limite & ſtatione abſq; capitanei licẽtia diſcedere impunè non poſſunt; vnde in perpetua velut expeditione occupati eſſe cenſentur. & proinde ratio, cur à ſolemnitatibus milites liberos eſſe diximus ſupra V. *Teſtamentum*, *nu.* 16. militat etiam cum his: & cum etiam hi militari diſciplina regãtur, & coerceantur militum pœnis, l. 3. *ff. qui ſtationis* 5. *ff. de re milit.* æquum eſt, vt eorumdem priuilegijs vtantur, arg. l. *ſecundum naturã.* 10. *ff. de reg. iur.* Bocerus *lib.* 1. *c.* 28. *n.* 11. *&* 12. & alij, contra Wurmſer *in contr. iur. lib.* 2. *tit.* 11. *contr.* 2. *n.* 3. Tr. 6. *R.* 44

Stationarius?

8 Obſides autem, & ab hoſtibus capti, iure militari teſtari nõ poſſunt, niſi his reuerſis ius poſtliminij ſuffragetur. Reuſnerus *de teſtam. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 4. *&* 7. Imò nec bellantes in bello iniuſto, propter rapinam & nummos. Idem *cap.* 15. *Tr.* 6. *Reſ.* 50. Deportati autem, vel capite damnati, dummodo ex militari delicto (citra ſacramenti violationem) damnati fuerint, de bonis caſtrenſibus teſtari poſſunt, l. *ex militari* 11. *in princ. ff. de teſtam. milit.* de alijs verò non, niſi condemnans id in ſententia permiſerit, l. *ſi quis filio* 6. §. *ſed & ſi quis ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* iuncta l. *ſi quis* 22. §. 1. *ff. de leg.* 3. Bocerus *cap.* 18. *num.* 21. *&* 22. *Tr.* 6. *Reſ.* 51. Et idem dicendum de milite filiofamilias, hic enim, licèt l. *miles* 22. *ff. de milit. teſtam.* indifferenter loquatur; de bonis tantùm caſtrenſibus teſtari poteſt; nam, cum de ſua tantùm, non de aliena hereditate teſtari poſſit, l. *filiusfamilias* 28. *ff. eod.* de his vtique priuilegium intelligi debet conceſſum, vt expreſſius loquitur l. *ſequ. ibid.* Ità Enenkelius *de priuil. milit. lib.* 2. *priu.* 16. *num.* 38. contra Hunnium *tit.* 5. *cap.* 2. *n.* 9. Vide etiam Bocerum *cap.* 18. *num.* 9. *Tr.* 6. *Reſ.* 60.

Obſes?

Bellans in bello iniuſto?

Deportatus?

Filiusfamilias?

9 Muto item & ſurdo, licèt l. 6. *quinimò Inſtit. de mil. teſtam.* & l. 4. *ff. de teſtam. mil.* teſtamentum condere permittatur, Bocerus tamen *cap.* 18. *num.* 15. id non procedere inquit de muto ſurdo, ità natura facto; quippe qui parùm à fatuis, imò etiam à brutis differt, & omninò iudicio caret, l. *cum prætor.* 2. §. *non autem*, *verſ. natura*, ibi, *quia iudicio carent*, *ff. de iudic.* vnde nec miles eſſe poteſt; cum, ſi ea miſeria militi contingat, à ſacramento militiæ ſoluat, l. 4. ibi, *ante cauſariam miſſionem*, *ff. de teſtam. milit.*

Mutus, & Surdus

atque adeo abſurdè fieret de eo milite interpretatio. Accedit, quòd non ſolùm natus, ſed & factus mutus & ſurdus, comparatur mentecapto, & ſub curatoris poteſtate conſtituitur, l. *ſeruo inuito* 65. §. *ſi pupillo infanti, ff. ad Senatus conſult. Trebell.* Verùm contrariam ſententiam probabilem exiſtimo, quam cum alijs multis tenet Enenkelius *priuil.* 16. *num.* 28. dummodo per certa ſigna, quæ per notos homines poſſint interpretari, omninò conſtet, ſic ipſum teſtari voluiſſe. Et quicquid ſit de hoc, certum eſt, militem, qui auditum & ſermonem in caſtris amiſit, iure militari teſtari ante cauſariam miſſionem poſſe, l. 4. *ff. de teſt. milit.* nam & mentis compos eſt, & teſtamenti factionem probè intelligit. &, ſi minus verbis aut ſcriptura, ſaltem nuda voluntate, ſeu nutu & ſignis voluntatem ſuam declarare, atque adeo ſuprema ſua iudicia ordinare poteſt, l. *in fraudem* 15. §. 1. & l. *Lucius* 40. *in princ. ff. de teſtam. milit.* Harpprechtus *in comm. ad Inſtit.* §. *quinimò, num.* 8. *de milit. teſtam.* & alij; *Tr.* 6. *Reſ.* 48.

Et quid dicendum in dubio, an miles teſtari voluerit more militari

10 Sed cùm hoc ſit priuilegium, & proinde miles poſſit eo non vti, in dubio, an voluerit teſtari iure communi, an verò iure militari, Graſſus *de ſucceſſ.* §. *teſtamentum quæſt.* 9. *per totam*, præſumendum inquit voluiſſe teſtari iure communi. Quam ſententiam multipliciter limitandam aſſerit Maſcardus *de prob. volum.* 2. *concl.* 158. & præſertim Hunnius *cap.* 1. *num.* 12. procedere inquit in caſu, quo teſtamentum de iure communi ſubſiſteret: ſecus, præſumi factum more militari. Vaſquius verò *de ſucceſſ. creat.* §. 24. *num.* 45. & alij, vniuerſaliter factum iure militari præſumendum eſſe, decernunt. nam nemo velle præſumitur, quod ignorat, l. *mater decedens* 19. *verſ. nec enim*, l. *eum qui* 12. *in princ.* milites autem ius commune ciuile ignorat, l. 1. *C. de iur. ignor. Inſtit. de mil. teſt. in princ.* ibi, *propter nimiam imperitiam eorũ*; *T.* 6. *R.* 5.

An priuilegijs militum frui poſſint mercatores, & alij caſtra ſequentes?

11 Petes: An priuilegio militum aliqui non milites gaudeant? Reſpondeo affirmatiuè. Nam primò omnes illi, qui caſtra ſequũtur, veluti mercatores, lanij, & ſimiles, licèt in matricula deſcripti non ſint, modò in loco hoſtili verſentur. l. 1. *ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit.* Bartol. *ibid.* & Eminentiſſimus Lugo *de iuſt.* to. 2. *diſp.* 24. *ſec.* 1. *num.* 12. *Tr.* 6. *Reſ.* 39. Item ſeruientes infectis tempore peſtis. Marchinus *de peſte, par.* 8. *c.* 1. *n.* 15. *Reſ.* 40. *in fine*.

Doctores?

12 Secundò, militum priuilegijs fruuntur Doctores: non quidem illis, quæ ratione imperitiæ militibus conceſſa ſunt, vt vitandi apices iuris; nam ratio imperitiæ non militat in Doctoribus, ſed quæ conceſſa ſunt ob dignitatem militiæ, vel vtilitatem reipu-

Digitized by Google

reipublicæ, ad inuitandos alios ad militiam; qualia ſunt, militem ſurdum, & mutum, filiumfamilias, damnatum ex delicto militari, teſtari poſſe; poſſe inſtituere deportatum, & alios incapaces hereditatis, præter mulierem, in qua ſit turpis ſuſpicio, &c. nam & Doctores in dignitate, & quidem maiori, quàm milites, conſtituti ſunt, & dicuntur militando vtilem reipublicæ nauare operam, l. *Aduocati C. aduocat. diuerſ. iud.* defendunt enim clientulos, & rempublicam ſcientiâ, allegationibus & laboribus, ſicut milites corpore ſuo. Halbritterus *in orat. de priu.* DD. *fol.*40. & alij contra Coraſium *in l. precibus, C. de impub. & alijs ſubſt.* T.6. R.64.

13 Denique, priuilegio militum gaudent etiam Clerici, qui militant Deo. Nam & hi, etiam ſi ſint filijfamilias, teſtari poſſunt, vt dictum eſt V. *Filiusfamilias, num.* 1. & ex l. *fin. C. de inoff. teſtam.* & l.34. *C. de Epiſc. & Cler.* parentes & liberos præterire: quod licèt iure Nouellarum *nouella* 115. *cap.*3. reuocatum videatur. Panormitanus tamen *in cap.* 9. *in verbo, liberè deponere valeant*, ducto argumento ex teſtamento militis, aſſerit, teſtamentum clerici non infirmari ob præteritionem parentum, vel filiorum. Vide circa præſentem quæſtionem Squillantem *de priuil. cler. c.* 13. *n.*3. T.6. R.2. (*quæ iterum ponitur pro R.*35. *eiuſdẽ Tract.*) Et Clerici?

V E N D I.

1 VENDI res debent iuſto pretio. & ſi res patitur defectum intrinſecum, pretium minui debet. Sic, ſi liber aliquis prohiberi debeat, & tu ſcias, non potes illum currenti pretio vendere. Reginaldus *tom.*2. *lib.*25. *cap.*23. *num.*346. & DD. communiter. Sed Eminentiſſimus Lugo *de iuſt. tom.*2. *diſp.* 27. *ſec.*8. §.2. *num.* 144. probabiliter id negat: nam ſi ob id minuendum eſſet pretium, idem dicendum foret, etiam ſi non prohiberetur, dignus tamen eſſet prohiberi: quia defectus intrinſecus non dependet à prohibitione. & idem, ſi venditor ignoraſſet futuram prohibitionem, nam ea cognita, teneretur reſtituere exceſſum. Confirmatur autem directè concluſio; quia prohibitio regulariter non minuit, ſed auget potius valorem libri, ſicut in lectoribus deſiderium, & curioſitatem. Tr.10. *Reſ.* 25. VENDI an poſſit liber mox prohibendus curreti pretio?

V I C A R I V S
Epiſcopi.

1 VIDETVR exiſtimare Saytus *de cenſ. lib.*4. *c.*17. *n.*19. quod Vicarius Epiſcopi gaudeat priuilegio Tridentini, VICARIVS Epiſcopi an gau-

con-

concesſo Epiſcopis *ſeſſ.24.c.6.* circa diſpēſationes, & abſolutiones. Sed hoc refellit ex Sacra Congreg. Theſaurus *in priu. de pœn p.1. c.24.* niſi ſpecialiter ab Epiſcopo facultas committatur. *T.2.R 5.*

deat priuilegio Trid *ſeſſ.24.c.6.*

An Vic. Epiſcopi præcedere debeat Archid. vide *Præcedentia*.

VICARIVS Capituli.

2 VICARIVS Capituli ſede vacante ſuccedit in iuriſdictione ordinaria, non in delegata Epiſcopi. Gauantus *in man. Epiſc. v. Capitulum ſede vacante, numer. 51 & 52.* Vnde, & ſi Epiſcopus punire poſſit regulares prædicantes in Eccleſijs ſuis, vel alienis, ſine licentia, aut benedictione, de quo V. *Epiſcopi, num.55.* non tamen id poterit Vicarius Capituli, ſecundùm P. de Bellis *in alleg. §.1. num. 3.* quia id Epiſcopo competeret tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato. *Tr.12. Reſ.26.*

VICARIVS Capituli non ſuccedit in iuriſdictione delegata Epiſcopi

Procedendi contra regulares prædicantes ſine licētia,

3 Nec ſuſpendere vel ordinare poteſt, nè Regularis amplius prædicet, ſecundùm eundem; quia & hoc Epiſcopo competit iuriſdictione delegata Tridentini; & antea non competebat. licet enim in cap. *excommunicamus, de hæret.* id ſibi concedi videatur; reuera tamen ibi ſermo eſt de concionatoribus ſæcularibus, de quibus cap. *præced.* iuxtà Gloſſ. *ibid. litt. l.* & licet ſermo eſſet de Regularibus, reuocatum tamen fuit à Clemen. V. cap. *dudum, de ſepult.* vbi conceditur Regularibus facultas prædicandi de ſola licentia Prouincialis vel Generalis. quod confirmatur in Concil. Lateranen. *ann.*1516. Non eſt eadem ratio de approbatione ad Confeſſiones; nam hæc Epiſcopo competebat de iure. dict. *Clem. dudum.* vnde facultas Triden. *ſeſſ.23. cap.23.* non eſt delegata, ſed excitatio ordinariæ; Abbas *in cap. licet n.3.* Felin. *de off. ord. n.1* & alij. Et hæc procedere de iure communi. nam per priuilegia, Regulares exempti ſunt ab auctoritate Vicarij, non ſolum in prædicando, ſed etiā in audiendis confeſſionibus. *Ex priu.* Clemen. IV. *concesſo Dominicanis, alio & eiuſd. concesſo Ordini Minorum, in monum. Ordin. fol.112. conceſſ.144.* Quæ priuilegia non procedunt ſolum, quando nulla interuenit iuſta cauſa. Nam, iuſta cauſa nō interueniente, nec Epiſcopus ſuſpendere poteſt. ſolū ergo ſuſpendere poterit Vicarius Regulares à prędicando, in caſu hæreſis, quia periculum eſt in mora. Et hæc omnia approbat Bordonus *conſ. Regul. reſol. 36. num.24. Tr.12. Reſ.37.*

Suſpendendi facultatem prædicandi,

Et audiendi confeſſiones,

4 Deni-

Digitized by Google

4. Denique Vicarius Capituli non ſuccedit Epiſcopo in authoritate Trident. *ſeſſ.25 cap.9.* viſitandi monaſteria Monialium exẽpta, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta. Quia & hoc ei conceditur tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato, eſtque hoc beneficium & priuilegium ipſius Epiſcopi, quod ſtrictè interpretari debet, vt non excedat perſonam. Ità Bauuius *par.1.tr.11.qu.24.* & Rota *in Burgen. iur. viſitandi die 1. Iulij 1596. coram Orano*, apud Barboſam *in Concil. Trident. ſeſſ.25. c.9. n.1. T.12. R.28.*

Et viſitandi monaſteria exempta.

V O T V M.

1 VOVENS non poteſt reſeruare votum ſuum Summo Pontifici, atque adeo, ſi voueat ver. gr. non ludere, ſub pœna vt abſolui, ſi ludat, vel diſpenſari non poſſit à Sũmo Pontifice, abſolui nihilominus & diſpenſari poterit ab Epiſcopo. Trull. *in decal. to.1. lib.2.c.11. dub.5. n.2. T.9. R.59.* Nam & votũ non ludendi eſt diſpẽſabile, vt dictũ eſt *V. Diſpenſare, n.1.*

VOVENS non poteſt reſeruare votum ſuum.

2 Votum pœnale ſtrictè interpretari debet, quantum verborum patitur ſenſus, nam pœnæ multiplicandæ non ſunt abſque manifeſta ratione. Vnde ait Palaus *to.3. tr.15. diſp.1. pun.18. n.6.* quòd ſi vouiſti certam pœnam in caſu, quo luſeris, ſatis probabile eſt, te ſolum obligari illam ſubire in primo ludo, nam non eſt votum de ludo vitando. Et perinde ſe habet, ac ſi quis ieiunare vouit in vigilia alicuius ſancti, qui niſi vniuerſaliora adiecerit verba, ſolum tenetur in prima vigilia. At ſi voueas non ludere, & caſu quo luſeris, ſoluere certam pœnam, ſi quidem pœna eſt grauiſſima, & de illis, quæ repeti non ſolent, vt Religionis, longæ peregrinationis, aut exorbitantis eleemoſynæ, de prima tantum vice interpretari debet. ſi verò ſit moderata, ſolui debet toties quoties. quia cum pœna ſit acceſſoria rei promiſſæ, eatenus promitti intelligitur, quatenus vouentem continere poteſt, ne votum principale frangat. *T.9. Reſ.60.*

Si eſt pœnale, reſtringi debet.

An vouens non ludere ſub certa pœna, teneatur illam ſoluere toties quoties?

3 Obſerua hic, quòd votum de non ludendo quocunque ludo etiam licito, validum eſt; quia licèt ludus licitus, & moderatus ſit actus virtutis, eius tamen abſtinentia eſt maius bonum, ſicut abſtinentia à matrimonio, quod eſt res bona & Sacramentũ. Si tamen non conſtet de vouentis intẽtione, obligat ſolum vitare ludos illicitos; nam vbi obligatio contrahi debet, ſtricta interpretatio facienda eſt, cap. 1. *de iurciur. in 6.* & l. *quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.* Nec item intelligitur in modica quãtitate, ſed in magna. Lope *p.2. c.35. q.7. T.9. R.55. in fine, & 56.*

(Notabile)

4 Item

Item quando ludit per alios?

4 Item non frangit votum, ludendo per alios, & eos ludentes inſpiciendo; ſi de contraria intentione non conſtet. Nec ſi ſponſiones efficiat, vulgò *attrauerſar nel gioco*. quamuis in his actibus vt plurimùm idem finis inueniatur, ob quem quis vouit non ludere. Nam non eſt conſiderandus finis, ſed res geſta, an verè comprehendatur ſub materia promiſſa. Sanchez *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 7. & alij. *Tr.* 9. *Reſ.* 57.

Vel pro alijs?

5. Denique nec votum frangit, ludendo ipſe pro alijs, niſi ex coniecturis conſtet, voluiſſe ſe obligare ad non ludendum, etiam nomine alterius. Sic contra Bonacinam *in decal. diſp.* 4. *quæſt.* 1. *punct.* 16. *numer.* 5. Sanchez *vbi ſup. num.* 6. vbi benè affert coniecturas, vnde intentio vouentis colligi poſſit. *Tr.* 9. *Reſ.* 58. Nota etiam, quòd ſi quis vouiſſet non ludere cum tali perſona, vel propter nimiam peritiam, vel propter fraudes, aut rixas, poſſet ludere cũ alijs, connumerata inter colludentes illa perſona, ſed cum qua ipſe non ludat, vulgò *non ſi tirando cũ quello. Ib. in fin.*

Et quid ſi nouiſſet non ludere cum tali perſona

VOTVM caſtitatis religioſæ frãgitur etiã per delectationem moroſam.

6 Votum caſtitatis religioſæ, ſecundùm Herreram *in deciſ. moral. deciſ.* 6. *num.* 9. non rumpitur per delectationem veneream ſine intentione ad opus, quia non intendit frangere votum, qui ſiſtit in ſola complacentia actus prohibiti: perinde ac non frangit votum peregrinationis, qui delectatur de requie imaginata, dum habet intentionem peregrinandi. At contrarium tenendũ eſt cum Trullench *in decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. quia votum caſtitatis abſolutè emiſſum comprehendit etiam delectationem omnem contra caſtitatem, quæ proinde in habente votum caſtitatis, non ſolùm habet malitiam contra caſtitatem, ſed etiam contra religionem & votum. *T.* 11. *Reſ.* 34.

7 An religioſus vouens ieiunare, teneatur ieiunare more Eccleſiaſtico. vide V. *Dubius, num.* 3.

V X O R.

VXOR tenetur ſequi maritum, cùm poteſt.

1 VXOR ſerui ablegati à domino in regionem longinquam, ſi illum commodè ſequi poteſt, tenetur ſecũdùm Sotum *in* 4. *d.* 35. *quæſt.* 1. *art.* 1. illum ſequi, etiam non ducentem: & hic ſi commodè deducere poſſet, ad id teneretur; eique vxor connubij iure parere. Secus, ſi commodè non poſſunt. *Tr.* 7. *Reſ.* 37. An verò licitè ablegetur, vide V. *Dominus, n.* 8.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

6-1

Digitized by Google